89. Μήτε ἀπορρήτοις] Scripſit Caeſar tanquam ſcopulum vitandum eſſe inauditum atque inſolens verbum. Hinc ſunt qui ita verbis utendum putant, ut nummis publicaque moneta. Horatius ait, *ut ſilvae foliis*. &c. *G.*

inducit, *vehementiam* illam & *oratorias artes* requirat? Confer quae de hiſtorico ſtylo apud *Cicer.* praecipiuntur in de Or. II. 15. & Or. 20. *Sed in his tractis quaedam & fluens expetitur, non haec contorta & acris oratio.* Nodum ſolvant alii, mihi non liquet.

De Καμχ—Vid. Mud. c. 35. Ὀρχ. c. 4. Διχ. c. 33. Πνθ. c. 4. *M. du S.*

77. Κάμχαρον] Vid ſupra Mud. c. 35. Infra Ὀρχ. c. 4. & ſaepe alibi. *M. du S.*

82. Λέξις — πολιτικὴ] Recte Micyllus vertit *dictio civilis*, ſeu politica, quali utuntur in comitiis, in concionibus, in ſenatu, in judiciis viri qui in republica verſantur *Seneca* Controv. 8. lib. 1. *dixit rem paullo elatiorem, quam preſſa & civilis oratio recipit. Hermogenes* tribuit Demoſtheni inprimis Politicam dictionem, lib. 1. Περι ἰδεῶν lib. 1. c. 1. Ὁ τοίνυν Δημοσθένης, ὅ, τι περ κεφάλαιον ἦν, τ πολιτικὸν ἀριστα, τὸ μ, ὡς λόγ πάντων ἄκρα πανταχῆ ταῖς μίξεσι. *Demoſthenes, id quod praecipuum fuit, cum accurate genus orationis politicae excoluiſſet, omnia quoque genera exequitur: ubique ea miſcens.* De politico hoc dicendi genere multis accurate agit Hermogenes in libro ſecundo cap. 10. & ſequentibus. Ei opponitur σοφιστικὴ ϗ λογογραφικὴ λέξις, Scholaſtica, & declamatoria dictio, ab ea quoque Hermogenes diſtinxit ἀγοραῖον ϗ πανηγυρικὸν, forenſe & panegyricum, quod tamen quomodo πολιτικῷ miſceatur, pulchre docet. *J. G. G.*

88. Φανότατα] W. at reliqui φανότ.— *M. du S.*

95. Ἐπὶ τοῖς] Docet figuris non moleſtis orationem ornandum, ἐπὶ τοῖς κατηρτυμένοις τ ζωμῶν ἐοικότας ἀποφαίνει τὺς λόγυς. Micyllus vertit: *quoniam perinde ut jus aliquod orationem quoque recte conditam habere debet.* quam longe a Graecis abit. Benedictus: *ſiquidem illud orationem condimentis ſimilem reddit.* Nequaquam. Oratio cibo debet ſimilis eſſe, non condimento. Condimentum autem cibum reddit gratiorem. Illa condimenta ſunt figurae, quae debent eſſe ἰδώματα non ἰδιώματα, ut ſuperius docuit. Vertendum igitur: *ſiquidem ſuam orationem reddet ſimilem juri bene condito*, aut *ſuos libros.* *J. G. G.*

Ἐπὶ τοῖς κατηρτ.] Et vis praepoſitionis κατὰ, & ratio τ ἐπὶ qua vel in hoc libello aliquoties utitur Lucianus, facile interpretationem noſtram tuebuntur, licet in alia omnia abeant, quantum nobis conſtat, interpretes & Lexicographi. Noſtri τῷ καταρτύειν ſimile verbum habent, verſalſeln. *J. M. G.*

Ibid. Κατηρτυμένοις] *Ariſt.* Rhet. III. *Ald.* Ed. p. 552. 1. ὃ τ ἰδώμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἰδιώμασι τοῖς ἰδιώταις. *M. du S.*

4. Ἀκάτια] Naviculam *acatium Plin.* IX. 30. Sed potius hic τὸ ἐν ἀκατίῳ ἱστίον de velo intelligendum recte vidit *Baiſius.* p. 121. *Vorſt.* *M. du S.*

ὅτι γῆς βεβηκέτω, τῷ μὴ κάλλει ἢ τῷ μεγέθει τ λεγομένων συνεπαιρομένη, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη, μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τ καιρὸν ἐνθουσιῶσα· ᵃ κίνδυνος γὰρ αὐτῇ ᵇ τότε μέγιστος ὠφληκῆναι, ἢ καταιχθῆναι ἐς τ τ ποιητικῆς κορυφάντα. ᶜ πιστέον τοιγαροῦν τῷ καλλιῶνι, ἢ σωφρονιστέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις, καὶ ἐν ᵈ λόγοις πάθος ἢ μικρὸν γίγνεται. ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένην τότε τῇ γνώμῃ, τ ἑρμηνείαν παρεῖναι συμπαραθεῖν, ἐχομένην τοῦ ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείπηται τ φορᾶς.

Καὶ μὴν καὶ συνθήκη τῆς ὀνομάτων εὐκράτου ἢ μέσης χρηστέον, ὅτε ἔγκαν ᵉ ἀφιγάντα, ἢ ἀπαρτῶντα (τραχὺ γὰρ) ὅτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. τὸ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δ' ἀηδὲς τοῖς ἀκούουσι.

cum pulchritudine dicendorum & magnitudine attollatur, & quantum ejus licet, exaequetur, interim in peregrinitatem non exeat, neque ultra quam opportunum est, fanatico quodam spiritu efferatur. Tum enim maximum periculum est, ne extra numeros moveatur, & in poëticum furorem incidat. Itaque tum inprimis exaudiendae sunt habenae, & sobrietati studendum, cogitantes esse ut equorum, ita etiam orationis morbum non parvum nimiam ferociam. Optimum igitur tum fuerit, uti mentem velut equo vectam, pedestri cursu comitetur elocutio, prehenso ephippio, ne ab impetu *equi* destituatur.

46. Verum compositione etiam verborum temperata & media utendum, ut ea neque nimis distrahas & dimoveas, asperum enim; neque rythmo pene, ut plerique, concludas: quorum hoc quidem vitiosum est, illud vero insuave audientibus.

47. Res

ᵃ Κίνδυνος . . . μίγιστος] Sic L. Κίνδυνος . . . μίγιστον P. *Ald. Fl. H. B2.* §. Κινω μ—ον *J.* & M. ᵇ Τότε] Sic *J.* aliae τό, τε. ᶜ Πιστέον] Ποιστέον male W. ᵈ Λόγοις] Λόφοις prave M. ᵉ Ἀφιγάντα] *Steph.* ἀφιγῶντα.

9. Κίνδυνος — τότε μίγιστον] Ubi ostendit quando & quomodo historicus possit poëticis locutionibus & dicendi generibus uti, ut quam considerate illis utendum sit, cum utitur: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μίγιστον ὠφληκῆναι, ἢ καταιχθῆναι ἐς τ τ ποιητικῆς κορυφάντα. Interpretes: *Periculum enim est, ne, quod maximum est, de statu mentis emoveatur, & in istum Coryphantem poëtices impingat.* Ista verba, *quod maximum est*, frigent hic, si quis accuratius ea inspiciat. Existimo scripsisse Lucianum: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μίγιστος παρακινῆσαι, ἢ καταιχθῆναι ἐς τ τ ποιητικῆς κορυφάντα. *Periculum tunc maximum est, ne mente moveatis, & corripiatis enthusiasmo poëtico.* Κόρυδας hic κορυφάντισμος, ἐνθουσιασμός. Sequitur statim: Ὥστε μάλιστα πιστέον τοιγαροῦν τῷ καλλιῶνι, ἢ σωφρονιστέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις ἐν λόγοις πάθος ἢ μικρὸν γίγνεται. Verterunt: *Quare maxime tunc fraeno credendum, & ratione utendum; illud scientes, quod & in verbis non mediocre malum est, inanis gloria, seu hippotyphia.* Non poterat infelicius. Nescivit quid sit ἱπποτυφία, praeterea male ἐν λόγοις interpretatur *in verbis*, cum sit in oratione pedibus soluta, quae & pedestris dicitur, & opponitur poëticae. ἱπποτυφία est *fastus ille poëticus*, sic enim vocavit grandia verba, quibus poëtae utuntur cum laude, sed quae vitiant orationem prosam, *Aristophanes* vocat ἱππόβαμονα ῥήματα, hoc est *equestria verba, quae more equorum incedunt*, hoc est ὑψηλὰ, grandia. Alibi idem dicit ἱππόκρημνα ῥήματα. *Verba grandia instar grandium rupium*, Latinis *sesquipedalia*, sicut enim soluta pedestris vocatur, sic oratio pedibus ligata equestris. ἵππος & βοῦς apud Graecos in compositis augendi vim habent. βοῦπις, quae grandes oculos habet. βούπαις *catulaster* in glossis & apud Orientium, h. e. major puer, qui incipit catullire. sic ἱππαλεκτρύων est magnus gallus; ἱππογρύπων, μεγαλογρύπων, qui elate & magnifice de se sentit. & alia multa hujus notae. Sic ἱπποτυφία est magnus fastus, & in oratione *nimius & inanis verborum tumor.* *J. G. G.*

Κίνδυνος] Emendationem *Graevii* firmat Cod. L. Impressi plerique κίνδυνος — μίγιστος. M. & *J.* κίνδυνος — μίγιστος. *M. du S.*

11. Κορύδαλα] Κορυδαντιασμόν. *F. G.*

19. Καὶ μὴν καὶ] Vide nos paullo infra ad §. 60. hujus προσλαλιᾶς. *J. F. R.*

20. Οὔτε ἄγαν ἀφ.] Vid. *Cic.* orat. No. 57. p. Ed. *Gron.* 558. *M. du S.*

26. Συμπαντίον] Angl. συμπαικτίον. *J. B.*

Συμπαικτίον] Sic A. G. W. & P. non ut in impressis omnibus, συμπαντίον. *M. du S.*

32. Κἀνθαῦτα ἤδη ἔστι τις, καὶ συμβατικὸς τῷ πιθανωτέρῳ ἴσως] Vertunt: *Jam etiam hic esto aliquis ad id quod probabilius erit tum conjiciendum, tum componendum habilis.* Itane συμβατικὸς est ad *componendum ha-*

47. Res autem ipſas non temere conferre oportet, ſed cum labore & aerumnabili quadam diligentia, inſtituto ſæpius de iisdem judicio. Et maxime quidem, quæ quis ipſe præſens inſpexit, ſcribet; ſin vero minus, fidem illis habeat, qui tarrant incorruptius, & quos conficiat alii quis minime ad gratiam vel odii cauſſa ſubtrahere quidquam rebus geſtis vel adjicere. Et hic jam ad conjecturam aeutus ſit, & qui argumentis elicere quid ſit probabilius, queat.

Τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ, οὐχ ὡς ἔτυχε f συναχτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακρίνοντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα, καὶ ἐφορῶντα. εἰ δὲ μὴ, τοῖς ἀδεκαζοτέροις ἐξηγουμένοις προσέχοιτο, καὶ ὡς εἰκάσειεν ἄν τις, ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. κεἰσταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις, καὶ συνθετικὸς τῶν πιθανοτέρων ἔσται.

48. Et cum collegerit omnia aut plerague, primo quidem commentarium quoddam illorum contexat, & corpus faciat informe adhuc, & artubus ſuis nondum diſtinctum. Tum ordine adjecto pulchritudinem inducat, & dictionis colorem addat, & orationem rebus accommodet, & compoſitioni ſtudeat.

Καὶ ἐπειδὰν ἀθροίσῃ ἅπαντα, ἢ τὰ πλεῖστα, ε πρῶτα μὲν ὑπόμνημά τι συνυφαινέτω ἑ αὐτῷ, καὶ σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι, καὶ ἀδιάρθρωτον. εἶτα ὑπιθεὶς τὴν τάξιν, ἐπαγέτω τὸ κάλλος, καὶ χρωνούτω τῇ λέξει, i καὶ χρηματιζέτω, καὶ ῥυθμιζέτω.

49. Et omnino tum Homerico illi Jovi ſimilis ſit, nunc quidem equeſtrium Thra-

Καὶ k ὅλως, ἐοικέτω τότε τῷ τῦ Ὁμήρυ Διΐ, ἄρτι l μὲν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν

f Συναχτέον] Ita dedimus ex Codd. M. A. G. W. P. Συντακτέον Edd. omnes male. g Πρῶτα] Πρῶτον S. Sed πρῶτα Fl. F. P. H. & W. h Αὐτῶν] Αὐτὸν male S. & M. Αὐτῷ Fl. F. H. P. & W. nam ſic ſcriptum fuit. i Καὶ χρηματιζέτω] Abſunt haec duo verba a Fl. k Ὅλως] Ὅλος F. l Μὲν τῶν] Τῶν μὲ S.

40. Χρηματιζέτω] Χρηματίζω καὶ τὸ πράγματα χρῶς συμοίνει, καὶ τὸ, πραγματὰ χολάζων, ὡς, τὸ χρηματίζω ἡ βουλὴ & ὁ δῆμος. Χρηματιζῶ δὲ, τὸ χρήματα συλλέγειν. V.

lubilis? Imo συναγωγικὸς τῦ πιθανοτέρου eſt, qui quod probabilius fuit, poterit conſtituere, qui poteſt ex variis quae varie narrari audivit, quod maxime probabile eſt colligere, conſtructo, ſeu componere. Paullo ante mallem ex noſtro & Anglicano Codice, τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ ὡς ἔτυχε συναχτέον res ipſas non ſunt temere congerendae, corradendae. Nam συναχτέον quod in editis habetur, curam & ordinem notat, quae in componendo adhibetur, quod tamen ſententiae hujus loci adverſatur. *J.G.Gi*

36. Πρῶτα] Cur *Benedictus* in πρῶτον mutarit, cauſſam non video, neque conſilio factum credo; pluralis enim quaſi adverbialiter poſitus adeo eſt frequens, ut ſingulis fere paginis occurrat, vid. mox c. 49. f. τοὺς ςρατηγοὺς μὲ τὸ πρῶτα. Sic εἶα. Noſtro aliisque fere perpetuum quoque pro εἶον. Quare exempla ex Noſtro, pe nimis obvia, non addam. Sed quia Cl. *Hemſ.* T. I. *Somn.* §. 2. operae pretium exiſtimavit ὅρασις pro ὁράσεις exemplis adſtruere, quod nonnulli id non noverant, licebat & nobis pauca addere ex aliis. Οἷα ſingulari additum vid. igitur ap. *Long. Paſt.* I. p. 18. & 21. Ed. *Jungerm.* & II. 75. οἷα — πέτρῳσι, ae non ſemel in ſeqq. *Anacr.* Od. IV. 7. Τροχὸς ἅρματος ἢ οἷα βίοτος τρέχει κυλισθείς. Sic πότμα pro πότμῳ rurſus *Long. Paſt.* II. p. 48. Sic ἴσα pro ἴσως *Hippocr.* pr. jur. jur. ἡγησαῖς μὲ τὸ διδάξαντά μι τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γονέων ἐμοῖσιν. Immo ſuperlativi adverbiales, ut ſic dicam, tantum non perpetuo pluraliter offeruntur, ut ὕψιστα millies ap. *Homer.* πρώτιστα ap. *Ariſtoph.* & *Aelian.* vid. ſi quid opus, *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. verſ. 46. *J.F.R.*

40. Χρηματιζέτω] Lege omnino χρηματιζέτω, non χρημα—, quod tamen omnes libri prae ſe ferunt. *M. du S.*

42. Ὁμήρῳ τότε τῷ τῦ Ὁμήρυ Διΐ] *Similis ſit Homerico Jovi*, Iliad. V.

Νέσφι δ' ἱπποπόλων Θρηκῶν κυδροὶ μένε δῖοι
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων & ἀγαυῶν ἱππαμολγῶν.
J.G.Gi.

Ibid. Ὁμήρου Διΐ] Vid. *Hom.* Il. N. 4. *M. du S.*

43. Τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν γῶν] Mallem τὴν τῶν ἱππ. &c. ut recte *Solan.* in marg. *Junt.* monet, etſi nulla Edit. articulum femin. habet. Nam ſic recte eadem

χῶν γῆν ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν. καὶ ταῦτα γὰρ [a] καὶ αὐτὸς, ἄρτι μὲν [b] τὰ Ῥωμαίων ἰδίᾳ ὁράτω, καὶ δηλούτω ἡμῖν οἷα ἐφαίνετο αὐτῷ ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὰ Περσῶν, εἶτ' ἀμφότερα, εἰ μάχοιντο. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρατάξει, μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω, μηδ' ἐς ἕνα ἱππέα, ἢ πεζὸν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀνακόπτων τὸ ἐπίβασιν. ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ εἴ τι παρεκελεύσαντο, κἀκεῖνο [c] ἀκουέτω, καὶ ὅπως, καὶ ᾗ τινι γνώμῃ, καὶ ὑπὸ ποίᾳ ἔταξαν. ἐπειδὰν δὲ ἀναμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γιγνόμενα, καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφευγέτω.

cum adſpicienti terram; nunc vero Myſorum. Eadem enim ratione ipſe quoque jam res Romanorum ſingulatim inſpiciat, &, quales ſibi viſae ſint ex alto contemplanti, enarret; jam vero Perſarum: tum utrasque, ſi pugnent; & in ipſa adeo acie non ad unam partem reſpiciat, neque ad unum equitem vel peditem, niſi forte Braſidas aliquis proſiliat, aut Demoſthenes excenſum prohibeat: ad duces quidem primum; &, ſi quid illi imperent, illud quoque audiat, & quomodo, & qua mente, & conſilio injunxerint. Poſtquam vero ad manus ventum, commune ſit ſpectaculum, & quaſi trutina ſuſpendat quaecunque geruntur: & perſequentes comitetur, & fugientes.

50. Et

[a] Καὶ] Abeſt ab S. [b] Τὰ] Abeſt in W. [c] Ἀκουέτω] Ἠκέτω Fl. Ἀκουέτω M. Ἀκουόντω P. Vulgatam noſtram obtinent Edd. cett.

legas infra, in *Icarom.* c. 11. poſt med. τὴν δ' ἱππικὴν Θρηκῶν, καθορῶμεν, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν, ſcil. γῆν. *J.F.R.*

51. Εἰ μὴ βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀνακόπτων τὴν ἐπίβασιν] Vide *Thucyd.* lib. IV. de oppugnatione Pyli. *J.G.G.*

Ibid. Βρασίδας] Vide praeter *Thucyd.* IV. c. 11. p. 221. *Plut. π. τ. βρ. τιμ.* non longe ab initio, & in *Lyſand* initio. Idem *Thucyd.* initio L. IV. docebit te etiam quem Demoſthenem & ad quod ejus praeclarum facinus reſpexerit. *M. du S.*

Βρασίδας] Reſpicit ad *Thucyd.* IV, 12. ubi Lacedaemonius Braſidas exſcendere conatur in munitiones Athenienſium ad Pylum, prohibente Demoſthene. *J.M.G.*

58. Καὶ συνδιωκέτω, καὶ συμφευγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπίσθω] Codex vetuſtus melius: πᾶσι τούτοις μέτρον ἐπίσθω. *iis his omnibus ſit modus, teneatur modus.* Sequentia perobſcure tranſtulerunt: καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω, καὶ ὡς δυνατὸν, ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπιτέσθω ἀπ' Ἀρμενίας εἰς Μηδίαν, *Ac ad omnia properet, & quatenus fieri poteſt, idem tempus habeat, tranſvoletque ex Armenia in Mediam.* Quid eſt *idem tempus habeat?* Verte *eodem ſit tempore & volet ex Armenia in Mediam:* Eodem tempore ſit in Armenia, Media, Iberia, Italia. hinc in fine hujus periodi dicit ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο, *ne nullo non tempore abſit,* hoc eſt ſemper & ubique, ubi aliquid geritur, animo ſit praeſto, ſic enim intelligenda haec ſunt, interpretes non ceperunt. Paullo inferius tenebrae offuſae quoque ſunt his verbis: ὑ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲ λεχθησόμενα ἐστι, καὶ εἰρήσεται. πεπραχται γὰρ ἤδη. δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά. *Non enim quaſi rhetoribus ſcribant, ſed quae dicenda ſunt, etiam dicentur: nam jam facta ſunt. Verum diſponere illa debet, & narrare.* hoc eſt, non quid dicant hiſtoricis quaerendum, id enim eſt jam factum, ſed qua ratione & ordine dicant. Rhetori autem quaerendum, quid dicat. Hinc inventio praecipua Rhetorices eſt pars. *J.G.G.*

59. Ἐπίσθω] Sic G. P. L. optime. In reliquis & M. ipſo ἐπίσθω. *M. du S.*

62. Ἢν κατεπείγῃ] Ἐπ' ἐκεῖνα καταβαινέτω, ἢν κατεπείγῃ Interpr. *ſi feſtinet,* ad illa tranſeat, debebat: ad *illa tranſeat, ſi urgeant.* Apud *Iſocratem* & alios paſſim occurrit, ἢν κατεπείγῃ, *ſi res urgent,* mox dicit ἐκέτω ἐκεῖνα καλῶ, & pag. ſeq. iterum, ὅταν δὲ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα. *H.V.*

Ἢν κατεπείγῃ] *Si feſtinet,* verterat *Benedict.* Rectius Cl. *Bos* de ellipſ. p. 136. (quem in corrigenda verſione ſequendum peritiſſimus harum elegantiarum *Hemſterh.* adnotaverat) *ſi res urgeat,* (ſive *urgueat*, ut ſcribendum volunt) intelligitur enim πρᾶγμα, ut *Bos* docet ibid. Sic itaque etiam nunc verti malim, etſi nihil in Cl. *Geſneri* verſione mutavi, quia ab ejus mente prope abeſt. *J.F.R.*

65. Ὁμοχρονείτω] Muſicorum eſt vocabulum, cum vox & cithara ſuos quaeque tonos ſervantes concentum edunt, quem pro lubitu modos faciens edi voluit; quod fit, dum utrinque tempus ſedulo tono cuique aſſignatur, quod a διδασκάλῳ imperatum eſt, aut breve aut longum, aut diviſum. Uſurpat iterum Noſter Muſicorum ſenſu *Enc.* c. 14. *M. du S.*

71. Τὰ κάτρα] Ita W. & P. non ut in reliquis eſt τῷ κάτρῳ. Aliquid forſan hic ſubeſt, quod quia antiquorum ſpeculorum ratio non ſatis nota eſt, induſtriam curioſorum hominum fugit. Hoc certe ſcio, neminem capere poſſe, quod priores interpretes hic ha-

50. Et modus adſit hiſce omnibus, ne ad ſatietatem, neque imperite, neque juveniliter *narret*; ſed cum facilitate ſe quadam expediat, & certo quodam loco his conſtitutis, ad illa, ſi urgeant, tranſeat: tum redeat exſolutus ubi iſta vocaverint, feſtinetque ad omnia, & quantum poteſt, eodem cum ipſis temporibus veſtigio procedat, transvoletque ab Armenia quidem in Mediam, inde vero ſtridentibus velut alis in Iberiam, inde in Italiam, ut nullum non tempus conſequatur.

Καὶ πᾶσι τούτοις μέτρον ὁ ἐπέτω, μὴ ἐς χόρον μηδ' ἀπειροκάλως, μηδὲ νεαρῶς, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἀπολυέσθω· καὶ τήσας ἐνταῦθά που ταῦτα, ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἢν καλέσηται· εἶτα ἐπανίτω λυθεὶς ὁπόταν ἐκεῖνα καλῇ· καὶ πρὸς πάντα σπευδέτω, καὶ ὡς δυνατὸν, ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ ῥοιζήμασι ἐνὶ, ἐς Ἰβηρίαν, εἶτα ἐς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιρῷ ἀπολείπεσθαι.

51. Maxime vero ſpeculo ſimilem praebeat animum, nihil turbido, & ſplendido, & centri exacti: qualesque acceperit ope-

Μάλιστα δὲ κατόπτρῳ ἐοικυῖαν ἀπεργάζεσθω τὴν γνώμην, ἀθόλῳ, καὶ γιλπνῷ, καὶ ἀκριβεῖ τὸ κέντρον· καὶ οἵας ἂν δέξηται τὰς

d Ἐπίτω] Sic L. G. P. & marg. *A1W.* Ἐπίτθω. Edd. male. *e* Μηδίαν] Nihil hic variant M. *F. Fl. H.* Cum Cod. iſte alias Μηδίαν ſcribere ſoleat. Vid. c. 30. *f* Ἀθόλῳ] Ἀδόλῳ P. *g* Τὸ κέντρον] Ex W. & P. eſt. Τῷ κέντρῳ Edd. Sed κέντρον quoque marg. *A1.*

habent. Ego ſi ſenſum Luciani non ſum aſſecutus; certe aliquid videar dixiſſe; illi nihil. *M. ad S.*

Τὸ κέντρον] An eo tempore rotundis vulgo ſpeculis vulgo utebantur, iisque vel convexis aliquantum, vel concavis, in quibus *centri* aliqua ratio habenda? Suadent illud tum alia, tum illud quod Noviomagi in ſepulchro repertum, de quo ex *Jo. Smithi* i. e. *Smetii* epiſtola in *Fortunii Liceti* opus de Lucernis 6, 92. relata, ipſisque adeo *Smetiorum* antiquitatibus Noviomagenſibus p. 118. conſtare poteſt. Hoc tamen non eo pertinet, ut alia ſpecula incognita tum fuiſſe dicamus, quod facile refutatur ex *Seneca* Nat. quaeſt. 1, 17. *Sexto Empir.* Pyrrh. Hyp. 1, 48. p. 14. *Fabr.* aliisque. *J. M. G.*

Τὸ κέντρον] Etſi veterum ſpecula fuerint plerumque rotunda, nihil tamen accuratum centrum facit ad imagines tales reddendas, quales accepere; nam quae hoc praeſtant ſpecula, ea tantum oportet eſſe plana ſuperficie, nihilque tum refert, ſintne rotunda, nec ne. In quibus autem ſpeculis centrum accuratum locum habet, ea ſunt ſuperficiei convexae, aut concavae, quorum priora reddunt imagines minores, poſteriora majores, immo inverſas, ſi objectum ad certam diſtantiam admoveatur, quod hodie ſatis notum. Si igitur ejusmodi ſpecula cauſtica intelligat Lucianus (quod non videtur) ea ad ordinarios uſus fere ſunt inepta. An igitur per ignorantiam mathematicam κέντρον dixit? an per κέντρον generaliter tantum opificis ἀκρίβειαν intellexit, ut *ad amuſſim*, *ad normam*, dicimus, pro accurate, i. e. pro *affabre facta planitie*, quae opponatur *diſtortae*? Interim ſpecula cauſtica veteribus non fuiſſe ignota arbitror, etſi enim quae de Archimedis ſpeculis, quibus hoſtium naves in obſid. Syracuſ. incenderit, narrantur, pro fabula merito habentur; ipſum tamen commentum ſatis vetuſtum prodit rem non incognitam fuiſſe. Quin & *Ariſtoph.* Neb. 764—8. de lapide ſplendido, ſive cryſtallo (vel vitro) quo aliptae ignem ex ſole accendunt, diſerte mentionem injicit, dicens: Ἦδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὸν λίθον Ταύτλῳ ἰόντας, τὸν καλὸν, τὸν ὑγρὸν, Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; Τὸν ὕαλον λέγεις; Ἔγωγε. & mox ταύτλῳ λαβὼν — Ἀπωτέρω γὰρ οὐκ πρὸς τὸν ἥλιον, Τὰ γράμματ' ἐκτέξαιμι. i. e. *hac ſumta procul ſtans, hoc modo, ad ſolem Delevero literas ſcripti.* i. e. liqueſcere faciam ceram, in qua literae exaratae; id enim ἐκτήκω hic ſignificat. Aliud inſtrumentum aeneum, quo ignem ſacrum ad ſolem incenderint, ex *Plutarcho* exhibet *Lipſ.* Syntagm. de Veſtal. ſive T. III. p. m. 1092. quem etiam vide pagg. praecedd. licet forſan non plane ad mentem veterum, tamen indaganti patebit, ex ſolis radiis ignem accendere, non incognitum fuiſſe, etſi quoque is vocari queat ignis ſolaris, quem attritu lignorum eliciebant. Si tamen uſus vitri aut metalli cauſticus olim cognitus fuerit, dixeris, veteres non potuiſſe ignorare microſcopia, perſpicilla ac teleſcopia, quorum inventionem Ampliſſ. *de la Rue*, in libr. inſcripto Geletterde Zeelandt / tribuit *Zachariae Janſſonio*, Medioburgo Zeelando, an. 1590. Sed *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 14. perſpicilla dimetiendis turribus inveniſſe narrat *Jacobum Met*[illegible] eodem anno (quod jam non dijudico, quum hoc poſterius de dioptris aſtrolabii intelligi queat.) At potuit deperdita fuiſſe ars veterum, ac de novo inventa, quod certe ſtatuendum, ſi vera attulit Mr. *de Valois*, qui in *Hiſt. de l'Acad. R. de belles Lettres* T. I. p. 136. adſerit, veteres jam Archimedis tempore tubos quae *teleſcopia* vocamus, habuiſſe, & Ptolemaeum Regem Aegypti Pharum ex-

τὰς μορφὰς τ῀ ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτὰ, ἀλλότροφον δὲ, ἢ ψεῦδος χρυσὸν, ἢ ἑτεροχήμονα, μηδέν· οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὴ λεχθησόμενα ὀκνεῖ, καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη, δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν [a] αὐτά· ὥστε, ὅ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν· ὅλως δὲ, νομιστέον τ῀ ἱστορίαν συγγράφοντα, [b] Φειδίᾳ ἢ Πραξιτέλει χρῆναι ὁμοίαν εἶναι, ἢ Ἀλκαμένει, ἢ τῳ ἄλλῳ ἐκείνων. [c] οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἐλέφαντα, ἢ τ῀ ἄλλην ὕλην ἐποίουν· ἀλλ' ἡ μὲν ὑπῆρχε, καὶ πρυτοβόλλοντο, Ἠλείων, ἢ Ἀθηναίων, ἢ Ἀργείων προπορισμῶν· οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔπριον τ῀ ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐρρύθμιζον, καὶ ἐπήνθιζον τῷ χρυσῷ. καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη [d] αὐτῶν, ἐς δέον [e] οἰκονομήσασθαι τ῀ ὕλην. τοιοῦτο δή [f] τοι καὶ τὸ τῆ συγγραφέως ἔργον, εἰς καλὸν ἀληθέα τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰς δύναμιν

rum ſpecies, tales etiam illas oſtendat: perverſum vero, aut alieni coloris, aut figurae diverſae, nihil. Neque enim ut eloquentiae magiſtris ſcribunt *hiſtorici*: ſed dicenda *praeſto* ſunt, & dicentur *omnino*; jam enim facta ſunt. Oportet autem ordinare illa atque dicere. Itaque non quid dicant, quaerendum eis eſt, ſed quomodo dicant. In univerſum vero putandum eſt, hiſtoriae ſcriptorem Phidiae aut Praxiteli ſimilem eſſe debere, aut Alçameni, aut cuidam alii ex eo numero. Neque enim illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebant: verum illa quidem aderat, & ſubjecta illis erat, Elienſibus, aut Athenienſibus, aut Argivis ſuppeditantibus: at ipſi formabant tantum, & ſecabant ebur, poliebantque, & conglutinabant, & concinnabant, & auri velut florem inducebant: eaque ipſa illorum ars erat, materiam, prout opus erat, diſponere. Tale igitur etiam opus hiſtorici, cum ornatu diſponere res geſtas, & quam poteſt lucidiſſime eas de-

a Αὐτὰ] Αὐτῷ *Fl.* Sed vulgatam Edd. lectionem firmant M. P. *b* Φειδ. ἢ Πρ. χρ.] Φειδ. χρ. ἢ Πρ. *Fl.* W. & M. *c* Οὐδὲ γὰρ οὐδ'] Οὐ γὰρ οὐδ' M. & *Fl.* *d* Αὐτῶν] Αὐτῷ M. Αὐτοὺς pejus L. *e* Οἰκονομήσασθαι] Ita dedi ex *Fl.* & W. Οἰκοδομήσασθαι enim Edd. *f* Τοι] Τι M.

ſtruxiſſe, ex qua ope teleſcopiorum naves hoſtiles ad ſexcenta miliaria deregi potuerint. Sed quis non ſentit fabulas has eſſe, quas tamen ubi ille legerit, adductis auctoritatibus veterum adſtructum vellem, ut veritas indagari queat; alioqui ex fabula de Lynceo, idem praedicare poſſem. Interim ex his aliisque quae adducere poſſem, ſi tempus permitteret, probabile tamen fieret, quod ante dixi, non incognita omnia veteribus fuiſſe, quae hodie pro novis inventis habentur. *J. F. R.*

74. Ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι] Recte an ſecus ſe hic locus habeat, non pronuntio, me certe diu torſit. At ecce tandem alium huic prorſus geminum, ex quo & intelligetur melius & fortaſſis emendabitur. Extat is in Ὀφχ. c. 65. his verbis: ὁ σκοπὸς τ῀ ὀρχηστικῆς ἡ ὑποκρισις, ἐστι, ὡς ἔφην κατὰ τὸν αὐτὸν, καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευομένη. Vide itaque an non & hic ita legendum, uti illic legitur. Vel ſi minus arridet haec conjectura, aliam accipe. Lege ὥσπερ τοῖς ῥήτορσιν ἡ γραφίσιν. & excidiſſe puta verbum in hunc ſenſum, *licet aut demere, de veris aut addere.* Mihi magis placet conjectura prior, atque adeo ſic lego; κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ῥ. γρ.. Vid. Πρ. λ. c. 2. & paſſim. *M. du S.*

Ὥσπερ] Κατὰ τὰ αὐτὰ hic inſeri voluit *Solanus*, quia in *Prometh.* §. 2. & alibi fere ſic occurrit. *J. F. R.*

Ibid. Τοῖς ῥήτ.] Τοῖς ῥήτορσιν γράφουσι eſt ſub magiſtro eloquentiae ſive rhetore exercitationis cauſſa ſcribere, uti & ipſam ſpeciem, & verba fingere non licet modo, ſed oportet. Alia hiſtorici ratio. Illud γράφουσι poteſt aliquem turbare, quia adhuc ſingulari numero de eo, quem format, hiſtorico egit. *J. M. G.*

80. Ἀλκαμένει] Phidiae is aemulus. Vid. c. 4. *Plut.* περὶ Φιλοτιμ. 1435. *Plin.* XXXVI. 5. & *Pauſan.* VIII. *M. du S.*

81. Ἢ τῳ] Minutum eſt, ſed quod non obſervatum ſuſpectam reddere poſſit interpretationem, non legendum hic eſſe, ut adhuc, ἢ τῷ ἄλλῳ ſed ἢ τῳ ἄλλῳ. Articulos τοῦ & τῳ encliticarum more pro τινὸς, τινὶ poni, notum; ſed hic temere neglectum. *J. M. G.*

Ibid. Οὐδὲ γὰρ οὐδ'] Hanc pleramque Edd. lectionem praefero alteri, quae οὐ γὰρ οὐδὲ exhibet: majorem enim vim habet. Et ſic T. I. *Nigr.* §. 6. p. 43. hujus Edit. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καλλιφρονεῖν. Ad quae verba Cl. *Hemſterh.* p. ſeq. ex aliis *auctt.* ſimilia jam dedit. Et ſic paullo poſt iterum τότε δὴ τότε. *J. F. R.*

82. Ἐλέφαντα] Eburnea inter alias Jovis Olympici ſtatua, & Eleenſis Uraniae. De priori teſtatur *Plin.* XXXIV. 19. ut alios taceam. *M. du S.*

Ἐλέφαντα] Pro *ebore*; ut ſupra de *Sacrif.* c. 11. ut Virg.

demonſtrare. Et ubi, qui audiit, poſtea putat ſe vidiſſe ea quae dicuntur, & poſtea laudat, tunc ſane tunc elaboratum accurate, & propriam ſibi laudem conſecutum eſt opus hiſtorico noſtro Phidiae.

52. Omnibus autem jam paratis, & ſine prooemio nonnunquam incipiet, cum res ipſa non valde poſtulabit praeſtrui quidquam in prooemio. Vim quidem ipſam prooemii tum quoque adhibebit, quod ea quae dicenda ſunt declaret.

53. Quum vero utetur prooemio, a duobus tantum exordietur, non ut oratores a tribus, ſed omiſſo illo quod ad benevolentiam pertinet, attentionem ac docilitatem in auditoribus parabit. Attendent illi, ſi oſtenderit, ſe de magnis, aut neceſſariis, aut domeſticis, aut utilibus dicturum: docilem autem, & ea quae ſequuntur dilucida reddet, exponendis ante cauſſis, & praefiniendis rerum geſtarum *quibusdam* capitibus.

ἐναργέσταλα ἐπιδεῖξαι αὐτά. καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται, μὴ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπηκρίβωται, καὶ τὸ οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον τοῦ τῆς ἱστορίας Φειδίου.

Πάντων δὲ ἤδη παρεσκευασμένων, καὶ ἀπροοιμίαστον μὲν ποιήσεται τὴν ἀρχήν, [h] ὅταν μὴ πάνυ καλέσῃ τὸ πρᾶγμα, [i] προδιοικήσασθαί τι ἐν τῷ προοιμίῳ· δυνάμει δὲ καὶ τότε προοιμίῳ χρήσεται, τῷ ἀποσαφοῦντι περὶ τῶν [k] λεκτέων.

Ὁπόταν δὲ καὶ προοιμιάζηται, οὐκ ἀπὸ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς, προσοχὴν [l] ἢ εὐμάθειαν [m] εὐπορίσει τοῖς ἀκούσι. προσέξουσι μὲν γὰρ αὐτῷ, ἢν δείξῃ ὡς περὶ μεγάλων, ἢ ἀναγκαίων, ἢ οἰκείων, ἢ χρησίμων ἐρεῖ. εὐμαθῆ δὲ καὶ σαφῆ τὰ ὕστερα ποιήσει, τὰς αἰτίας προεκτιθέμενος, καὶ διορίζων τὰ κεφάλαια τῶν γεγενημένων.

Τοιού-

g Μετὰ] Sic legere *J. Fl. H.* notat *Solan.* neſcio quare. *h* Ὅταν] Ὁπότ' ἂν W. L. & *Fl.* Vulgat. ſervant cett. *Edd. i* Προδιοικήσασθαι] Διοικήσασθαι *Fl.* ſola. *k* Λεκτέων] Λεκτῶν W. *l* Ἢ] M. facere cum Edd. notat *Solan. m* Εὐπορίσει] Sic *J. H. P. Ald*, Εὑπορήσει *Fl.* quod etiam in M. fuit, ſed vulgata reſcripta eſt.

4. Ὁπόταν] Ἔργα δὲ τῶ προοιμίου τρία ταῦτα. τὸ προσέχειν καὶ εὐμάθειαν καὶ εὔνοιαν ἀπεργάσασθαι· οὐ τὰ δύο πρόδηλον ὅτι λύει τῶν ἀκροατῶν, εὐμάθειαν καὶ εὔνοιαν. τὸ μὲν γὰρ ῥήτορα ὠφελήσει ἡ εὔνοια, ἵν' εὐμαθῶς δέξοιντο [οἱ ἄνθρωποι] τοὺς λόγους αὐτοῦ. καὶ ἡ εὐμάθεια δὲ πρὸς τῶν ἀκροατῶν ἐστίν. ἐκείνους γὰρ ὁπόταν τοῦτο ὥσπερ καὶ ἡ προσοχὴ ὁ μάλιστα μεγαλοποιὸς δημιουργὸς ῥήτορος, εἰδότος καὶ τὰ σμικρὰ μεγάλα δεῖξαι, καὶ ὥσπερι δηλῶσαι τοὺς ἀκροατὰς ἐλθεῖν. κατὰ δὲ δεύτερον λόγον καὶ ἡ εὐμάθεια τῷ ῥήτορι ἰσχύειν γενήσεται. ἐν' ὠφελίαν μόνοι καὶ αὐτὴ τῶν ἀκροατῶν. ὥστε τριῶν ὄντων, μόνη ἡ εὔνοια τὸν ῥήτορα ὠφελήσει. τὰ δὲ λοιπὰ δύο τοὺς ἀκροατάς. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐκλείπει, ὅτι μὴ ἑαυτῷ τότε ὁ ῥήτωρ, ἀλλὰ τοῖς ἀκροαταῖς ἐργάζεται. M.

Virg. fere Aen. III. 464. — *ſectoque elephanto.* Conf. mox, ἔπριον τὸν ἐλέφαντα. Quod quidem ſatis notum; nam & ſic *Homer.* non ſemel, ut Il. Δ. 141. Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίνῃ. *Ac veluti quando aliqua tibur mulier purpura tinxerit.* Ad quem verſ. Cl. *S. Clarke* etiam alium ex *Luciani* Imag. locum adfert. Sed quod notatu dignius, ex *Pauſan.* Attic. I. c. 12. Ἐλέφαντα, ὅσῳ μὲ ἵππους καὶ ἄνδρῶν χεῖρας, εἶδον καὶ πάλαι πάντες εἰδότες· αὐτὰ δὲ τὰ θηρία, πρὶν ἢ ἀφικέσθαι Μακεδόνας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, οὐδὲ ἐωράκεσαν ἄρχων· πλὴν Ἰνδῶν τε αὐτῶν, καὶ Λυδίαν, καὶ ὅσοι πλησίον χώραι τέθεινται. Δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ὃς βασιλεῦσι πλάσας μὲ καὶ οἰκίας τοῖς ὑπολειπομένοις ἡρώοις αὐτῶν, ἐλέφαντι ἐποίησε κεκοσμῆσθαι τὰ θρόνους δὲ ἐλέφαντος μνήμῃ οὐδεμίαν ἐποίησεν. J. F. R.

84. Ἡλείων] V. Ἐνστ. c. 6. M. du S.

87. Διαιτήσων] Fallitur ergo *Budaeus* in Lex. hoc verbum eſſe neutrum abſolutum, quod pluribus probare non eſt opus. J. F. R.

89. Οἰκοδομησάσθαι] Flor. οἰκονομήσασθαι. J. B. Οἰκονομ.] W. & Ed. *Fl.* melius quam ut in reliquis eſt, οἰκοδομήσασθαι. M. du S.

92. Καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος αἴηται μὴ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα] Interpres: *At quando auditor ſe ea quae narrantur, audire putaverit.* Inepte: Reddenda ita ſunt verba: *Et quum auditor aliquis poſtea videre ſibi videatur ea quae narrabantur.* H. P.

1. Δυνάμει] Δυνάμει δὲ καὶ τότε προοιμίῳ χρήσεται τῷ ἀποσαφοῦντι περὶ τῶν λεκτέων. *Potentia vero etiam tum prooemio utetur, quo dicenda declaret.* Ex hac verſione nemo Luciani mentem intellexerit, quam ut percipiamus, ſic erunt interpretanda: *Et tunc quoque prooemio utetur implicite, ſi clare explicet quaenam ſint dicenda.* J. G. G.

14. Ἡρά-

Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τ̃ συγγραφέων ἐχρήσαντο. Ἡρόδοτος μὲν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τ̃ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα, νίκας Ἑλληνικὰς δηλοῦντα, καὶ ἥττας βαρβαρικάς. Θουκυδίδης δὲ, μέγαν τε καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον, καὶ μείζω τ̃ προγεγενημένων, ἐκεῖνον τ̃ πόλεμον· καὶ γὰρ συμφορὰς ἐν αὐτῷ μεγάλας ξυνέβη γενέσθαι.

54. Talibus prooemiis optimi historicorum usi sunt: Herodotus quidem, *ne res gestae ipso tempore evanescant, magnae cum sint atque admirabiles, eaeque Graecas victorias indicent, & clades barbarorum*; Thucydides autem, *magnum & ipse futurum ratus & memoria dignissimum, & majus prioribus, illud bellum; etenim calamitates quoque magnas in illo contigisse.*

[a] Μέγα δὲ τὸ προοίμιον ἀνάλογον τοῖς πράγμασιν, ἢ μηκυνόμενον, ἢ βραχυνόμενον· εὐαφὴς δὲ καὶ εὐάγωγος ἔστω ἡ ὅπι τ̃ διήγησιν μετάβασις. ἅπαν γὰρ ἀτεχνῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τ̃ ἱστορίας, διήγησις μακρά ἐστιν· ὥστε ταῖς τ̃ διηγήσεως χρεταῖς καλλωπισμάσθω, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτῇ ὁμοίως, ὥστε μὴ πρόσχειν, μήτε κοιλαίνεσθαι. ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει, ὡς ἔφην, μεμηχανημένον καὶ τῇ συμπεριπλοκῇ τ̃ πραγμάτων. ἀπολύσαι γὰρ καὶ ἐντελῆ πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτῶ, καὶ ἁλύσεως [d] τρόπῳ συνηρμοσμένον, ὡς μὴ διαλελεχθαι, μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι, ἀλλήλαις ἀδιαλείμπτους, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τ̃ δευτέρῳ, μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν, καὶ ἀναλελοιπέναι τὰ ἄκρα.

55. Magnum vero prooemium, pro rerum ipsarum portione productum aut correptum. Conçinnus porro & sequax sit transitus ad narrationem. Nam omne prorsus reliquum corpus historiae narratio longa est. Itaque virtutibus narrationis ornata sit, mollique & aequabili vestigio procedat, & undique sibi similis similiter, ut neque emineat quidquam, neque recedat. Deinde perspicuitas efflorescat in dictione, quae perficiatur etiam, ut dixi, rerum inter se complexu. Nempe absoluta omnia & consummata faciet, & primo perfecto secundum illi cohaerens inducet, & catenae instar coagmentatum, ut nusquam intercidatur, neque multae sint narrationes alterae alteri adjectae, sed semper prius posteriori non vicinum modo sit sed continuum, & extremis *suis* permistum.

56. Ce-

a Μέγα] Μετὰ male L. Cum vulg. faciunt *J. Fl. H.* &c. · *b* Αὐτῇ] Ex emend. *Solani*; Edd. enim omnes male αὐτὰ. *c* Ἔφην] Ἔχω male sola *A.* *d* Τρόπῳ] Τρόπου L. Vulgatae adstipulantur *J. Fl. H. P.*

14. Ἡρόδοτος] *Herodotus* I. 1. *M. du S.*

16. Νίκας] Aliter & longe aequius, *Herod.* ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται. *M. du S.*

Νίκας Ἑλλ.] Conf. supra *Zeux.* c. 7. · *J. F. R.*

18. Θουκυδίδης] Verba sunt *Thucydidis* in ipso initio, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τ̃ προγεγενημένων. De bello, quod scripturus erat, sermo est, & ratio redditur, cur in ipso belli initio scribere jam decrevisset. Adde c. 21. *M. du S.*

20. Παθήματα] Ex eodem libro c. 23. τούτου δὲ τ̃ πολέμου . . . παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι οὐ αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι, οἷα οὐκ ἄλλα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. *M. du S.*

29, Αὐτῇ] Emendavi vulgatum αὐτὴ, quod in omnibus libris reperitur. *M. du S.*

Ibid. Πρόσχειν] Virtutes narrationis in historia observandas esse docet, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ πρόσχειν, μήτε κολαίνεσθαι. *levitor & aequaliter procedens sibi similis, ita ut neque extes, neque hiatus habeat*, non male interpres. πρόσχειν hic Luciano est, quod *Petronio* est *extra corpus orationis eminere. Praeterea*, inquit, *curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto vestibus colore niteant.* cum veluti centoni *purpureus late qui splendeat unus Assuitur pannus.* sed *intextus vestibus color* est limbus purpureus togae adtextus, ut in praetexta. *J. G. G.*

31. Ἔφην] Sic pro ἔχω in *Amstel.* Ed. corrigendum esse monuerat Cl. *Le Cleze*, idque vel ex versione, quae

56. Celeritas utilis in omnibus, & maxime si non sit dicendorum penuria: eaque paranda non tantum a nominibus aut verbis, quantum ab ipsis rebus: hoc autem dico, si percurras parva & minus necessaria, satis autem dicas de magnis. Quin multa etiam omittenda. Neque enim si quando convivio accipis amicos, paratis omnibus, propterea inter media bellaria, & aviculas, & tot patinas, & apros, & lepores, & sumina, saperdam quoque appones, & fabam, si qua etiam parata sit: verum viliora negliges.

Τάχος ὅτι πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰ μὴ ἀπορία τῶν λεκτέων εἴη· καὶ τοῦτο πορίζεσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων. λέγω δὲ εἰ παραθέοις μὲν τὰ μικρὰ καὶ ἥττονα ἀναγκαῖα, λέγοις δ' ἱκανῶς τὰ μεγάλα· μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπτέον πολλά. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐστιᾷς τοὺς φίλους, καὶ πάντα ἡ παρασκευασμένα, διὰ τοῦτο ἐν μέσοις τοῖς πέμμασι, καὶ τοῖς ὀρνέοις, καὶ λοπάσι τοσαύταις, καὶ συὶν ἀγρίοις, καὶ [e] λαγωοῖς, καὶ [f] ὑπογαστρίοις, καὶ σαπέρδῃ [g] ἐνθήσεις, καὶ ἔτνος, [h] εἴ τι καὶ ἐκεῖνο παρεσκεύασο· ἀμελήσεις δὲ τῶν εὐτελεστέρων.

57. Maxime vero sobrie versandum est in montium, aut moenium, aut fluminum descriptionibus, ne imperite ac perverse vim dicendi ostentare videaris, & omissa historia tuum negotium agere: sed ubi leviter utilitatis perspicuitatisque caussa attigeris, transito, viscumque *veluti* illius rei, illasque omnes delicias effugito. Quale quiddam ipse, vides, ut magnanimus Homerus faciat. Quantumvis poëta sit, transcurrit Tantalum, & Ixionem, & Tityum, & reliquos. Si vero Parthenius, aut Euphorion, aut Callimachus dixisset, quot,

Μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν, ἢ τειχῶν, ἢ πολεμίων ἐρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾶν, παρεὶς τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ὀλίγον προσαψάμενον, τῷ χρησίμῳ καὶ σαφεῖ ἕνεκα, μεταβῆναι, ἐκφυγόντα τὸ ἴξον τὸ ἐν τῷ πράγματι, καὶ τὸ τοιοῦτον ἅπασαν λιχνείαν, οἷον ὁρᾷς τι καὶ Ὅμηρος ὡς [i] μεγαλόφρων ποιεῖ. καίτοι ποιητὴς ὤν, παραθεῖ τὸν Τάνταλον, καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τίτυον, καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, τό-

[e] Λαγωοῖς] Λαγωοῖς cum puncto subscripto W. Sine puncto Edd. *J. Fl. H. P.* &c. [f] Ὑπογαστρίοις] Ὑπογαστρίων L. [g] Ἐνθήσεις] Ἐνθήσει W. Nihil mutant Edd. vett. [h] Εἴ τι] Sic Edd. & M. Ὅ τι tamen in eo prius fuerat, id quod in *J.* quoque legitur. [i] Μεγαλόφρων] Μεγαλοφρόνως marg. *AlW.*

50. Λοπάσι] Λοπὰς * τὸ βρῶμα ἢ ὁ σκεπασμὸς ἴξμενον τῷ πρωτείῳ λεπίς, ὡς τινες φασί. Σὺ δὲ μίμησαι Ἀριστοφάνους λέγοντος, ὃς δὴ πᾶσα ἢ λοπὰς ἢ χύτρα χαλκῆ γίγνοιτ. *V.*

* *Suidas* λόπην vel λοπὸν habet, quod etiam significatione multum differt ἀπὸ τοῦ λοπὰς, quod apud Siculos praesertim *patellam*; apud Atticos praeterea *locum*, *capulum* significat. *J. Cler.*

quae tamen, ut *dixi*, habebat, facile erat videre. Edd. autem priores illud ὅτι jam recte habuere. *J. F. R.*

41. Τάχος] Micyll. *brevitas*. Cl. *Gesn. celeritas*, propius ad Graecum, quamquam τὸ τάχος utrumque complectitur; intelligitur enim illa festinatio, qua res minoris momenti obiter tangentes, & verbositatem vitantes ad ipsa facta historica properamus, quod ipse exponit c. 57. f. Cap. vero 59. ταχεῖς ἐπινοίας & ψόγους, *brevem* certe significat. *J. F. R.*

62. Ὅμηρος] Tangit hos quidem *Homerus* l. c. Sed quam sobrie! Atqui haec ipsa tamen totam Aristarchi effugere non potuerunt, qui notha ea pronuntiare ausus est. V. *Schol. Pindari* ad Ol. I. p. m. 13. A. Conf. *Hom.* Il. A. 575. *M. du S.*

65. Παρθένιος] De hoc & sequente Euphorione *Sueton.* Tib. c. 70. Poëta & historicus (v. *Voss.* II. 1.) cujus liber περὶ ἱστορικῶν παραδόξων hodieque exstat, in quo Euphorionem aliquoties laudat. *M. du S.*

66. Εὐφορίων] Chalcidensis, de quo *Suidas* & *Voss.* de hist. Gr. I. 16. erat enim & poëta & historicus. *M. du S.*

Ibid. Καλλίμαχος] De *Callimacho* quem hodie habemus,

πόσοις ἂν οἴει ἕπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τῷ Ταντάλῳ ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς, ὀλίγα τοῦ τοιούτου εἴδει τῷ λόγῳ χρησάμενος, σκέψαι ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται, ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας [a] χρῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον καὶ [b] χρειώδες ὄν, [c] ἢ ἔτι πόλεων ἀχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμβύα. ὅταν μὲν γὰρ [d] λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς εἶναι δοκῇ, σὺ τὰ πράγματα ἐννόησον· εἶση γὰρ ὅτω τὸ τάχος, καὶ ὡς φεύγοντος ὅμως ἐπιλαμβάνεται [e] αὐτῷ τὰ γεγενημένα, πολλὰ ὄντα.

Ἢν δέ πῃ καὶ λόγους ἐρῶντά τινα δέῃ εἰσάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τοῖς προσώποις, καὶ τοῖς πράγμασι, οἰκεῖα λεγέσθω· ἔπειτα, ὡς σαφέστατα καὶ ταῦτα· πλὴν ἐφεῖταί σοι τότε καὶ ῥητορεῦσαι, καὶ ἐπιδεῖξαι τὴν τῶν λόγων δεινότητα.

Ἔπαινοι μὲν γὰρ καὶ ψόγοι, πάνυ πεφεισ-

putas, versibus aquam ad labra usque Tantali perduxisset? deinde quot *aliis* circumegisset Ixionem? Potius vero Thucydides ipse, parce hac orationis forma usus, vide, quam celeriter desistat, ubi vel machinationem aliquam declaravit, aut obsidionis formam explicavit, necessariam licet & utilem, aut Epipolarum formam, aut Syracusiorum portum. Cum enim pestilentiam describit, & longus esse videtur, at tu res ipsas cogita. sic enim celeritatem intelliges, & ut fugientem *velut* tamen facta, multa quidem illa retineant ac reprehendant.

58. Siquando vero etiam verba facientem aliquem inducere oportebit; maxime quidem personae convenientia, & propria negotio dicantur, deinde quam dilucidissime haec quoque. Quin tum etiam permissum tibi est rhetoricari, & vim dicendi ostendere.

59. Laudes quidem aut vituperationes, omni-

[a] Χρῆμα] Sic marg. *A1. J.* & Mss. Gr. Σχῆμα Edd. ceterae omnes. [b] Χρειῶδες] Sic Edd. praeter *J.* quae Χρηώδης. [c] Ἢ] Ἦν M. male. [d] Λοιμὸν] Μὸν tantum M. [e] Αὐτῷ] Deest in *Fl.*

mus, non putat intelligendum hic nostrum *Ez. Spanh.* vir de literis & de Rep. optime meritus (in Hymn. Ap. f. 112.) Sed forte de altero juniore e sorore ejus nato; quamquam fateatur hunc fere designari, cum nulla alia additur distinctionis nota. Rem & ego in medio relinquo. De eo tamen *Cas.* ad *Athen.* 147. (Constat, doctissimum virum calumniandi ansam invidentibus praebuisse, quod multa quidem sed brevia carmina ederet. Solitus dicere Callimachus magnum librum magnum esse malum . . . tandem ut os obturaret malis hominibus, magnum poëma Hecalen inscriptum coactus est edere.) V. *Athen.* III. Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Ego certe apud eundem *Athen.* IX. 387. F. — Quando Ister dicitur καλλιμαχείως συγγράφειν, ad vitium respici credo, quod hic a Luciano notatur. *M. du S.*

Καλλίμαχος] Juniorem quemdam Callimachum hunc esse, credit Illustr. *Spanhem.* ad Callimach. p. 118. quia alter brevitatis amans. *J. F. R.*

67. Πόσοις ἕπεσι] Brevitatem Callimachi Battiadae laudat, & haec Luciani forte ad alium pertinere, conjicit *Spanhem.* ad H. in Apoll. 112. p. 118. *J. M. G.*

72. Μηχάνημα] Vid. *Thucyd.* IV. 100. *M. du S.*

Ibid. Πολιορκίας χῆμα] In Thucydide laudat, quod animus non sit in describendis παρέργοις μᾶλλον ἢ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τοῦ τοιούτου εἴδει τῷ λόγῳ χρησάμενος, σκέψαι, ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται, ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας χῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον & χρειῶδες ὄν, ἢ ἔτι πόλεων χῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμβύα. Quis credat tam politum scriptorem usum fuisse in eadem περιοχῇ bis voce χῆμα, ne dicam πολιορκίας χῆμα, quod vertunt *obsidionis speciem* inepte dici. Mss. optime. ἢ πολιορκίας χρῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον & χρειῶδες. *aut rem ad obsidionem necessariam & utilem exponens.* De Sostrato vide *Plin.* XXXVI, 12. & *Strab.* lib. ult. *J. G. G.*

73. Χρῆμα] Perperam in vulgatis legitur hic χῆμα pro χῆμα, quod recte exhibet Ed. *J.* *M. du S.*

74. Ἔτι πόλεων] Valde probo Ἐπιπολῶν, etsi vulgatam exhibeo. *J. F. R.*

Ibid. Σχῆμα] Non offendit me repetitio nominis χῆμα, alioquin sexcenta & nostri & optimorum quorumque scriptorum loca damnanda essent: sed illud offendit, quod libros omnes obsedit, ἔτι πολλῶν χῆμα, inconcinnum profecto, ubi id quod conjunctum est, nempe Συρακουσίων λιμβύα, indicat, transire jam ad ipsa singularia exempla auctorem. Breviter Ἐπιπολῶν χῆμα legendum esse, ac sine dubitatione inter Luciani verba recipiendum, pauci ita vel duri erunt ad haec studia, vel tam morosi, quin nobis assentiantur. Describit Ἐπιπολῶν χῆμα *Thucydides* VI, 96. tanquam

χεῖ-

omnino moderatae, & circumſpectae, & a calumnia remotae ſunto, & cum demonſtratione conjunctae, & celeres (*breves*), nec intempeſtivae. Alioquin extra tribunal ſunt, idemque quod Theopompus crimen ſuſtinebis, qui inimicitiarum quodam ſtudio plerosque accuſet, in eoque negotio diu moretur, ut accuſet potius, quam quae facta ſunt enarret.

60. Si etiam fabula ex transverſo incidat, dicenda quidem, non tamen omnino aſſeveranda, ſed relinquenda in medio, ut prout quisque voluerit, de ea exiſtimet: tu vero tutus, ac in neutram partem propenſus.

61. In univerſum autem, illud mihi memento, (ſaepius idem dicam) & non ad praeſens modo ſpectans ſcribito, ut qui nunc ſunt homines te laudent, & in honore habeant, ſed ad omnis aevi memoriam *quaſi* collineans, his potius ſcribe qui poſt

μένοι, καὶ διεσκεμμένοι, καὶ ἀσυκοφάντητοι, καὶ μὴ ἀποδείξεων, καὶ ταχεῖς, καὶ μὴ ἄκαιροι, ἐπεὶ ἔξω τῆς δικαστηρίου ἐκεῖνοί εἰ-
90 σι. καὶ τῷ αὐτῷ Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἔχεις, Φιλαπεχθημόνως καὶ ἠγορηῦντι τῶν πολεί-τῶν, καὶ διατριβὴν ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς καὶ ἠγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα.

95 [f] Καὶ μὴν καὶ μῦθόν [g] εἴ τις παρεμπέσοι, λεκτέον μοὶ, ὃ μὴν πιστὸς πάντως, ἀλλ' ἐν μέσῳ θετέον τοῖς ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, εἰκάσουσι περὶ αὐτῆς. [h] σὺ δ' ἀκίνδυνον, καὶ πρὸς ἑδέτερον ὀπῖρρεπέ-
Ισερον.

Τὸ δ' ὅλον, ἐκεῖνο μοι μέμνησο, (πολλάκις [i] τὸ αὐτὸ ἐρῶ) καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν [k] ἐπαινέσονταί σε, καὶ τιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ σύμπαντι αἰῶνι ἐστοχασμένος, πρὸς τοὺς ἐπείσα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ πᾶς' ἐκείνων ἀπαί-

f Καὶ μὴν καὶ] Ridicule *S.* Δὶ μὴν καὶ. Ceteras vulgatam ſervare cum M. notat *Solanus.* *g* Παρεμπέσοι] Παραπέσοι. W. Vulgatam tenent *J. Fl. H.* &c. *h* Σὺ] Sic *J.* & marg. *AiW.* Σοὶ M. & Edd. praeter *J.* omnes. *i* Τὸ αὐτὸ] Τοῦτο *J.* Γὰρ τὸ αὐτὸ W. At vulgatam habent *Fl. H. B2. P. Ald.* &c. *k* Ἐπαινέσονταί σ. κ. τιμήσουσιν] Ἐπαινέσονταί σ. κ. τιμήσουσι *Fl.* & W.

χωρίου λοιπόμενον τι ἐν ὑπὸ τῆς πόλεως εὐθὺς χειμῶνος κ. τ. λ. Nomen *Epipolarum* ſervari tanto magis hic & ſupra debuit, cum etiam *Livius* hanc Syracuſarum partem patrio more appellarit 25, 24, 4. *J. M. G.*

89. Ἔξω τῆς δικ.] Sic intelligo: non habebitur illarum ab auditore vel lectore ratio, ut qui eas vel plane omiſſurus, vel indignas judicaturus ſit, quibus aſſentiatur: quemadmodum nempe accuſationis extra tribunal prolatae nulla habetur a judice bono ratio. *J. M. G.*

90. Θεοπόμπῳ] Atqui *Theopompum* hunc ipſum *Athen.* III. p. 85. A. veritatis amantem ait fuiſſe, ejusque perveſtigandae ſtudio magnam pecuniae vim inſumpſiſſe. *Μαθέτω*, inquit, ὡς δὴ Θεοπόμπου τοῦ χίου ἀνδρὸς φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τὰ ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. „ De impenſis Theo-„ pompi, inquit, ad hunc locum *Caſaub.* non tacet „ *Dion. Halic.* in epiſt. ad Pomp. De amore veritatis „ non deſunt qui obſtrepant. *Athen.* ipſe l. 6. δυσμενῆ αὐλὸν appellat, parum conſtans ſibi. Sed quia in-„ genua libertate vitia hominum Theopompus car-„ pſerat, multorum odia veritas illi paraverat. Ita-„ que βάσκανον & aliorum virtutibus invidentem „ multi pronuntiarunt, quos refellit *Dion. Lucianus*, „ &c. Hinc Theopompicum ſcribendi genus nomi-„ nat *Cicero*, cum de omnibus omnia libere palam „ dicuntur, ad Att. II." De *Theopompi* maledicendi prurigine non *Luc.* ſolus, ſed multi conqueſti ſunt viri graviſſimi. *Ciceronis* judicium audiviſti. Lege etiam *Corn. Nep.* in Alcibiad. c. 11. V. & *Plut.* 1570. f. *M. du S.*

95. Καὶ μὴν καὶ] Hic potius pleonaſmus elegantiae eſt, (licet alibi illud nimis frequentatum καὶ oderim) ſic etenim & *Long.* Paſt. I. p. 26. Ed. *Jungerm.* καὶ ἅμα ἐν αὐτῇ ἡρέμα ὑπεφθέγγετο. Idem p. 28. καὶ λαβοῦσα ἐν αὖθις ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ. Noſter ſupra c. 37. καὶ τὴν Δίαν, καὶ σὺ γραῢς ἐπίδῃ. Et c. ſive §. 46. Καὶ μὴν ἐν σωθήσῃ. & T. I. *Somn.* c. 7. ubi ſimilia jam notavit Cl. *Hemſterh.* Et non ſemel alibi. *J. F. R.*

98. Σὺ] Sic Ed. *J.* In reliquis eſt σοί. *M. du S.*

Σὺ δή] Legendum eſſe, non σοὶ δ' ut lectum eſt adhuc, ſed σὺ δή' ut interpretati ſumus, facile, puto, conſtabit. *J. M. G.*

2. Πολλάκις] Notabat *Solanus* noſter *Vorſtium* legere ὡς πολλάκις, non imperite profecto, ubi cetera ſic legerentur, ut in *Junt.* quae πολλάκις τοῦτο ἐρῶ, idque ſine parentheſi, habebat; cum vero aliae non τοῦτο, ſed τὸ αὐτὸ exhibeant, & parentheſin etiam non-

ἀπαίτει τ μισθὸν τ γραφῆς, ὡς λέγηι τις αὐτῶι σοῦ, ἐκεῖνος μέντοι ἐλευθέρως ἀνὴρ ἦν, καὶ παῤῥησίας [a] μεστὸς, [b] οὐδὲν οὐδὲ κολακευτικὸν, οὐδὲ [c] δουλοπρεπὲς, ἀλλ' ἀλήθεια ὅπι πᾶσι. τοῦτ' εἰ [d] σωφροσύνη τις, ὑπὲρ [e] πάσας τὰς νῦν ἐλπίδας θεῖτο ἄν, εἴτως ὀλιγοχρονίους οὔσας.

Ὁρᾶς τ Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷον ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τ ὅπι τῆ Φάρω πῦργον, μέγιστον καὶ κάλλιστον [f] ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις, ὅπι πολὺ τ θαλάττης, καὶ μὴ καταφέροιτο εἰς τ [g] Παραιτονίαν, πάγχαλεπον, ὥς φασιν, ὄσαν, καὶ [h] ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα· οἰκοδομήσας οὖν τὸ ἔργον, ἔνδοθεν μὲν κατ' τῶν λίθων τὸ [i] αὐτοῦ ὄνομα ἐπέγραψεν, ὅπιχρίσας δὲ πιτάνῳ, καὶ ὅπικαλύψας, ἐπέγραψε τοῦτο

erunt, & ab illis ſcriptionis mercedem repoſce, ut de te etiam dicatur, *Ille tamen liber fuit, & dicendi fiducia plenus. Nihil neque adulatorium, neque ſervile, ſed veritas in omnibus.* Hoc, ſi quis ſapiat, ſuper omnes hujus vitae ſpes, quae parvi adeo temporis ſunt, poſuerit.

62. Vides ne tu Cnidium illum architectum, quale quid fecerit? Cum enim aedificaſſet illam in Pharo turrim, maximum omnium operum pulcherrimumque, ut inde ſignum igne accenſo tolleretur navigantibus longe in mari, ne in Paraetoniam deferrentur, difficillimam, ut ajunt, & unde effugere non poſſet, ſi quis incidiſſet in ſcopuloſa illa loca. Opere igitur exaedificato, intus quidem in ipſis ſaxis ſuum nomen inſcripſit. Inducta vero calce cum texiſſet, *ipſi tectorio* inſcripſit nomen Regis, qui tum erat; qui ſciret, quod etiam

[a] Μετὸς] Μισθὸς male W. [b] Οὐδὲν] Deeſt in *S.* adeſt in *Fl. F. H.* &c. & W. [c] Δουλοπρεπὲς] Ita recte *Fl. Fr. S. A.* & W. Item marg. *A1W.* Δολοπρεπὲς male reliq. Edd. [d] Σωφροσύνη] Sic P. *P. Ald. F. H.* Σωφροσυνῆ W. Σωφροσυνῆι Ex. *Fl.* [e] Πάσας τὰς] Τὰς πάσας W. [f] Ἔργων] Ἔργων W. Vulgatam non movent *F. Fl. H.* &c. [g] Παραιτονίαν] Παραιτονίαν W. Nil mutant Edd. priſcae. [h] Ἄφυκτον] Ἄφυκλον male Edd. & M. [i] Αὐτοῦ] Αὐτοῦ Edd.

nullae addant, non opus jam ὡς addere; verum illud γὰρ ex W. potius reciperem. *F. F. R.*

11. Δουλοπρεπὲς] Antiquiores fere omnes Edd. legunt hic δολοπρ— barbare, *Ald.* nempe *F.* & *B2. P.* etiam. Sed bene habet in *Fl. Fr.* etiam *S.* & *A.* & in M. Codice. *M. du S.*

15. Κν. ἀρχιτ.] Nomen ex inſcriptione, quam mox exhibet, patebit. *M. du S.*

16. Ἐπὶ τῆ Φάρῳ πῦργον] De hac turri vid. *Scholium* 55. ad *Icaromen.* c. 12. & notam Cl. *Humphr. Prideaux* ad L. I. Partis poſterioris hiſtoriae ſuae, qua vetus teſtamentum cum novo connectit. p. Ed. in 8o. *M. du S.*

20. Παραιτονίαν] *Plut.* Anton. 814. B. & *Ovid.* am. II. El. XIII. 7. *Paraetonium* vocant. *Strabo* etiam non ſemel & *Polyaenus* Strat. II. p. 145. C. Sed mutare hic non auſim; & omnino ſic editum a Luciano ipſo, ut vulgo nunc legitur, exiſtimem. *M. du S.*

21. Ἄφυκτον] Sic ſexcentis in locis apud hunc ſcribitur, ut in *Dial. Apoll.* & *Merc.* ſeu Θ. δ. XVII. Ἔκπλοια δὲ σωτὴς τὸ ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἐκπλεῖν. Sic in *Mυσ.* c. 3. B. in Γυμν. c. 2. & 29. In *Πανθ.* etiam c. 2. &c. & auctoribus Mſſ. A. B. & M. in Ἑρμ. c. 79. Ut nullum dubium ſit, debere etiam hic ſcribi ἄφυκτον, non ut in omnibus, ἄφυκλον. M. tamen Codex, qui in Ἑρμ. etiam habet ἄφυκλον, hic mendoſe cum caeteris ἄφυκλον habet. *M. du S.*

Ἄφυκτον] Ἄφυκλον verum eſſe, vid. var. lectt. ad *Ver. Hiſt.* I. c. 39. & ſupra, *Deor. Dial.* XVII. *F. F. R.*

22. Οἰκοδομήσας οὖν] Illud οὖν epanalepſi inſervire, vid. ſupra ad *Zeux.* c. 1. *F. F. R.*

78. Τυρὼ] Hujus fabulam repete ex Hom. Δ. XIII. & adde, si lubet, Φιλοστ. c. 6. *M. du S.*

95. Φελλὼ] Nota etiam est φελλὸς Pamphyliae urbs, itemque φελλεὺς mons Atticae &c. Vide *Steph. Byzant.* h. v. *J.M.G.*

96. Σωροδιπόρουν] Conf. *Hermot.* c. 13. *M. du S.*

6. Κατὰ δὲ τ πρῷραν] Proditum est a veteribus poëtis, esse quasdam in Oceano insulas ad quas post mortem deferuntur eorum animae, qui sancte religioseque vixerint, *Homer. Lucian.* de Luctu. *G.C.*

11. Ἡρόδοτος] *Herodot.* III. p. 123. *M. du S.*

βίας. οἷον γὰρ ἀπὸ ῥόδου, καὶ ναρκίσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ κρίνων, καὶ ἴων, ἔτι δὲ μυρσίνης, καὶ δάφνης, καὶ ἀμπελάνθης, τοιοῦτόν ἡμῖν τὸ ἡδὺ προσέβαλλεν· ἡσθέντες δὲ τῇ ὀδμῇ, καὶ χρηστὰ ἐκ μακρῶν πόνων ἐλπίσαντες, κατ' ὀλίγον ἤδη πλησίον τῆσδε τῆς νήσου ἐγιγνόμεθα. ἔνθα δὴ καθεωρῶμεν λιμένας τε πολλοὺς, περὶ πᾶσαν ἀκλύστους καὶ μεγάλους, ποταμούς τε διαυγεῖς ἐξιόντας ἠρέμα ἐς τὴν θάλατταν· ἔτι δὲ λειμῶνας, καὶ ὕλας, καὶ ὄρνεα μουσικὰ, [a] τὰ μὲν ἐπὶ τῶν ἠιόνων ᾄδοντα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κλάδων. ἀὴρ δὲ κύκλῳ καὶ εὔπνους περιεκέχυτο τὴν χώραν· καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι διαπνέουσαι, ἠρέμα τὴν ὕλην διεσάλευον· ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κινουμένων, τερπνὰ καὶ συνεχὴ μέλη ἀπεσυρίζετο, ἐοικότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν πλαγίων αὐλῶν. καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο, οὐ θορυβώδης, ἀλλ' οἵα γένοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τῶν μὲν αὐλούντων, ἄλλων δὲ ἐπαινούντων, ἐνίων δὲ κροτούντων πρὸς αὐλὸν, ἢ κιθάραν.

Arabia. Quale enim a roſa, & narciſſo, & hyacintho, & liliis, & violis, myrto praeterea & lauro, atque vitis flore, tam ſuave quiddam *ad nares* nobis accidit. Delectati odore & optima quaeque poſt longos labores dum ſperamus, breviſſimo jam intervallo abſumus ab inſula. Hic & portus videmus multos circum circa tutos a fluctibus & ſpatioſos, fluminaque pellucida placide exeuntia in mare: ad haec prata, & ſilvas, & cantrices aves, tum in litoribus canentes, tum multas in ramis. Aër porro levis & molliter ſpirans circumfuſus regioni erat, atque aurae quaedam ſuaves leni flatu ſilvam motabant. Itaque & a ramis motis, jucunda perpetuaque cantica ſibilabant, ſimilia cantibus qui ab obliquis fiſtulis in loco deſerto redduntur. Sed clamor etiam miſtus exaudiebatur, non ille tumultuoſus; ſed qualis oriatur in convivio, inflantibus aliis tibias, aliis laudantibus, plaudentibus ad tibiam citharamve aliis.

6. Hiſ-

[a] Τὰ] Ὅτε *Ex. Fl.* male. Nihil a vulg. abit P.

24. Περιεκέχυτο] Ἀντὶ τοῦ περιέχειν, ὑπείληφε, περιέβαλλεν, περιλιμπάζειν. *V.* (περιλιμπάζειν V.)

28. Ἐπηρεμίαις] Quanquam enim vox ſit inſolens, aptiſſima videtur. Verbo ἐπηρεμεῖν utitur Ἔρωτ. c. 45. Certe ridicule antea legebatur & vertebatur hic locus; ἐπ' ἐρημίας, *in deſertis*. *M. du S.*

29. Πλαγίων αὐλῶν] Dum quis meliora me doceat, intelligo fiſtulas obliquas *Querpfeiffen* (Belg. dwarſe fluiten) ſuſpenſas voti cauſſa a paſtoribus in locis deſertis, ſpecubus, arboribus, quas ſonum aura ſpirante edere, nihil impedit. Tales ſunt apud *Longum Paſtor.* lib. I. p. 5, 19. ubi in antro ἀνέκειντο αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγξες, καὶ κάλαμοι περισσοτέρων ποιμένων ἀναθήματα. plura ibi *Mollius*. *J. M. G.*

Ibid. Βοὴ . .] Hunc etiam locum in depravatiſſimo Codice legerat *Thomas Magiſter*, quem vide in voce ἄθροος. Noſtri Codices non ἄθρους, ſed οὐ θορυβώδης habent. *M. du S.*

32. Κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν] Non debuit verti *ad tibiam vel citharam ſaltant*; neque enim κροτεῖν eſt ſaltare: & certe erat quoque modulatus plauſus. Utique & in Pſeudomanti κυμβάλοις κροτοῦντα interpretatur Benedictus *cymbala pulſantem*, ſine mentione ſaltandi; & in Saltatione κροτοῦντα τε προσῆκε ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα reddidit *applaudens & laudibus indecentiſſimis acclamans*. *J. G.*

39. Περιπλόοις] Angl. περιπόλοις. *J. B.*

Περιπολ.] A. P. L. *S. A.* Impreſſi vero omnes περιπλόοις, ante *S.* quae recte mutavit. *M. du S.*

44. Ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς] Rhadamanthus Lyciae Rex, filius Jovis ex Europa Minois & Aaci frater, vir juſtiſſimus. Vid. *Virg.* VI. Æn. *G. C.*

47. Αἴαντα] Occubuit ad Trojam, ut ſcribunt *Sophocles* in Ajac. & *Dictys* Cretenſ. in Hiſtor. *G. C.*

49. Καληγορεῖτο] Leve admodum eſt vitium, quod tamen inquinat editiones omnes, ut mirum a tot editoribus non eſſe ſublatum: In omnibus enim extat καληγορεῖτο δὲ αὐτῷ pro ἐκαληγορεῖτο, quod puer videat. *J. G. G.*

Ἐκαληγορεῖτο] In omnibus antea legebatur, καληγορεῖτο. & ſane ſic paſſim apud hunc *Prometh.* fin. Ibid. c. 4. f. Νεκρ. Δ. XXVII. & Μωμ. c. 19. eodem modo, quo hic in impreſſis. Sic & Fab. *Aeſop.* Delect. Fab. X. vitioſe; & *Aeſop.* Fab. 72. & apud *Demoſth.* c. Mid. p. 409. A. *M. du S.*

Καληγορεῖτο] *Solanus* cum Cl. *Graev.* ſentiens ἐκαλήγ. ſcri-

6. Hiſce omnibus dum demulcemur alabimur, firmataque in portu navi, exſcendimus, relictis in ea Scintharo cum duobus ſociis. Progreſſi per pratum floridum, in praeſidiarios litorisque cuſtodes incidimus, qui roſeis nos coronis vinctos, duriſſimum hoc apud illos vinculum eſt, ad principem abduxere, a quibus in via audivimus, hanc eſſe beatorum qui vocantur inſulam, imperitare in ea Rhadamanthum. Jam deducti ad illum, quarti ſtetimus in ſerie eorum qui judicandi erant.

7. Primum judicium erat, de Telamonio Ajace, utrum par ſit eum verſari cum Heroibus nec ne? Accuſabatur autem hoc nomine, quod furioſus fuiſſet, atque ipſe manus ſibi intuliſſet. Tandem cum multa *utrinque* dicta eſſent, pronunciavit Rhadamanthus, *Jam quidem helleboro poto traderetur Hippocrati Coo Medico, in poſterum ubi reſipuiſſet, convivio adhiberetur.*

Τούτοις ἅπασι κηλούμενοι, κατήχθημεν· ὁρμισάμενοι δὲ τὸ ναῦν ἀπεβαίνομεν, τὸ Σκίνθαρον ἐν αὐτῇ, καὶ δύο τῶν [b] ἑταίρων ἀπολιπόντες. προϊόντες δὲ διὰ λειμῶνος εὐανθοῦντος, ἐντυγχάνομεν τοῖς φρουροῖς καὶ [c] περιπόλοις· οἱ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις, ὅτι καὶ μέγιστον παρ' αὐτοῖς δεσμός ἐστιν, ἀνῆγον ὡς τὸν ἄρχοντα· παρ' ὃν δὴ καθ' ὁδὸν ἠκούσαμεν, ὡς ἡ μὲν νῆσος εἴη τῶν Μακάρων προσαγορευομένων, ἄρχοι δὲ [d] ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς. καὶ δὴ ἀναχθέντες ὡς αὐτὸν, ἐν τάξει τῶν δικαζομένων ἔστημεν τέταρτοι.

Ἦν δὲ ἡ μὲν πρώτη δίκη, περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, εἴτε χρὴ αὐτὸν συνεῖναι τοῖς ἥρωσιν, εἴτε χρὴ μή· [e] καλήγορείτο δὲ αὐτῷ, ὅτι μεμηνοι, καὶ ἑαυτὸν ἀπεκτόνοι· τέλος δὲ, πολλῶν ῥηθέντων, ὁ Ῥαδάμανθυς ἀπεφαίνετο, νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τὸ ἑλλεβόρου, ὕστερον δὲ δοθῆναι Ἱπποκράτει τῷ Κῴῳ ἰατρῷ, ὑστερον δὲ σωφρονήσαντα, μετέχειν τοῦ συμποσίου.

Δευ-

b Ἑταίρων] Ἑτέρων male *Ex. Fl.* Nihil mutat *P. H. J. P.* &c. *c* Περιπόλοις] Sic *A. L. P. S. A.* & *Ald.* Πεμπτλόοις Edd. cett. *d* Ὁ Κρὴς] Ὀκρὴς male *Fl.* *e* Καλήγορείτο] Sic Edd. omnes. Ἐκαλήγορείτο vult *Graev.* male.

37. Εὐανθοῦς] Γράφεται εὐάνθητος (leg. εὐανθοῦντος, ut in C. exſtat.)

ſcribendum eſſe etiam in marg. *Junt.* notavit. Ego vero cur neutri obſecundem, dicam. Miror autem Cl. *Graev.* tam confidenter dicentem, vel puerum videre ἐκαλήγορείτο ſcribendum. Ego certe & plures mecum id non videbunt. Meruiſſet ſaltem probari illud ἐκατηγ. An enim non cogitavit Vir ſummus, verbum eſſe compoſitum, ideoque augmentum in medio potius locum habere? (quamvis ejusmodi compoſita interdum initio, interdum utrobique augeri noverim.) Quin ἐκατηγορείτος etſi Lexica ſine auctoritate adferunt ἐκατηγόρησε, mihi potius ſuſpectum eſſet; nam *Thucyd.* Atticae puritatis norma optima I. 95. p. 63. pr. καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορείτο αὐτῷ. Iterum ibid. paullo poſt. κατηγορείτο δὲ αὐτῷ οὐχ ἥκιστα Μηδισμὸς, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. Sic nec imperfect. act. gerit augmentum in fronte ap. *Aelian.* V. H. III. 19. λαλοῦντος κατηγόρει. Idem XII, 12. ἐσιφανοῦντο — τὸ δὲ σφάγιμα κατηγόρει αὐτῶν. Nec aoriſt. id habet ap. eumd. I. 34. πάντα ἀκριβῶς κατηγόρησε. Adde *Herodian.* VI. 9. §. 1. τῷ τε Μαξίμινου — κατηγόρει & ter quater alibi. Omnino igitur vulgata erat ſervanda, etiamſi forte alibi ἐκατηγορείτο inveniretur. Nec tamen abjectum eſſe augmentum dixeris, ut in *Zeux.* §. 10. κροταλίζον pro ἐκροτάλιζον: quod in nonnullis temporibus, maxime in plusquam perf. paſſiv. etiam in ſoluta oratione ſaepe fieri, ut πεποίκιλτο pro ἐπεποίκιλτο, δεδώκεισαν, pro ἐδεδώκεισαν diximus ad I. *Ver. Hiſt.* c. 13. Ita & *Jungerman.* ad *Long. Paſt.* p. 220. εὔχοντο & ηὔχοντο promiſcue ſcribi, aliaque ſimilia docet, & fruſtra illud εὔχοντο, quod ap. *Long.* III. p. 94. editum conſpicitur, in ηὔχοντο mutari, obſervat. Immo quia κατηγορεῖ & κατηγόρηκα locis ab *Solano* citatis, Noſter ubique dixit, tanto minus debebat id nunc mutare; quin & reliqua ejus teſtimonia contra ipſum faciunt. Et Cl. *Graev.* ad mort. Dial. XXVII. §. 7. f. ad verba ἑαυτῷ κατηγόρει φθάσας aliquid commentatus, ibi tamen de addendo augmento, etſi tempus imperf. & ibi eſt, nihil dixit. *J. F. R.*

51. Νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τοῦ ἑλλεβόρου] *Th. Mag.* v. πίομαι. *M. duS.* Sed ἑλλεβόρου adſpirate apud *Thomam* invenio. *J. F. R.*

Δευτέρα δὲ ἦν κρίσις ἐρωτικὴ, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης ἀμφισβητούντων, ποτέρῳ αὐτὴν χρὴ συνοικεῖν. καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, ἐδίκασε Μενελάῳ συνεῖναι αὐτὴν, ἅτε καὶ τοιαῦτα πονήσαντι, καὶ κινδυνεύσαντι τῶν γάμων ἕνεκεν· καὶ γὰρ αὐτὸς Θησεῖ καὶ ἄλλας εἶναι γυναῖκας, τήν τε Ἀμαζόνα, καὶ τὰς τοῦ Μίνω θυγατέρας.

Τρίτη δ' ἐδικάσθη περὶ πρεσβείας, Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου, καὶ Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίῳ. καὶ ἔδοξε πρόσχειν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ θρόνος αὐτῷ ἐτέθη παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσην, τὸν πρότερον.

Τέταρτοι δ' ἡμεῖς προσηνέχθημεν. καὶ ὁ μὲν ἤρετο, τί παθόντες, ἔτι ζῶντες ἱερὰν χωρίον ἐπεβαίημεν· ἡμεῖς δὲ πάντα ἐξῆς διηγησάμεθα. [b] ἔτω δὲ μέλας ἡσάμενος ἡμᾶς, ὅτι πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο, καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. συνήδρευον δὲ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ὁ Ἀθηναῖος. ὡς δ' ἔδοξεν αὐτῷ, ἀπεφήνατο, τὴν μὲν πολυπραγμοσύνης καὶ τὴν ἀποδημίας, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, δοῦναι τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νυνὶ, ῥητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ συνδιαιτηθέντας τοῖς ἥρωσιν, ἀπελθεῖν. ἔταξε δὲ καὶ τὴν προθεσμίαν τὴν ἀποδημίας, μὴ πλεῖον μηνῶν ἑπτά.

8. Alterum erat amatorium judicium, Theſeo & Menelao de Helena contendentibus, cum utro ea habitare deberet? judicavitque Rhadamanthus, *Illam eſſe cum Menelao, qui nuptiarum illius cauſſa tot labores, pericula tot, ſubiiſſet. Etenim Theſeo alias eſſe mulieres, Amazonem illam, & Minois filias.*

9. Tertia cauſſa judicata eſt de loco antiquiore inter Alexandrum Philippi & Hannibalem Carthaginienſem, & primas deberi, viſum eſt, Alexandro, ac ſella ei poſita juxta Cyrum majorem Perſam.

10. Quarti nos admoti ſumus. Atque ille quidem interrogat, *Qua re impulſi, vivi adhuc ſacram regionem ingreſſi eſſemus?* Nos vero omnia deinceps enarramus. Sic vero nobis ſecedere aliquantum juſſis, diu conſiderat, ſuisque cum aſſeſſoribus de nobis communicat. Aderant autem illi in conſilio tum alii plures, tum Ariſtides juſtus Athenienſis. Cum vero viſum ipſi eſſet, pronunciavit, *Curioſitatis quidem & profectionis poenas nos, ubi mortui fuiſſemus, daturos: jam vero dicto tempore in inſula morati, & convictu Heroum uſi, abiremus.* Conſtituit autem etiam diem commorationis, ne plus ſeptem menſibus *maneremus.*

11. Hinc

a Μίνω] Sic *Fl.* aliaeque recte. *Μίνως J.* & *H.* b Οὕτω] Edd. omnes. Οὗτος melius *Solan.* conjicit.

63. Περὶ πρεσβ.] Conf. *Dial. mort.* XII. pr. *M. du S.*

66. Παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσ.] *Th. Mag.* v. Παρὰ. *M. du S.*

71. Οὕτω] Sic lego pro ἔτω, quod in omnibus hic reperio. *M. du S.*

86. Πύλαι πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμινοι] Benedictus *porta ex ſolo cinnamomi ligno.* Item infra, *εἰς ναῦν μονόξυλον navim ſolido ex ligno conflatam.* Quae verſiones quam ſint abſurdae, docet ipſe, quum ſtatim ἄκμοσι μονόλιθοι vertit *ex uno lapide.* Id enim vult: iſta non eſſe compoſita ex fruſtis, ſed ex una trabe & ſegmento arboris tam magnae exſecta. *J. G.*

94. Πηχῶν ἑκατὸν βασ.] Vid. ſupra *Catapl.* c. 16. *M. du S.*

98. Πύλοις] Πύλῃσι, ἔρυγμα, ἑμβαθὲς, ὕδατα ἀπολούσασι. *Ariſtoph.* Schol.] *Vorſt.* Vid. Ἰχθ. c. 6. *M. du S.*

99. Ἐσθῆτι] Si priſtinam verſionem reſpicias, quae habebat: *Utuntur autem veſtibus purpureis*, &c. ſtatuas ἐσθῆσι legendum, ut referatur ad πορφύρους. Sed ut conſtructio ſic evadat facilior, ſenſus tamen erit deterior; nam nihil adeo mirum foret, ſi veſtes tantum purpureae dicantur; ſed magis mirum, aranearum telas ipſas eſſe purpureas; quales lanas aevo aureo promittit *Virg.* Ecl. IV. 45. *Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos*, & quae praecedunt. Ait igitur Lucianus: *pro veſtitu muntur aran. telis per ſe purpureis.* Interim, ſi a colore receſſeris, hodie non adeo mirum, veſtes ex aranearum telis poſſe confici, quum noſtra memoria id in Gallia experimenti cauſſa factum ſit. *J. F. R.*

7. Ὁμοιότητα] Angl. ἀμαύρωσιν. Aliam tamen lectionem ſequutus eſt Interpres. *J. B.*

Ibid. Εἰ γοῦν μὴ ἀψ.] Deſcribit eleganter umbras apud

11. Hinc ſua ſponte defluentibus coronis liberati in urbem introducti ſumus, ad beatorum convivium. Haec urbs tota aurea: moenia circumpoſita Smaragdina: portae ſeptem ex uno ſingulae trunco elaboratae cinnamominae: ſolum urbis, quodque intra muros terrae eſt, eburneum: templa omnium deorum e beryllo gemma aedificata, & altaria in iis maxima, ex una gemma amethyſtina, in quibus hecatombas faciunt. Circum urbem fluit amnis unguenti pulcherrimi, cujus latitudo centum cubitorum Regiorum; profunditas ea, ut facile ſit natare. Balnea ſunt illis aedes magnae, vitreae, cinnamomo vaporatae. Verum pro aqua in ſoliis ros calidus.

12. In veſtitu utuntur aranearum telis tenuibus, purpureis. Corpora ipſi non habent, ſed tactum effugiunt, carnis expertes, figuram ſolam & ſpeciem oſtendunt, ac licet corpora non habeant, tamen ſtant, moventur, ſapiunt, vocem emittunt. Et omnino videtur nuda quodammodo anima illorum obverſari, ſimilitudinem quandam induta corporis. Niſi enim tetigerit aliquis, non convincatur, corpus non eſſe id

Τεύτεῦθεν αὐτομάτων ἡμῖν τῶν στεφάνων ἐκῤῥυέντων, ἐλελύμεθα, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἠγόμεθα, [c] εἰς τὸ τῶν Μακάρων συμπόσιον. αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις πᾶσα χρυσῆ, τὸ δὲ τεῖχος σμαράγδινον. πύλαι δέ εἰσιν ἑπτὰ πᾶσαι μονόξυλοι [d] κινναμώμινοι. τὸ μέντοι ἔδαφος τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ τείχους γῆ, ἐλεφαντίνη. ναοὶ δὲ πάντων θεῶν βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι, καὶ βωμοὶ ἐν αὐτοῖς μέγιστοι, μονόλιθοι, ἀμεθύστινοι, ἐφ' ὧν ποιοῦσι τὰς ἑκατόμβας. περὶ δὲ τὴν πόλιν, ῥεῖ ποταμὸς μύρου τοῦ καλλίστου, τὸ πλάτος πηχέων ἑκατὸν βασιλικῶν, βάθος δὲ, ὥστε νεῖν εὐμαρῶς. λουτρὰ δέ ἐστιν αὐτοῖς, οἶκοι μεγάλοι, ὑάλινοι, τῷ κιναμώμῳ ἐγκαιόμενοι. ἀντὶ μέντοι τοῦ ὕδατος, ἐν ταῖς πυέλοις δρόσος θερμή ἐστιν.

Ἐσθῆτι δὲ χρῶνται, ἀραχνίοις λεπτοῖς, πορφύροις. αὐτοὶ δὲ σώματα μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' [e] ἀναφεῖς καὶ ἄσαρκοί εἰσι, μορφὴν δὲ καὶ ἰδέαν μόνον ἐμφαίνουσι. καὶ ἀσώματοι ὄντες, ὅμως ἔστασι, καὶ κινοῦνται, καὶ φρονοῦσι, καὶ φωνὴν ἀφιᾶσι. καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, περὶ τοῦ σώματος [f] ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μή τις ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶ-

[c] Εἰς] Καὶ εἰς Ed. sola. [d] Κιναμ.] Κινναμ. *J.* & *Fl.* Κιναμ. *Ba.* & *P.* Κιναμ. *S. H.* & *Ald.* Eadem varietas mox iterum occurrit. [e] Ἀναφεῖς] Al. male ἀφανεῖς. *Coll.* Noſtrae Edd. tamen recte in vulgatam conſpirant. [f] Ὁμοιότητα] Ὡμοίωτα A. P. & marg. *AIW.* Nil mutant Edd.

85. Αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις] * Εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν ἁγίους προφήτας ἀλαζονεύεσθαι, ἐφ' οἷς † ἔστοι περὶ τῶν Ἱεροσολύμων τὰ ἐκ τῶν ἡμέρας τοιαῦτα διεξῆλθον. *V.*

2. Ἀναφεῖς] Γρ. καὶ ἀφανεῖς. *G.*

* Ad aliena verba antea referebatur hoc Scholium, duce Cod. V. quod & notae Clar. *J. Clerici* anſam dedit; quam, quia jam hujus loci non eſt, omiſimus. Adi modo *Apocal.* XXI. 10. & ſeqq. ut quam haec illis ſimilia ſint, videas. *M. du S.*

† Οἵτινες] Οὕτως Edit. *Cler.* Sed ἔστοι recte in V.

pud inferos, poſſe quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde ſubtilia, quae non tam corpora ſint, quam corporis inſtar. ſed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν. τὴν δὲ τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μή τις ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. Vertunt: *In ſumma videtur eorum anima nuda circumvagari, ſimilitudine corporis circumdata. Ac niſi quis tetigerit, non poſſit deprehendere non eſſe corpus, quod videt. Nam ſunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina verſio εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae ſic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non eſſe corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim, licet non tangantur.

J. G. G.

2. Σκιαὶ

εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. εἰσὶ γὰρ ὥσπερ σκιαὶ ὀρθαὶ, οὐ μέλαιναι· γηράσκῃ δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' ἐφ' ἧς ἂν ἡλικίας ἔλθῃ, τοιούτῳ μένει· οὐ μὴν οὐδὲ νὺξ παρ' αὐτοῖς γίγνεται, οὐδ' ἡμέρα πάνυ λαμπρά· ἀλλὰ καθάπερ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω, μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτον φῶς ἐπέχει τὴν γῆν. καὶ μέντοι καὶ ὡρῶν μίαν ἴσασι τοῦ ἔτους· ἀεὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἔαρ ἐστὶ, καὶ εἷς ἄνεμος πνεῖ ὁ Ζέφυρος.

quod videt : ſunt enim quaſi umbrae eveoctae non nigrae. Seneſcit nemo, ſed qua aetate huc venerit, ea manet. Verum neque nox apud illos eſt, neque dies plane clara. Sed quale eſt mane diluculum ſole nondum exorto, talis lux terram obtinet. Unam etiam modo anni tempeſtatem norunt. Semper enim apud illos ver eſt, & unus flat ventus, Zephyrus.

Ἡ δὲ χώρα, πᾶσι μὲν ἄνθεσι, πᾶσι δὲ φυτοῖς ἡμέροις τε καὶ σκιεροῖς τέθηλεν· αἱ μὲν γὰρ ἄμπελοι δωδεκάφοροί εἰσι, καὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον καρποφοροῦσι· τὰς δὲ ῥοιὰς, καὶ τὰς μηλέας, καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν, ἔλεγον μὲν εἶναι τρισκαιδεκάφορον· ἑνὸς γὰρ μηνὸς τοῦ παρ' αὐτοῖς Μινῴου, δὶς καρποφορεῖν. ἀντὶ δὲ πυροῦ, οἱ σάχυες [a] ἄρτους ἑτοίμους ἐπ' ἄκρῳ φύουσιν, ὥσπερ μύκητας. πηγαὶ δὲ περὶ τὴν πόλιν ὕδατος μὲν πέντε καὶ [b] ἑξήκοντα, καὶ τριακόσιοι, μέλιτος δὲ ἄλλαι τοσαῦται, μύρου δὲ πεντακόσιαι, μικρότεραι μέντοι αὗται· καὶ πόλαμοι γάλακτος ἑπτὰ, καὶ οἴνου ὀκτώ.

13. Regio floribus omnibus, plantisque tum manſuetis tum umbroſis viret. Vites quidem duodecies feraces, menſibus ſingulis fructum ferunt. Punicas vero arbores, & malos, & reliquas autumni copias, dicebant etiam ter & decies ferre, bis nempe uno menſe, qui Minous apud illos eſt. Pro tritico ſpicae panes jam paratos in ſummo producunt, velut fungos. Fontes circa urbem aquae quinque & ſexaginta ſupra trecentos, mellis totidem alii, unguenti autem quingenti, hi tamen minores; fluvii lactis ſeptem, & octo vini.

Τὸ δὲ συμπόσιον, ἔξω τῆς πόλεως ποιῆται, ἐν τῷ Ἠλυσίῳ καλουμένῳ πεδίῳ· λειμὼν δέ ἐστι κάλλιστος, καὶ περὶ αὐτὸν ὕλη παντοία, πυκνὴ, ὑποσκιάζουσα τοὺς καλαχειμένους, καὶ στρωμνὴν μὲν ἐκ τῶν ἀνθέων ὑποβέβληνται. διακονοῦνται δὲ καὶ ἀφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι, πλὴν γε τοῦ οἰνοχοεῖν. τοῦτο γὰρ οὐδὲν δέονται, ἀλλ' ἔστι δένδρα περὶ

14. Coenatio extra urbem ſtructa eſt, in eo qui vocatur campus Elyſius. Eſt autem pratum pulcherrimum, & circa illud ſilva varia, denſa, accumbentibus umbram faciens : ſtragula de floribus ſubjecta habent : miniſtrant omnia, & huc illuc ferunt venti, praeterquam quod vinum non infundunt : hoc enim nihil opus eſt ; ſed ſunt

a Ἄρτους ἑτ.] Ἄρτον ἕτοιμον Schol. b Ἑξήκοντα] ζ'. Fl. male, pro ξ'. Cum vulgata noſtra facit H. & P. &c.

12. Οὐδὲ νὺξ] Εἰς τὰ ὑπὸ θουλὴν περιλογούμενα ἐπισκῶπται. V.

26. * Ἄρτον ἕτοιμον] Τὸ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς ἀφαιρεῖ. V.

38. Διακονοῦνται] Εἰς τὰ περὶ Βραχμάνων θερίλογούμενα τῆ Ἀσυρίων ἀφύρει. V. (Vid. Philoſtr.)

* Ἄρτον ἕτοιμον] Sic pro ἄρτους ἑτοίμους quod in noſtris libris eſt, V. Codex. M. du S.

9. Σκιαὶ ὀρθαὶ] Umbrae aliae in libero loco ſtantis hominis humi jacere ac trahi videantur : hae, inſtar hominis ipſius, erectae. Aliae defectu lucis, h. e. natura ſua nigrae ; hae coloratae tum carnis colore tum veſtium. Caeterum ita recte me interpretatum poſt alios hunc locum arbitror, licet aliter ſummo viro videatur. J. M. G.

10. Οὐ μέλαιναι] Non ſicut noſtrae, jacentes & nigrae,

sunt arbores circa coenationem vitreae, magnae, de vitro pellucidissimo. Porro fructus harum arborum sunt pocula varia figuris & magnitudinibus. Cum igitur advenit aliquis in coenationem, decerptum unum alterumque poculum sibi apponit: at illa statim vini plena fiunt, & sic bibunt. Pro coronis, luscinae & aves aliae cantrices, ex vicinis pratis flores rostris lectos, instar nivis in eos spargunt cum cantu supervolantes. Unguentis perfunduntur hunc in modum. Densae nubes bibunt e fontibus ac fluvio unguentum, deinde imminentes coenationi, placide urgentibus ventis, tanquam tenuem rorem demittunt.

15. In coena musicae vacant & cantibus. Canuntur ipsis Homeri maxime carmina. Et adest ipse quoque & cum illis epulatur, accumbens supra Ulyssem. Chori puerorum sunt & virginum. Ducunt eum concinuntque Eunomus Locrus, & Lesbius Arion, & Anacreon, & Stesichorus. Etenim hunc quoque apud illos vidi, jam reconciliata illi Helena. Hi vero cum canere desierunt, alter chorus procedit cycnorum, hirundinum, ac luscinarum: & ubi hi quoque cecinerunt, tum sane silva tota fistulis quasi succinit, ventis ducibus.

τὸ συμπόσιον ὑάλινα, μεγάλα, τ' ἀγγειοτάτης ὑάλου· ὁ καρπὸς δ' ἔστι τούτων τ' δένδρων, ποτήρια ποικίλα καὶ τὰς καλασκευὰς, καὶ τὰ μεγέθη. ἐπειδὰν οὖν παρίῃ τις εἰς τὸ συμπόσιον, τρυγήσας ἓν ἢ καὶ δύο τῶν ἐκπωμάτων ἀπόκειται, τὰ δὲ αὐτίκα οἴνου πλήρη γίγνεται· οὕτω μὲν πίνουσιν. ἀντὶ δὲ τῶν στεφάνων, αἱ ἀηδόνες, καὶ τἆλλα τὰ μουσικὰ ὄρνεα, ἐκ τ' πλησίων λειμώνων τοῖς στόμασιν ἀνθολογοῦντα, καταπτᾶσιν αὐτοὺς μετ' ᾠδῆς ἐπιφορούμενα, καὶ μὴν καὶ μυρίζουσιν ὠδί· νεφέλαι πυκναὶ ἀναστάσασαι μύρου ἐκ τ' πηγῶν, καὶ τῆ πόλαμῆ, καὶ ὑπισταῖσαι ὑπὲρ τὸ συμπόσιον, ἠρέμα τ' ἀνέμων ἐπιθλιβόντων, ὕσει λεπτὸν, ὥσπερ δρόσον.

Ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ, μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς χολάζουσιν· ἄδει δὲ αὐτοῖς τὰ Ὁμήρου ἔπη μάλιστα, καὶ αὐτὸς δὲ πάρεστι, καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς, ὑπὲρ τ' Ὀδυσσέα κατακείμενος. οἱ μὲν οὖν χοροὶ ἐκ παίδων εἰσὶ, καὶ παρθένων· ἐξάρχουσι δὲ, καὶ συνᾴδουσιν, Εὔνομός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην, ἤδη τ' Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι παύσωνται ᾄδοντες, δεύτερος χορὸς παρέρχεται ἐκ κύκνων, καὶ χελιδόνων, καὶ ἀηδόνων· ἐπειδὰν δὲ καὶ οὗτοι ἄσωσι, τότε δὴ πᾶσα ἡ ὕλη ἐπαυλεῖ, τ' ἀνέμων καταρχόντων.

Μέ-

τ Τρυγήσας] Τρυγίσας *J.* Τρυγήσας rectè aliae. ᵈ Γίγνεται] Γίνεται *Fl.*

grae, sed corporibus veris, si soliditatem excipias, similes. *M. du S.*

23. Ὀπώραν] (ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τ' καρπὸν ἔχουσα, οἷον δαρακίνα, μῆλα ἀπίδια, δαμασκηνὰ, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθεν τι ξυλῶδες. *Constant.* Γεωπ. L. X.) *Vorst. M. du S.*

50. Στόμασιν] Parum concinne hoc quidem, nisi cum Aristophanis Socrate ὀρθοεπείᾳ facias canentes. *M. du S.*

63. Εὔνομος] Musicus is clarus, cujus historiolam lege, quam narrat in Πρότρ. *Clemens Alexand.* sub ipsum initium, de cicada chordae fractae vicem subeunte. *M. du S.*

64. Στησίχορος] Poëta propter Helenae vituperationem oculis captus, non prius, nisi placato palinodia oblaeso numine, videre potuit. *Lucian.* Macrob. *G. C.*

66. Ἑλένης] In Helenam poëma inclementius scripserat, ob quod a Castore & Polluce luminibus orbatus, cantata rursus palinodia visum recepisse fertur. Vid. *Philostr.* VI. 245. & *Plat.* in *Phaedro*; adde *Isocrat.* Ἑλ. ἐγκ. p. 329. *M. du S.*

Μέγιστον δὲ δὴ πρὸς εὐφροσύνην ἐκεῖνο ἔχουσι· πηγαί εἰσι δύο [a] ὠδῆς τὸ συμπόσιον, ἡ μὲν, γέλωτος, ἡ δὲ, ἡδονῆς· ἐκ τούτων ἑκατέρας, πάντες ἐν ἀρχῇ τῆς εὐωχίας πίνουσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἡδόμενοι, καὶ γελῶντες ἄγουσι.

16. Maximum & illud ad hilaritatem adjumentum habent, quod fontes sunt duo, circa coenationem, risus alter, alter vero voluptatis, e quorum altero in ipso convivii principio bibunt, & quod superest jucunde & cum risu agunt.

Βούλομαι δὲ εἰπεῖν καὶ τῶν ὀπισήμων ὧν τινας παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην. πάντας μὲν τοὺς ἡμιθέους, καὶ τοὺς ὅσοι Ἴλιον στρατεύσαντας, πλήν γε δὴ τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔφασκον ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν χώρῳ κολάζεσθαι. βαρβάρων δὲ, Κῦρόν τε ἀμφοτέρους, καὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν, καὶ τὸν Θρᾷκα Ζάμολξιν, καὶ [b] Νομᾶν τὸν Ἰταλιώτην, καὶ μὴν καὶ Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ Φωκίωνα, καὶ Τέλλον, τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τοὺς σοφοὺς, ἄνευ Περιάνδρου· εἶδον δὲ καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους. περὶ δὲ αὐτὸν ἦσαν Ὑάκινθός τε ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ ὁ Θεσπιεὺς Νάρκισσος, καὶ [c] Ὕλλας, καὶ ἄλλοι καλοί. καί μοι ἐδόκει ἐρᾶν τοῦ Ὑακίνθου· τὰ πολλὰ δ' ὧν [d] ἐκεῖνον διήλεγχεν. ἠνίατο δὲ χαλεπαίνειν αὐτῷ ὁ Ῥαδάμανθυς, καὶ ἀπειλήσαι πολλάκις ἐκβαλεῖν

17. Dicere jam volo, nobilium hominum quos apud illos viderim. Semideos quidem omnes, & qui ad Ilium pugnarunt, praeter Locrum Ajacem: illum solum dicebant in loco impiorum dare poenas. Barbarorum vero Cyrum utrumque, & Scytham Anacharsin, & Zamolxin Thracem, & Numam Italum: ac praeter hos Lycurgum Lacedaemonium, & Phocionem ac Tellum Athenienses, & Sapientes, Periandro excepto. Vidi etiam Socratem Sophronisci F. sermones caedentem cum Nestore & Palamede. Circa illum erant Hyacinthus Lacedaemonius, & Thespiensis Narcissus, & Hylas, & pulchri alii. Et videbatur mihi amare Hyacinthum: multa sane illum redarguebat. Dicebatur autem iratus illi Rhadamanthus, & saepe minatus esse, de insula se illum ejecturum, si

a Παρὰ] Sic A. & P. Περὶ Edd. priores. b Νουμᾶν] Ex *Solani* emendat. Νομᾶν enim Edd. c Ὕλλας] Sic *Fl. H. J. P. Ald.* &c. d Ἐκεῖνον διήλ.] Ἐκείνῳ διελέγετο *Vorst.* emendat, ut infra c. 23. f. Edd. nostrae nihil mutant.

79. Ἐθεασάμην] Κατὰ κοινοῦ τὸ ἐθεασάμην. *K.*

73. Περὶ] Angl. ὠδῆς. *J. B.*
Παρὰ] Ex Angl. & P. reliqui enim περὶ habent, vitiose. *M. du S.*
Παρὰ] Infra vero cum dativo, hac ipsa Dissert. c. 33. pr. πηγαὶ δύο ὠδῆς ταῖς πύλαις. *J. F. R.*
80. Ἡμιθέους] Semidei non integri Dii neque homines; sed altero parente divino, altero humano: aut semidei ratione virtutis. *Tertullianus* quatuor Gentilium deorum differentias fuisse scribit, quorum quidam selecti & majorum gentium dii vocati sunt, quidam Semidei & Heroes, quidam Medioximi, & quidam Semones. *G. C.*
81. Λοκρ. Αἴαντος] Ob violatam ab eo Cassandram. *M. du S.*
85. Νομᾶν] Omnes, quotquot vidi, libri Νομᾶν. Sed vide Ἀποφθ. c. 8. & Μεμψίθ. c. 8. *M. du S.*
87. Τέλλον] Vide Ἐπιστ. c. 10. & *Plut.* *M. du S.*
88. Ἀνὸ Περ.] Aut quia tyrannus; aut potius quia calamitates domesticas tam inique tulit, ut, aegritudine inde contracta, decesserit; quod sapientis non est. At si *Aelianum* audias, duo Periandri fuerunt, sapiens alter, alter tyrannus; *Var. Hist.* XII. 35. Sed foede corruptus locus est ille *Aeliani*. Fuere quidem duo Periandri, sed uterque tyrannus; sapiens hic Corinthi, Ambraciae vero alter ille. Vide *Diog. Laërt.* p. 25. & *Menag. not.* p. 36. Qui *Periandrum* VII. sapientibus annumerari nolunt, *Epimenidem* pro eo reponunt. (Vid. *Plut.* Solon. 154, 2.) *Plato* vero *Eudoxum*, teste *Diog. Laërt.* 7. F. sed in Protag. 206. F. ubi sapientes Plato recenset. *Eudoxus* ille non comparet.

ſi nugas agere pergeret, & nollet diſſimulatione omiſſa convivari. Plato ſolus non aderat, ſed dicebatur ipſe quoque civitatem habitare a ſe confictam, eaque forma reipublicae, eisque, quas ſcripſiſſet, legibus uti.

18. Ariſtippus quidem & Epicurus, primas hic ferebant, ſuaves homines, & gratioſi, & convivae commodi. Aderat etiam Aeſopus Phryx, quo ut ſcurra ridiculario utuntur. Verum Sinopenſis Diogenes ita mutavit mores, ut Laida duxerit meretricem, ebriusque ſaepe ad ſaltandum conſurgat, & vinolentas nugas agat. Stoicorum aderat nemo: dicebantur enim adhuc adſcendere arduum illum virtutis collem. Audiebamus etiam de Chryſippo, non prius illi fas eſſe inſulam ingredi, quam elleboro quartum uſus eſſet. Academicos vero dicebant velle quidem venire, ſed ſuſtinere ſe adhuc, & conſiderare: neque enim hoc ipſum illos percipere, an inſula talis ſit. Alioquin etiam Rhadaman-

αὐτὸν ἐκ τῆσδε, ἣν Φλυαρῆ, καὶ μὴ θέλῃ ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν, εὐωχεῖαζ. Πλάτων δὲ μόνῳ οὐ παρῆν, ἀλλ' ἐλέγετο καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ ἀναπλασθείσῃ πόλει οἰκεῖν, χρώμενος τῇ πολιτείᾳ, ᾗ τοῖς νόμοις οἷς συνέγραψε, πολιτεύεαζ.

Οἱ μὲν οὖν ἀμφ' Ἀριστίππου τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, ἡδεῖς τε ὄντες, καὶ κεχαρισμένοι, καὶ συμποτικώτατοι. παρῆν δὲ καὶ Αἴσωπος ὁ Φρύξ. τούτῳ δὲ ὅσα καὶ γελοιοποιῷ χρῶνζ. Διογένης μέν γε ὁ Σινωπεύς, τοσοῦτον μετέβαλε τὸν τρόπον, ὥστε γῆμαι Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ὀρχεῖσθαί τε ὑπὸ μέθης πολλάκις ἀνιστάμενον, καὶ παροινεῖν. τῶν δὲ Στωϊκῶν, οὐδεὶς πάρην· ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸ τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον. ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου, ὅτι οὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τῆσδε θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ· τοὺς δὲ τῶν Ἀκαδημαϊκοὺς ἔλεγον ἐθέλειν μὲν ἐλθεῖν, ἐπέχειν δ' ἔτι, καὶ διασκέπτεσθαζ. μηδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτό πως καταλαμβάνειν, εἰ καὶ νῆσός τις τοιαύτη ἔστιν. ἄλλως τε, καὶ τὸ ὅτι τῷ Ραδαμάνθῳ, οἱ-

e Τούτῳ] Τούτων male *Fl.* Τούτῳ reliqq. & P. f Ἀκαδημαϊκοὺς] Sic *J. H. Fl. P.* &c. Ἀκαδημιακοὺς. *Coll.*

12. Τῶν δὲ Στωϊκῶν . . .] Οὐκ ἐς στοὰ Στωϊκῶν, ἀνθρώπε; *G.*

17. Τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς] Οὐκ ἀκριβῶς ἄγαν τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοῖς Ἐφεσίοις συνάπτει Λουκιανός. *V.* (συνάπτεις, Λουκιανέ. *Coll.*)

ret. Immo Diogenes ipſe 10. D. *Myſona* ibi pro *Periandro* a Platone ſuffectum obſervat. Vere itaque cenſet *Menagius* priorem Diogenis locum ſcioli eſſe gloſſema, quod in textum abſurde receptum eſt. Vide notas ejus ad utrumque locum, unde multa ex antiquis Scriptoribus habes, quae ad catalogum illum VII. Sapientum ſpectant. *M. du S.*

Ἀνδρὸς Περιάνδρου] Periander inſula beatorum excidit haud dubie, quod tyrannus eſſet, & oppreſſam ſervitute Corinthum teneret. *J. M. G.*

89. Ἀθλιοχοῦντα μὴ Νίσορος] Quod optabat in ultimis ſermonibus ſuis, a Platone in Apologia & Xenophonte ſervatis. *J. M. G.*

10. Ὅτι γῆμαι Λαΐδα] Serio accepit *Menagius* (ad *Diog. Laërt.* p. 138. D. E.) quod nolim a tanto viro factum. Jocoſe enim haec Lucianus, quia a nuptiis abhorruiſſe traditur Diogenes. Vid. *Diog. Laërt.* 144. E. & 150. E. ἐρωτηθεὶς ποτὲ καιρὸν δὲ γαμεῖν; ἔφη, τοὺς μὲν νέους μηδέπω δεῖν, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε. & 155. B. ἔλεγε δὲ ὁ κενὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας. γάμον μηδὲ ὁπωσοῦν ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ πεῖσαι τῇ πεισθείσῃ συνεῖναι. *M. du S.*

16. Τέταρτον . . . ἐλλεβ.] Vide ſupra B. πραε. c. 23. & Ἑρμ. c. 86. *M. du S.*

Ibid. Ἐλλεβορίσῃ] Confer ſupra *Hermot* c. ult. *F. G.*

17. Ἀκαδημαϊκοὺς] Analogia videtur ſuadere ſcribendum ἀκαδημιακοὺς. Verum prius ex uſu obtinuit, pluraque hujus ſcripturae exempla citat *Steph.* in Theſ. qui etiam obſervat μετάθεσιν vocalium in hoc adjectivo factam. Et quia numerus Exemplarium longe major, non hic modo, ſed ubique in Luciano vulgatam confirmat, non mihi dubium eſt, hanc ſcripturam eſſe veram. *J. F. R.*

οἶμαι, κρίσιν ἐδεδοίκεσαν, ἅτε καὶ τὸ κριτήριον αὐτοὶ ἀνηρηκότες. πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον ὁρμηθέντας ἀκολουθεῖν τοῖς ἀφικνουμένοις, εἶτα νωθείας δὲ ἀπολείπεσθαι, μὴ καλαλαμβάνοντας, καὶ ἀναστρέφειν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ.

Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν [a] ἀξιολογώτατοι τῶν παρόντων. τιμῶσι δὲ μάλιστα τὸν Ἀχιλλέα, καὶ μετὰ τοῦτον, Θησέα. περὶ δὲ συνουσίας καὶ ἀφροδισίων οὕτω φρονοῦσι· μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν, πάντων ὁρώντων, καὶ γυναιξὶ, καὶ ἄρσεσι, καὶ δοκεῖ αὐτοῖς τοῦτο αἰσχρὸν εἶναι· μόνος δὲ Σωκράτης διώμνυτο, ἢ μὴν καθαρῶς πλησιάζειν τοῖς νέοις· καὶ μέντοι πάντες αὐτῷ ἐπιορκεῖν καλεγίγνωσκον. πολλάκις γοῦν ὁ μὲν Ὑακινθος, ἢ ὁ Νάρκισσος, ὡμολόγουν, ἐκεῖνος δὲ ἠρνεῖτο· αἱ δὲ γυναῖκες εἰσὶ πᾶσαι κοιναὶ, καὶ οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον, ἀλλ' εἰσὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι· καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις, οὐδὲν ἀντιλέγοντες.

thi, puto, judicium metuunt; qui ipſum judicandi inſtrumentum ſuſtulerint. Multos vero illorum, narrabant, impetu capto ſequi eos qui veniant *in inſulam*, ſed ignavia quadam deficere ante quam aſſequantur, & de media via reverti.

19. Hi quidem igitur eorum qui aderant maxime commemorabiles. Maximo autem in honore habent Achillem, & poſt hunc, Theſeum. De coitu & rebus venereis ita ſentiunt. Miſcent corpora publice, & in conſpectu omnium, cum mulieribus pariter & cum maribus, & nequaquam malum hoc illis videtur. Solus Socrates dejerabat, ſe caſte accedere ad juvenes: ſed omnes peierare illum judicabant. Saepe enim Hyacinthus aut Narciſſus fatebantur; at ipſe negabat. Mulieres vero communes omnes, neque invidet quisquam viro alteri, ſed hac in re maxime ſunt Platonici. Praebent etiam pueri volentibus, nihil repugnantes.

20. Duo

a Ἀξιολογ.] Λογικώτατοι Cod. *Fl.* Nihil mutant Edd. praeter *Fl.* quae ἀξιολογικώτατοι.

35. Ἢ μὴν] Ἀντὶ τοῦ ὄντως. *V.*

26. Καλαλαμβάνοντ.] Καλαλαμβάνοντας illud pertinet ad ἀκαταληψίαν Academicorum; itaque *comprehendendi* verbo usus essem: si illud de eo quoque dici posse sciviſſem, qui ſecutus alterum, tandem aſſequitur. Neque enim hic de fure, aut ſervo fugitivo ſermo eſt, ſed de viatoribus vel currentibus in ſtadio: ubi *aſſequendi* verbum domicilium quaſi habet, quod tamen ipſum etiam ad illam mentis facultatem transfertur, qua *comprehendere* dicimur, quae plane intelligimus. *J.M.G.*

28. Ἦσαν ἀξιολογώτατοι] Flor. λογικώτατοι. *J.B.*

34. Διώμνυτο..] Vide quae nos ſupra ad B. πρωτ. c. 16. in eam rem attulimus. *M.du S.*

40. Τοῦτο] Pro κατὰ vel ἀμφὶ τοῦτο. Vid. ſupra T. I. *Nigrin.* §. 27. *J.F.R.*

48. Αὐτὸς] Neceſſaria videtur *Vorſtii* emendatio, ſcribentis αὐτοὺς. Ratio in promtu eſt. Quis enim ferat neſcire ſeſe dicentem, quod tamen uno halitu enarrans inducitur? Abſit autem ut, poſt *Leonem Allatium* aut *Creſſollium* (uter enim horum hoc aſſeverarit non ſatis certo annotavimus) hic id agamus, ut Babylonium non fuiſſe Homerum demonſtremus. Non enim mente captis ſcribimus. Vid. AG. X. 1733. Chium fuiſſe vult *Simonides* apud *Steph.* in Lyric. p. 119. *M.du S.*

Αὐτοὺς μὲ] Recepta lectio, αὐτὸς μὲν ἀγνοῶν, nimis aperte contradicit his, quae ſtatim ſequuntur. Plane indubium mihi eſt, dediſſe Lucianum αὐτοὺς, quod refertur ad ζητοῦντας ſeu diſputantes, ſyneſi non abſtruſa nec difficili. Certe ſic interpretatus ſum. *J.M.G.*

Αὐτοὺς μὲ ἀγν.] Cl. *Geſneri* emendatio adeo eſt neceſſaria, ut eam recipere etiam invitis libris nihil dubitarim. Sed & *Vorſtius* in marg. ſic emendarat, & Cod. *Pell.* correctionem firmat. Cl. *La Croze* adſcripſerat ἔφασκον legendum; quod etſi praeſtat vulgatae, tamen non ſatis planum reddit ſenſum. *J.F.R.*

49. Κολοφώνιον] Non dubitavi ſecundam ſyllabam contra Edd. correptam dare; quia non modo *Strabo* ita ubique ſcribit. Vid. ejus L. XIV. p. 952. vel 643. ubi ter quater occurrit; ſed & quia poëtis corripitur, ut in ſaepe ab aliis adducto verſu ex A. Gell. III. XI. quem tamen paullo aliter exhibet *Antholog.* IV. 2. quae ſic: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου. Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *J.F.R.*

47. Κατὰ

20. Duo nondum aut tres dies praeterierant, & accedens ad Homerum poëtam cum ambobus esset otium, tum reliqua ex eo quaesivi, tum unde esset? dicens illud maxime apud nos in hunc diem disputari. At ille ajebat, *illos ignorare, cum hi Chium, Smyrnaeum alii, multi Colophonium putent: se vero*, dicebat, *Babylonium esse, & apud cives non Homerum vocari, sed Tigranem: deinde cum obses* (Homerus) *apud Graecos esset, nomen mutasse.* Ad haec de versibus illius rejectis interrogabam, num scripti ab ipso essent? atque ille suos esse omnes confirmavit. Damnabam itaque Zenodoti & Aristarchi Grammaticorum frigidas disputationes. Ad haec cum satis respondisset, rursus interrogavi, *cur tandem*

Οὔπω δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι διελελύθεισαν, ἐγὼ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς ἔσης ἀμφοῖν, τάτε ἄλλα ἐπυνθανόμην, καὶ ὅθεν εἴη, [b] λέγων τοῦτο μάλιστα πρὸς ἡμῶν [c] εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι· ὁ δὲ [d] αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γὰρ, Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ [e] Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. εἶναι μέντοι ἔλεγε Βαβυλώνιος, καὶ πάλαι γε τοῖς [f] πολίταις, οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι· ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶ γεγραμμένοι· καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. [g] καταγίνωσκον οὖν τοῦ ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν· ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ἱκανῶς ἀπεκέκριτο, πάλιν αὐτὸν ἠρώτων, τί δήποτε ἀπὸ τῆς μηνίδος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο,

b Λέγων τοῦτο] Nihil mutant *Coll.* & Edd. *c* Εἰσέτι] Εἰσέτι *J. H. Fl.* Ceterae recte, ut edidi. *d* Αὐτὸς] Sic *Pell.* Αὐτὸς Edd. absurde, σὺν, ἴσως ante ἀγνοεῖν addit God. L. *e* Κολοφώνιον] Sic *Anon.* ap. *Pell.* Κολοφώνιον enim Edd. *f* Πολίταις] *Alii* πλάσεσι *Coll.* Prius habent *J. Fl. H. P.* *g* Καταγίνωσκον] Sic *Fl.* & *P.* Καταγίγνωσκον *J.* & *H.*

46. Λέγων τ. μ.] Γραι. λέγων τοῦτο μάλιστα. *G.*

51. Τοῖς πλάσεσι] Γραι. τοῖς πολίταις. οὐχ Ὅμηρος. *G.*

57. Καταγίνωσκον] Σημαῖον ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σύνταξιν, τὸ δὲ γινώσκω γενικῇ συντάσσεται. εἰσὶ καταγινώσκω σου τῆς φλυαρίας. ὁ δὲ *C* αἰτιατικῇ ἀποδίδωσιν. καταγίνωσκον τὴν ψυχρολογίαν. ἤτοι ἣν Ἀτθικῶς ἐσυνέταξαν. αὐτοὶ γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν τοῦτο φιλοῦσι ποιεῖν τῇ κοινῇ * ἐναντίων μόνοι συμβαίνει. ἢ τὸ καταγινώσκω αὐτοῦ τῷ χειλῶν ἢ ἀφαιρεῖν εἴληπται. *V.*

* Ἐναντίωσις] Ἐναντίωσιν male Ed. *Clem.*

57. Καταγίνωσκον] Non verum est quod *Scholiast.* ait, ab Atticismo nostrum recessisse, quando hoc verbum cum accusativo construit; nec hi enim duplicem genitivum semper adhibent. Ecce *Thucyd.* VI. c. 61. p. 417. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐψηφίσαντο θάνατον καταγνῶναι αὐτῶν τε καὶ μιᾶς ἑκάστου. *Aristoph.* Eq. vers. 1357. Εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταῦτ' ἐμοῦ τὴν δίκην. Quod tamen & condemnandi notione capiendum ibi Scholiastes monet, id exponens: Εἰ μὴ καταψηφίσεσθε καταδικάσετε. Plura *Steph. ex Demosth.* aliisque in Thes. append. T. I. p. 1854. Sed si apud Lucian. pro simplici *cognosco* accipere velis, licet; nam & sic fere *Aristoph.* Eq. vers. 46. Οὗτος καταγνοὺς τῶν γήφοντος τοὺς τρόπους. Etsi paullo plus valeat, quam simplex, ut *Bisetus* ibi monet, dicens: Καταγνοὺς, διαφάσας. ἔστιν ἡ κατὰ νοῦν καταμαθὼν ἢ αἰσθόμενος πρὸς ἔμφασιν δὲ πλείονα εἶπε τῶν μαθόν. &c. quae ap. eum fis vide. *J. F. R.*

58. Ζηνόδοτον] Aristarchus notissimus. *Zenodotus* Bibliothecae Alexandrinae primus praefuit. *Suid. M. du S.*

61. Μήνιδος] Immerito hic Homerum fugillat, quod *iram Achillis* initium suo poëmati fecerit: palam enim est Iliada legenti, eam rem in toto poëmate agi, ut rectissime id *argumentum* esse dixeris. Quod non intelligentes e nostris quidam imperiti & barbari prorsus homines, *Rhapsodias* cum audiunt antiquis dicta Homeri poëmata, nec quid ea vox sit, nisi ex vernaculo idiomate assequi valentes, varia sibi fingunt & dissoluta carmina, nullo consilio judiciove a coeco mendicabulo temere effusa, in unum tandem corpus consarcinata, aut potius a fatuis hominibus & prorsus rudibus collecta, *Poëma heroicum* nunc audire. Qui, si cum Luciano haec ludentes effutirent, venia forsan digni putandi sint. At serio id agunt, ut quae ipsi prae imperitia, nisi Latine versa, intelligere non possunt, aliis contemtui sint & deridiculo. Ho-

σαλο, καὶ εἶπεν ὅς, ἤτως ἐπελθεῖν αὐτῷ, μηδὲν ἐπιτηδεύσαντι. καὶ μὴν κἀκεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ πρότερον ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν ἢ Ἰλιάδα, ὡς πολλοί φασιν· ὁ δὲ ἠρνεῖτο· ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ συνθάνεσθαι ἐδέομην· πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοτε τοῦτο ἐποίουν, εἴ ποτε αὐτὸν σχολὴν ἄγοντα ἑώρων. προσιὼν γάρ τι ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, καὶ ὃς προθύμως πάντα ἀπεκρίνετο, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐκράτησεν· ἦν γάρ τις γραφὴ κατ' αὐτοῦ ἀπενηνεγμένη ὕβρεως ὑπὸ Θερσίτου, ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει [a] ἔσκωψε, καὶ ἐνίκησεν Ὅμηρος, Ὀδυσσέως συνηγοροῦντος.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦτος ἀφίκετο καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἑπτάκις ἀλλαγείς, καὶ ἐν τοσούτοις ζώοις βιοτεύσας, καὶ

ab ira Achillis *initium* carminis *feciſſet?* Et ille, *ita ſibi temere in mentem veniſſe.* Etiam illud ſcire volebam, prioremne ſcripſiſſet Ulyſſeam Iliade, ut multi referunt? negabat. Caecum enim non fuiſſe, quod ipſum quoque de illo narrant, ſtatim ſciebam. Utebatur enim oculis: ut nec interrogatione opus eſſet. Saepe etiam alias hoc faciebam, ſi quando otioſum illum viderem, ut accedens ipſum interrogarem aliquid: atque ipſe promte ad omnia reſpondebat, in primis ſecundum judicium cum viciſſet. Erat enim dica illi ſcripta injuriae, a Therſite, quod contumelioſe in ipſum luſiſſet in carmine: vicitque Homerus, cauſſam illius una agente Ulyſſe.

21. Iisdem temporibus Pythagoras etiam Samius advenit, ſepties mutatus, vita in totidem acta animalibus, perfectisque tot ani-

a Ἔσκωψε] Ἔσκωψε male Edd. plurimae. Ἔσκωψε recte L. B2. & S.

66. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] Ἱστορεῖ γὰρ τοῦτο Ἡρόδοτος ἐν τῷ *περὶ τοῦ Ὁμήρου βίου. V.

* Περὶ] Abeſt in Edit. Nec magno opere requirerem; ſed quia adeſt in Cod. V. inſerere non dubitavi. *J. F. R.*

rum ego temeritatem audaciamque, & pulcherrimarum rerum ignorationem ſummam, cum *ſui ſeculi* ſuarumque rerum admiratione conjunctam Boilaeis compeſcendam exagitandamque relinquo. *M. du S.*

64. Εἰ πρότερον] Hac de controverſia acutiſſimum vide *Longini* judicium c. VIII. π. ὕψους. *M. du S.*

66. Ὅτι μὲ γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ συνθάνεσθαι ἐδόμην] Vertunt: *ipſum vero caecum non eſſe, quod etiam dicunt, mox cognovi: vidi enim; itaque veritus ſum percontari.* Sed an ἑώρα, eſt, *vidi?* an οὐκ ἐδόμην, eſt, *veritus ſum?* Minime. Quare in hunc modum debebant: *Caecum vero non fuiſſe, quod ipſum etiam de eo dicunt, ilico cognovi: videbat enim, adeoque rogare opus non erat.* *H. V.*

Ibid. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] *Cicero* tamen Tuſc. Diſp. V. c. 39. *Homerum coecum inducit*, ſcribens: *Traditum eſt etiam, Homerum coecum fuiſſe. At ejus picturam, non poëſin, videmus. Quae regio, quae ora, qui loci Graeciae, quae ſpecies formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt, ut quae ipſe non viderit, nos ut videremus, effecerit?* nam quamvis Pictori comparetur Homerus, ex ſequentibus tamen adparet, Ciceronem eum coecum facere; quod etiam confirmatur exemplo Tireſiae coeci vatis, quem ilico ſubjungit Cicero. Vid. notam *Daviſii*, quem conſulendum Cl. *Hemſt.* in marg. *Graevianae* Ed. indicarat; ubi is *Brod.* Miſc. V. 9. & *Scholiaſten* Lucian. ad T. 2. p. 17. (i. e. ad *Somn. ſ. Gall.* ad verba τυφλὸς αὐτὸς ὤν) id cum Luciano negantem citat; nec non *Vellej. Pat.* qui L. I. 5. ait: *Homerum, ſi quis coecum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Non igitur plane negat Vellejus Homerum coecum fuiſſe; ſed ab nativitate id calamitatis ei obtigiſſe negat: cum prae ſenio viſum amiſiſſe dici queat, quod & illi, quos *Daviſ.* citat, voluere. Vide etiam not. *Boecleri* ad Vellej. p. 38. Ed. *Burm.* Coecum autem fuiſſe *Daviſius* nullo modo dubitat; quod ſub Demodoci perſona ſemet ipſum deſcribere credatur ap. *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. nec ego dubito, ſi caſu aut ſenio id contigiſſe dixeris, ut *Brod.* l. c. ex *Herodoto*, *Pauſan.* in Meſſen. & *Tzetze* probat; nam ab nativitate coecum ſtatuere abſurdum videtur; quum peregrinatio ad varios hominum mores, cultum, regionumque & urbium ſitum, quarum ingentem nobis catalogum reliquit, cognoſcenda, praecipuum ejus fuerit ſtudium. Quod autem ab ſtatuariis deſumitur argumentum, qui eum oculis captum finxerint, id admodum incertum mihi videtur; nam aut vulgarem hi rumorem ſecuti ſunt,

animae circuitibus. Erat vero dextro toto latere aureus. Illud quidem judicatum eſt, cum verſari ſecum: hoc vero dubitabatur, utrum Pythagoram vocare an Euphorbum oporteret. Venit & Empedocles, circumuſtulatus, & toto aſſatus corpore. Neque tamen, quantumvis multis verbis ſupplicaret, receptus eſt.

22. Procedente tempore certamen inſtabat, quae Thanatuſia (*Mortualia*) apud illos vocantur. Praeſidebant Achilles, Theſeus ſeptimum. Reliqua longum fuerit dicere: ſumma capita rerum enarrabo. Luſta vicit Carus Heraclides, victo in certamine de hac corona Ulyſſe. Pugilatus aequa laus fuit Arei Aegyptii, qui Co-

ἐκτελέσας ὁ ψυχῆς τὰς περιόδους. ἦν δὲ χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξιὸν ἡμίτομον. καὶ ἐκρίθη μὲν συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς, ἐνεδοιάζετο δὲ ἔτι, πότερον Πυθαγόραν ἢ Εὔφορβον αὐτὸν ὀνομάζειν χρή. ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς, ἤλθε μὲν καὶ ἔστη περιφθείς, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ἀπεπεμμένος· εἰ μὴν παρεδέχθη γε, καίτοι πολλὰ ἱκετεύων.

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐνέστη ὁ ἀγὼν, τὰ παρ' αὐτοῖς Θανατούσια. ἠγωνοθέτει δὲ Ἀχιλλεὺς τὸ πέμπτον, καὶ Θησεὺς τὸ ἕβδομον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· τὰ δὲ κεφάλαια τῶν πραχθέντων διηγήσομαι. πάλιν μὲν ἐνίκησε Κάρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους, Ὀδυσσέα περὶ τοῦ στεφάνου καλαγωνισάμενος. πυγμὴ δὲ ἴση ἐγένετο Ἀρείου τε τοῦ Αἰγυπτίου, ὃς ἐν Κορίνθῳ τέθα-

ὁ Κᾶρος] Sic B2. *J. H.* & *P.* cum *A.* Ceterae Κάρος. Κάπρος *Palm.* Κάμαρος *Gron.*

sant, aut non ſatis differentiae inter videntem ac coecum eſt in illorum arte; ſolent enim marmoreae effigies oculorum orbes ac pupillam raro exprimere, quorum circuli quum ſulcis aliquantum excavatis deſcribendi ſint, id totam faciem deformat, & maligniores, ut ſic dicam, oculos exhibet, quam ſi exterior tantum eorum ambitus ſolus efformetur. *J. F. R.*

72. *Μετὰ τ. δ.*] Sic lego pro *ταῦτὰ*, quod in omnibus libris eſt. *M. du S.*

74. Θερσίτου] *Hom.* Il. B. 212. *M. du S.*

75. Ἔσχυψε] L. B2. & S. In reliquis prave Ἔτυψε. *M. du S.*

81. *Χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξ.*] De femore Pythagorae aureo vid. ſupra T. I. *Vit. auct.* §. 6. Neque hic putes χρυσοῦς in χρυσοῦν mutandum; eſt enim ſolita ellipſ. *τοῦ ποδὸς. aureus erat femur*, pro *ad femur*. Etſi hic *totum dextrum latus* pro femore dicit. *J. F. R.*

83. Εὔφορβον] Trojanus fuit adoleſcens Panthi filius, fratris Hecubae, teſte *Hom.* Il. 17. Lege *Laërt.* in Pythag. & *Ovid.* L. XV. Met. *G. C.*

86. Ὠκυμάχης] Sic infra in *mort. Peregr.* §. 39. ὑὸν τὸ δάμωνα ἀκυμάχου γέροντα ἐμῶν. Sed in praeſ. temp. mox c. 29. & ſupr. in *Necyom.* *J. F. R.*

89. Θεσμοφόρια] Eccere! Vir optime caeteroquin de literis Graecis meritus hunc feſtum diem, eamque celebritatem *Graeculae ſuae feriatae* inſeruit. O lepidum caput! Mirum ni *Paradiſus Socratis*, & *ſymposium* in ejus *Attica* alicubi locum habeant. Sapit *Reiſerus*, qui cum caetera excerperet, expunxit. *M. du S.*

93. *Πάλιν μὲν ἐνίκησε Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους*] *Luſta vicit Carus Heraclides.* Sic vertit Interpres. Nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium. Rurſus hoc loco legendum eſt Κάπρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους. *Caprus poſt Herculem primus*, de quo ſupra fuſe diximus. *J. G. a P.*

Ibid. Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους] Quem hic interpretem probabimus? In *Baſileenſi* editione vertunt: *Carus qui ab Hercule ſtabat*, ſatis lepida captatione; ac ſi Graeca eadem foret conſtructio, quae Latina; & ſcilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, & alii ab hoc ſtabant, alii ab illo. Ridicule omnino. Benedictus: *Carus Heraclides*, quod propius ad genium ſermonis Graeci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit *Palmerius*. Quaſi vero Lucianus huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem: immo quis egregius luctator ille Ulyſſes? ex quo alterius adverſario patet prorſus ratiocinationem *Palmerii* non procedere: multo minus ut ὁ ἀφ' Ἡρακλέους poſſit reddi, *poſt Herculem primus*, quidquid de Capro ſuo ſollicitus ſit. Opinor optime adnotaſſe patrem Κάμαρον. Non agitur de luctatore; agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides. *J. G.*

Κᾶρος] Conſule *Loyd.* honoratiſſimi Praeſulis Wigornienſis Doctiſſimum & ipſum filium ad Olymp. CXLII. *Catal. Olymp.* a *Scal.* editum. *Pauſ. Suid.* (ſed apud hunc ſuo loco non comparet aut κᾶρος aut Κάπρος ille) Ulyſſem hic adducit, quia luctantem fecit Homerus (Iliad. Υ. 710. & ſeqq.) cum Ajace, quem & proſtravit. *M. du S.*

96. Ἀρείου] Vid. *Plut.* 396. 2. Sed is tamen a noſtro diverſus. *M. du S.*

2. Ὀμ.

θαπαι, ϗ Ἐπειῶ, ἀλλήλοις συνελθόντων· παγκρατίῳ δὲ ὁ τίθεται ἆθλα παρ' αὐτοῖς. τ μέντοι δρόμου, οὐκ ἔτι μέμνημαι τίς ἐνίκησε. ποιητῇ δὲ, τῇ μὲν ἀληθείᾳ, παρὰπολὺ ἐκράτει Ὅμηρος, ἐνίκησε δὲ ὅμως Ἡσίοδος. τὰ δ' ἆθλα ἦν ἅπασι στέφανος, [a] πλακεὶς ἐκ πτερῶν ταωνίων.

rinthi sepultus est, & Epei, inter se congressorum. Pancratii praemia apud illos non proponuntur. Cursu quis vicerit, non amplius recordor. Inter poëtas re quidem vera multum Homerus praestabat, vincebat tamen Hesiodus. Praemia omnibus plexa e pavoninis pennis corona.

Ἄρτι δὲ τῶν ἀγῶνος συντελεσμένων ἠγγέλλοντο οἱ ἐν τῷ χωρίῳ τ ἀσεβῶν κολαζόμενοι, διορρήξαντες τὰ δεσμὰ, ϗ τ φρουρᾶς ὑπερκρατήσαντες, ἐλαύνειν ὅπῃ τ νῆσον. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν, Φάλαρίν τε τ Ἀκραγαντῖνον, ϗ [b] Βούσιριν τ Αἰγύπτιον, ϗ Διομήδην τ Θρᾷκα, ϗ τὸν περὶ Σκείρωνα,

§ 23. Jam consummato autem certamine nunciantur ii, qui in loco impiorum puniuntur, ruptis vinculis, superataque custodia, pergere ad insulam, ducibus Phalari Agrigentino, & Aegyptio Busiride, & Diomede Thrace, Scirone item atque Pi-

[a] Πλακεὶς] Πλακὴς *F.* sola male. [b] Βούσιριν] Βούσυριν Edd. male.

98. Παγκρατίου] Τάχα ἀφ' τὸ πληγαῖς βάλλειν τοὺς πυγμάχους, ὁ ἐκεῖνοι * ἀγρὸν παρ' ὅσον ἀπαίειν ὁ ἐν ᾄδου βίῳ, ἅτε σωμάτων ἀπηλλαγμένων. *V.*

9. Φαλ.] Οὗτος χαλεποτάτας ἐπενόει κολάσεις. (Hoc Scholium sede sua in V. motum, & in II. Vol. Ed. *Amst.* ad *Jov. Trag.* insertum, huic loco, ut & duo sequentia, restituimus. *M. du S.*)

10. Βούσιριν] Οὗτος ὁμοίως ἦν ὡς ☾ ἀνθρώπους ἐσθίειν. *V.*

11. Διομήδην] Οὗτος ἵππους εἶχεν ἀνθρωποφάγους ϗ ὡς ἐκράτει ἔβαλλεν αὐτοῖς. (Ante hoc Scholium haec verba legebantur in V. Ἔχετος τ Ἠπείρου βασιλεὺς τιμωρητικώτατος. Sed *Echetus* ille neque hic neque usquam apud Lucianum conspicitur. *M. du S.*)

* Ἀργὸν] Ἀπειρὸν habet Ed. *Cler.* Sed ex C. correxit *M. du S.* Qui postremam hujus Schol. vocem etiam emendavit, cum legeretur ἀπαλλαγμένης.

2. Ὅμ. —— Ἡσ.] Ad traditionem alludit, quae coaetaneos faciebat. Vid. *Philostr.* Her. p. 726. & seq. & Hennet. p. 52. *M. du S.*

9. Φάλαριν] Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum aeneum fabricavit, quo impositi noxii dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. *Senec.* L. 2. de Clem. c. 4. & L. 2. de Ira. *G. C.*

10. Βούσιριν] Busiris Rex Ægyptiorum Neptuni & Lybiæ filius, qui Thrasii consilio hospites violabat incognitos, ut eorum sanguine pluviam eliceret, cujus penuria Ægyptus novem annis laboraverat. *Seneca* loc. cit. *G. C.*

Βούσιριν] Mendose antea scribebatur Βούσυριν. Sic ut edidimus non Auctores tantum multi, sed & numismata scribunt: de quo vide *Apollod.* II. p. 53. B. *M. du S.*

5. Ἀγχιμόλους] Monuerat Cl. *Hemsterh.* in marg. adeundum Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 493. No. 55, i. e. ad L. VII. c. 71. ubi *Thucyd.* ἧκε ἀγχίμολος ἱστιοδρόμος ait, *Wassiusque* Pollucem reprehendit, qui hoc verbum ὀξυτὸν esse scribat, quod tamen ille ex *Diod. Mal.* hic ex *Luciano* h. l. proferat, *Snidamque* & Lexica alia plures habere ejus vocis auctoritates, observat; quare plura non addam. *J. F. R.*

10. Ὠλιγώρησαν] Etsi supra satis dixi augmentum saepe negligi, & hic Edd. fere omnes habent ὀλιγ. tamen non credo sic Lucian. dedisse, qui usitatissimum in hoc verbo augmentum initiale, & ratio abjectionis nulla, quia verbum inde non fit longius, si addatur, (ut in plusquamp. quae satis polysyllaba per se, ideoque augmentum frequenter negligunt.) Quare invitis Edd. jam mutaveram, quod in vocali brevi cum longa permutanda scribarum culpa fit quotidiana; sed postea consulens omnes Edd. ad manum quae erant, vidi & *Salm.* recte ὀλιγ. exhibere. *J. F. R.*

17. Κελύφη] Sic L. & *Fl.* Ed. melius quam quod in aliis est, κελύφινα. In Scholiis etiam recte κελύφη legitur. *M. du S.*

20. Ἀπεκρύψαμεν] Suspicor legendum ἀπεκρυψάμεθα. *M. du S.*

35. Μεσονύκτιον] Nugatur igitur, ut saepe, *Th. Magist.* scribens: Μεσονύκτιον, καὶ Μεσονυκτιὸν, ποιητικῶν. Habuimus & supra μεσονύκτιον, *de Merc. Cond.* c. 26. p. 683. T. I. item hac differt, c. 26. & alibi. Habet & Euang. *Marc.* XIII. 35. & *Luc.* XI. 5. &c. *J. F. R.*

ἐλάθομεν προσωκείλαντες Ἀλκυόνος καλιᾷ παμμεγέθει. σταδίων πως ἑξήκοντα ἦν αὐτῇ τὸ περίμετρον· ἐπέπλει δὲ ἡ Ἀλκυὼν, τὰ ὠὰ θάλπουσα, ὑπολὺ μείων τῆς καλιᾶς· ἡ δὴ ἀναπλαμβήν, μικρῷ μὴ κατέδυσε τὴν ναῦν τῷ ἀνέμῳ τῶν πτερῶν. ᾤχετο γῆν φεύγουσα, γοεράν τινα φωνὴν προϊεμένη. ἐπιβάντες δὲ ἡμεῖς, ἡμέρας ἤδη ὑποφαινούσης, ἐθεώμεθα τὴν καλιὰν, ὄχεδίᾳ μεγάλῃ προσεοικυῖαν, ἐκ δένδρων συμπεφορημένην. ἐπῆν δὲ καὶ ὠὰ πεντακόσια, ἕκαστον αὐτῶν Χίου πίθου πολλῷ πλατύτερον. ἤδη μέντοι καὶ οἱ νεοττοὶ ἔνδοθεν ἐφαίνοντο, καὶ ἔκρωζον. τελέκεσι γοῦν ἀμαξεύσαντες ἓν τῶν ὠῶν, νεοττὸν ἄπτερον ἐξεκολάψαμεν, εἴκοσι γυπῶν [a] ἀδρότερον.

Ἐπεὶ δὲ πλέοντες [b] ἀπέσχομεν τῆς καλιᾶς ὅσον σταδίους ἑξακοσίους, τέρατα ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμάσια [c] ἐπεσήμαινεν· ὅ, τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ κηνίσκος ἄφνω ἐπερύξατο, καὶ ἀνεβόησε· καὶ ὁ κυβερνήτης Σκίνθαρος φαλακρὸς ἤδη ὤν, ἀνεκόμησε· καὶ τὸ πάντων ἤδη θαυμαστότατον, ὁ γὰρ ἱστὸς τῆς νεὼς [d] ἐξεβλάστησε, καὶ κλάδους ἀνέφυσε, καὶ ἐπ' ἄκρῳ ἐκαρποφόρησεν, ὁ δὲ καρπὸς ἦν σῦκα καὶ σταφυλαὶ μεγάλαι, ὕπω πέπειροι. ταῦτ' ἰδόντες, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐταράχθημεν, καὶ ἠυ-

mari, imprudentes offendimus ad Alcyonis nidum maximum; ſtadiorum circiter ſexaginta erat illi ambitus. Imminebat autem Alcyon ova incubans, non multo minor nido ſuo. Atque illa evolans parum aberat quin mergeret navim noſtram vento alarum: aufugiebat enim lugubrem vocem edens. Deſcendimus cum jam illuceſceret, nidumque inſpeximus, magnae rati ſimilem, conſtructae ex arboribus; inerant vero ova quingenta, Chio dolio unumquodque capacius. Jam quidem pulli intus apparebant & crocitabant. Securibus igitur ovo uno reſciſſo, pullum implumem excudimus, vulturibus viginti ampliorem.

41. Cum vero navigando diſceſſiſſemus a nido ad ducenta ſtadia, portenta nobis magna & mirifica evenere. Nam cheniſcus (*anſerculus*) in prora ſubito concuſſis alis exclamavit, & gubernatori Scintharo calvo redire coeperunt comae; quodque omnium jam admirabiliſſimum, malus navis germinavit, & emiſit ramos, & in ſummo fructus tulit. Fructus erat ficus, & uvae magnae, nondum maturae. Haec videntes perturbati ſumus, ut facile eſt ad exiſtiman-

a Ἀδρότερον] Adſpirate *Fl. Ald. P. B2. S. H.* ἁδρ. *J.* male. b Ἀπέχομεν] Alii ἀπεχόμεν *Coll.* Nihil mutant Edd. c Ἐπεσήμαινεν] Ἐπεσήμηνεν male *Fl.* Ceterae vulg. ſerv. quibus adſtipulatur P. Cod. d Ἐξεβλάστησε] Ἐξεβλάστα *Fl.* Ἐβλάστησε P. Vulg. ſerv. Edd. cett.

36. Ἐλάθομεν] Ἀντὶ τοῦ ἀνεπαισθήτως. *V.*
51. Πλέοντες ἀπέχομεν] Γρ. αἱ ἀπέχομεν. *G.*

57. Ὁ γὰρ ἱστὸς τῆς νεὼς] Εἰς τὸν Ἀπὸν *ῥᾴδιον ὁ † παιγνίμων ἁμαρτάνειν. *V.*

* Iterum imperite Lucianum incuſat Scholiaſtes; notum enim eſt hoc deſumtum eſſe ex Bacchi fabula. *J. Cl.*

† Παιγνίμων] Παιγνήμων V.

42. Γοεράν τινα &c.] Conf. ſupra Ἀλκ. c. 1. *M. du S.*
50. Ἀδρότερον] Male *Solanus* in marg. *J.* notarat, etiam *S.* & *H.* cum *J.* habere ἀδ. prima laevigata. Nam recte habent adſpiratam, ut ceterae priſcae, quas adii: & ſic ſolet. vid. *Poll. On.* non uno loco. Quamvis & *Budaeus* in Lex. minore ἀδρὸν *augeo* male, mox tamen ἀδρὸς recte habet ibidem, operarum culpa. *J. F. R.*
54. Ἐκτροχάσαι] Conf. T. I. Ἀλκ. c. 1. *M. du S.*
57. Ὁ γὰρ] Illud γὰρ in *J.* aeque ac *Fl.* & *H.* reperiri notabat *Solanus*. Idem ſic notarat ſupra T. I. *Hermot.* c. 29. An igitur id ſuſpectum habuit? vix credo; nam ſic ſaepe apud noſtrum occurrit. *J. F. R.*
62. Ἀποτρίψαι] Quanquam hic aliam lectionem ſuggerant Scholiaſtes & *Fl.* Ed. cave hanc mutaſſis: proprium enim eſt in ea re vocabulum. Unde Ζεῦ ἀποτρίπαιε, &c. Vulgatam etiam confirmat P. *M. du S.*
79. Καὶ δηλόσαι ἡμῖν ἀναθεμένοις τὸν ναῦν ἐπὶ τὸν κόμην * δένδρων] Perridicula iſta ſuper ſilvae ramis navigatio, ſive ὑλώδεις πλοῦς: ſed videntur fidem ei facere

Jo-

mandum, & deos rogavimus, ut averterent, si quid mali visum hoc portenderet.

42. Nondum quingenta stadia provecti eramus, cum silvam vidimus maximam & prolixam, pinuum atque cypressorum. Ac nos quidem putabamus continentem eam esse: at illud pelagus erat profundum, arboribus radice carentibus consitum. Stabant tamen arbores immotae, rectae, quasi innatantes. Appropinquantes igitur, universa re considerata, in dubio eramus quid agendum esset. Neque enim navigari inter arbores poterat, quae densae essent & continuae: neque reverti facile videbatur. Ego vero, conscensa arbore maxima, prospexi, quomodo ulteriora se haberent, ac vidi ad stadia quinquaginta aut paullo plura, esse sylvam: tum mare rursus excipere aliud. Itaque placuit navem in comas arborum, densae enim erant, impositam traducere, si possemus, in mare alterum. Idque fecimus. Revinctam enim magno fune, arboribus conscensis, magno labore eo pertraximus, ramisque eam superimposui mus, ubi velis passis velut in mari navigavimus, a vento impellente promoti. Hic

χόμεθα τοῖς θεοῖς [e] ἀποτρέψαι τὸ ἀλλόκοτον τῦ φαντάσματος.

Οὔπω δὲ πενταχοσίους σταδίους διελθόντες, εἰδομεν ὕλην μεγίστην καὶ λάσιον, πιτύων καὶ κυπαρίττων. καὶ ἡμεῖς μὲν εἰκάσαμεν ἤπειρον εἶναι· τὸ δ' ἦν πέλαγος ἄβυσσον, δένδροις καλαφυτευόμενον· εἰστήκει δὲ τὰ δένδρα ὅμως ἀκίνητα, ὀρθὰ, καθάπερ ἐπιπλέοντα. πλησιάσαντες δ' ὖν, καὶ τὸ πᾶν κατανοήσαντες, ἐν ἀπόρῳ εἰχόμεθα τί χρὴ δρᾶν. ὅτε γὰρ ἀναβῆναι τὴν δένδρων πλεῖν δυνατὸν ἦν· πυκνὰ γὰρ καὶ πρόσεχῆ ὑπῆρχεν, ὅτ' ἀναστρέφειν ῥάδιον ἐδόκει. ἐγὼ δ' ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ μέγιστον δένδρον, ἀπεσκόπουν τὰ [f] ἐπέκεινα ὅπως ἔχοι, καὶ εἶδον ἐπὶ σταδίους μὲν πεντήκοντα ἢ ὀλίγῳ πλείους, τὴν ὕλην οὖσαν· ἔπειτα δὲ αὖθις ἕτερον Ὠκεανὸν ἐκδεχόμενον. καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένοις τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κόμην τῶν δένδρων, πυκνὴ γὰρ ἦν, ὑποζεύξαντας, εἰ δυναίμεθα, εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν, καὶ οὕτως ἐποιοῦμεν. ἐκδήσαντες γὰρ αὐτὴν κάλῳ μεγάλῳ, καὶ ἀνελθόντες ἐπὶ τὰ δένδρα, μόλις ἀνειμησάμεθα. καὶ θέντες ἐπὶ τῶν κλάδων, μεταβαστάσαντές τε τὰ ἱστία, καθάπερ ἐν θαλάττῃ ἐπλέομεν, τῷ ἀνέμῳ προωθῦντος ἐπισυρόμενοι. ἔνθα με καὶ τὸ Ἀντιμά-

χου

e Ἀποτρέψαι] Ἀποστρέψαι *Schol.* & *Fl.* Sed reliqq. ut edidimus, etiam consentiente *Cod.* P. f Ἐπέκεινα] Ἐπ' ἐκεῖνα P.

62. Τὸ ἀλλόκοτον] Γράφεται, ἀποστρέψαι τὸ ἀλλόκοτον. *V.* 67. Ἄῦσσον] ‡ Ἀντὶ τῦ ἄπειρον ἔχον βυθόν. *V.*

‡ Hoc & sequens Scholion ad aliena verba relatum, eo quo pertinèt, reduxit *M. du S.*

Josephus Acosta, & illi quos navigationis suae fundos auctoresque habet Historiae Indicae c. XXX, Lib. IV. Ipsa ejus haec ἱστῶς narratio. *Un de nos freres homme digne de foi nous conta, que s'étant égaré & perdu dans les montagnes, sans sçavoir quelle part n'y par où il devoit aller, il se trouva dedans des buissons si épais, qu'il fut contraint de cheminer sur iceux sans mettre les pieds en terre par l'espace de quinze jours entiers, & que pour y voir le solail, & pour remarquer quelque chemin en cette forêt si épaisse & pleine de bois, il avoit besoin de monter au coppeau des plus grands arbres, pour la descouvrir le chemin.* Th. M.

87. Ἀντιμάχου] Scripserat is poëma *de Argivorum contra Thebanos expeditione*, cui *Thebais* titulus erat. *Athen.* 468. A. 475. D. & 482. F. Meminit *Plutarchus* Elegiae ab hoc scriptae f. 65, 2. Platoni probatur. *Cic.* Brut. 51. Hunc tanti faciebat Adrianus Imp. ut Homero exacto, solum ab omnibus legi vellet. Audi *Xiphil.* p. 261. καὶ ὅτω γε τοιοῦτος ἦν ὡς ἕτερον Ὅμηρον καλαλύων Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτῦ εἰσάγειν, ἅ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Verbosum fuisse docet Gregorius Theologus in Ep. ad Nicobulum. 2. his verbis, ἵνα τί γὰρ ἐγὼ ὁ βραχυλογώτατος Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ' ἅ τοῖς γράμμασι. Apud *Basil.* p. Ed. Bas. 286. *M. du S.*

96. Ὀφ-

χω τῦ ποιητῦ ἔπος εἰσῆλθε. Φησὶ γάρ
πω κἀκεῖνος·

Τοῖσιν δ' ὑλήεντα διὰ πλόον ἐρχομένοισι.

Διελθόντες δ' ὅμως τ' ὕλην, ἀφικόμεθα πρὸς τὸ ὕδωρ, κ πάλιν ὁμοίως καθαθέντες τ' ναῦν, ἐπλέομεν διὰ καθαρῦ κ διαυγῦς ὕδατος, ἄχρι δὴ ἐπέστημεν χάσματι μεγάλῳ ἐκ τῦ ὕδατος διεστῶτος γεγενημένῳ, καθάπερ ἐν τῇ γῇ πολλάκις ὁρῶμεν ὑπὸ σεισμῶν γιγνόμενα διαχωρήματα. ἡμῖν μὲν οὖν ναῦς, καθελόντων ἡμῶν τὰ ἱστία, ῥαδίως ἔστη, παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα καθενεχθῆναι. ὑποβρύχιοι δὲ ἡμεῖς, ἐφορῶμεν βάθος ὅσον σταδίων χιλίων, μάλα φοβερὸν καὶ ἀθέατον· εἰστήκει γὰρ τὸ ὕδωρ ὥσπερ μεμερισμένον. ἐκλέπουσι δὲ κατὰ δεξιὰ, ὁρῶμεν πόρρωθεν γέφυραν ἐπεζευγμένην ὕδατος συνάπτουσαν τὰ πελάγη κατ' ἀμφάσεις, καὶ τὴν ἑτέραν θαλάττης ἐς τὴν ἑτέραν διαῤῥέοντος, προσελάσαντες ἐν ταῖς κώπαις, ὑπὲρ ἐκείνου παρεδράμομεν, κ μόλις πολλῆς ἀγωνίας ἐπεράσαμεν, ὑποστείλαντες προσδοκήσαντες.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς ὑπεδέχετο πέλαγός τε πρᾶον, κ νῆσος ὑ μεγάλη, ᶜ εὐπρόσιτος συναιρομένη· ἐνέμοντο δὲ αὐτὴν ἄνθρωποι ἄγριοι, Βυκέφαλοι, κέρατα ἔχοντες, οἷον

mihi Antimachi poëtae verſus in mentem venit, qui ait alicubi:

Per ſilveſtre illis navi venientibus aequor.

43. Superata tamen ſilva, ad aquam pervenimus, ubi ſimiliter demiſſa navi per puram pellucidamque aquam navigavimus, donec ad hiatum conſiſteremus magnum ex aqua diſcedente ortum, ut in terra ſaepe videramus a motu illius factas diſceſſiones. Navis quidem noſtra vela nobis contrahentibus facile ſtetit, cum parum abfuiſſet quin deferretur. Nos vero capitibus porrectis deſpicientes, profundum videbamus vel mille ſtadiorum, terribile admodum atque admirandum. Stabat enim velut diviſa aqua. Circumſpicientes ad dextram videmus e longinquo pontem injunctum ex aqua, quae jungeret utriusque pelagi ſummas oras, & ex uno mari in alterum transfluęret. Huc igitur agitantes *navim* remis curſum fleximus, multoque labore trajecimus, quod numquam ſperaveramus.

44. Hinc excepit nos mare placidum & inſula non magna, acceſſu facilis, habitata. Habebant illam homines feri, Bucephali, (*Tauricipites*) cornua habentes, qualem

a Ὁρῶμεν] Sic *Fl.* Ἐφορῶμεν ceterae. b Κατ' ἐκεῖνο] Nihil hic variare Edd. notat *M. du S.* c Εὐπροσίτους] Ita eſſe in *J. Fl. B2. H. P.* & *S.* notat idem. Etiam *Ald.* 1. ſic habet, & *Fr.*

91. Διελθόντες] Γράφεται διελθοῦσι. *V.*
94. Χάσματι μεγάλῳ] Τάχα ὁ κινολόγος ἐκ Μωσέως, τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαβάντων ἐκείνων. *V.*

* Κρειττόνων] Quam apte hanc vocem homo Chriſtianus uſurpet, aliis dijudicandum relinquo. Certe Moſem a Lucian no pari non credo. *M. du S.*

96. Ὁρῶμεν] Edd. *Fl.* & *B2.* recte; in reliquis ἐφορῶμεν. Latinus interpres recte vertit quaſi ὁρῶμεν & ipſe legiſſet. *M. du S.*

Ὁρῶμεν] Errat *Solanus* dicens *B2.* i. e. *Baſileenſem* ſecundam, cum Florentina facere; nam aeque ac *B1.* cujus errores fideliter ſolet repetere, habet ἐφορῶμεν. De Florent. vero recte monet. *J. F. B.*

9. Κατ' ἐκεῖνο] Variationem fruſtra quaeſivit *Salanus*; nec ea opus eſt. Nam licet θάλαττα praecedat, poteſt tamen neutrum ἐκεῖνο ad πέλαγος paullo ante praemiſſum referri, vel, quod malim, abſolute poſitum accipi de loco; veluti ἐκεῖ τὸ, & εἰς τόδε *huc*, intellecto χωρίον accipitur, vid. *L. Bos* de ellipſi in χωρίον. Verum & praeterea neutrum genus ut generale etiam ſubſtantivis maſculinis & femininis jungi, quis neſcit, ut *Long. Paſt.* I. p. 8. ἡ δὲ Νύμφη, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. Vel, ut in tritiſſimo illo *Ælian.* X. 10. τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. *Epiſt. ad Rom.* XIV. 18. ἐν τούτοις, habet, poſt praemiſſa tria feminina διακονίαν, χαρὰν & εἰρήνην. Sed de aliis paullo durioribus jam dictum

ad

lem apud nos fingunt Minotaurum. Cum exscendissemus, aquatum perreximus, etiam ciborum aliquid, si possemus, ablaturi; nihil enim amplius habebamus. Et aquam quidem ibi in proximo inveniebamus, aliud vero nihil apparebat, praeterquam quod mugitus multus non ex longinquo audiebatur. Cum igitur boum gregem esse putaremus, paullum progressi, stamus apud homines. At illi conspectos nos persequuntur, ac tres quidem sociorum nostrorum comprehendunt; reliqui vero ad mare confugimus. Deinde universi armis captis, neque enim placebat inultos negligere amicos, irruimus in Bucephalos, carnes interfectorum dividentes, atque in terrorem conjectos universos persequimur, eorumque circiter quinquaginta interficimus, duosque capimus vivos. Sic revertimur cum captivis: cibi vero nihil invenimus. Reliqui igitur hortabantur, ut captos interficeremus; ego vero hoc non probavi, sed vinctos asservavi, dum venirent a Bucephalis legati, qui pretio comprehensos repeterent. Intelligebamus quippe illos innuere, ac lugubre quiddam, suppliciter rogantium instar, mugire. Pretium vero redemtionis erant casei multi, & sicci pisces, & cepae, & cervi qua-

παρ' ἡμῖν τ Μινώταυρον ἀναπλάττουσιν. ἀποβάντες δὲ, προσηειμεν ὑδρευσόμενοι, καίτοι καὶ σιτία λησόμενοι, εἴποθεν δυνηθείημεν· οὐκ ἔτι γὰρ εἴχομεν· καὶ ὕδωρ μὲν αὐτοῦ πλησίον εὑρομεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐνεφαίνετο, πλὴν μυκηθμὸς πολὺς ὑπόῤῥωθεν ἠκούετο· δόξαντες οὖν ἀγέλην εἶναι βοῶν, κατ' ὀλίγον προχωροῦντες, ἐπέστημεν τοῖς ἀνθρώποις· οἱ δὲ ἰδόντες ἡμᾶς, ἐδίωκον, καὶ τρεῖς μὲν τ ἑταίρων λαμβάνουσιν· οἱ δὲ λοιποὶ, πρὸς τ θάλατταν καταφεύγομεν, εἶτα μετὰ πάντες ὁπλισάμενοι (ὑπῆν γὰρ ἐδόκει ἡμῖν ἀτιμωρήτους ἐᾶν τοὺς φίλους) ἐμπίπτομεν τοῖς Βουκεφάλοις, τὰ κρέα τ ἀνηρημένων ἁρπαζομένοις· φοβήσαντες δὲ πάντας ἐδιώκομεν, καὶ κτείνομέν γε ὅσον πεντήκοντα, καὶ ζῶντας αὐτῶν δύο λαμβάνομεν, καὶ αὖθις ὀπίσω ἀνεστρέφομεν, τοὺς αἰχμαλώτους ἔχοντες. σιτίον μέντοι οὐδὲν εὕρομεν οἱ μὲν ἂν ἄλλοι, παρῄνουν σφάττειν τοὺς παρειλημμένους. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδοκίμαζον, ἀλλὰ δήσας, ἐφύλαττον αὐτοὺς, ἄχρι δὴ ἀφίκοντο παρὰ τ Βουκεφάλων πρεσβεῖς, ἅπαντες ὅτι λύτροις τοὺς συνειλημμένους· συνίεμεν γὰρ αὐτῶν ἀγανευόντων, καὶ γοερόν τι μυκωμένων, ὥσπερ ἱκετευόντων· τὰ λύτρα δ' ἦν τυροὶ πολλοὶ, καὶ ἰχθῦς ξηροὶ, καὶ κρόμμυα, καὶ ἔλα-

ad *Reviv.* c. 13. ubi μίαν πάντων pro πασῶν. *J. F. R.*

13. Εὐπρόσιτ@] Antea legebatur εὐπροσίτους, prave. Ego mutavi. *M. du S.*

Εὐπρος. συν.] Verti, ac si legeretur εὐπρόσιτος, συνοικουμένη. Gratias agam, qui me docuerit, quae sit εὐπροσίτως συνοικουμένη. Ita mox pro προσήειμεν ὑδρευσόμεθα, dedisse arbitror Lucianum προήειμεν, & sic interpretatus sum. *J. M. G.*

Εὐπροσίτως] Recte quidem *Solanum* conjeciisse arbitror εὐπρόσιτος legendum; verum quia neque Editio ulla neque Cod. praeit, & plura etiam corrigenda restant, nihil mutavi. Nam comma etiam post εὐπροσίτως addendum; tum pro συνοικ. . . ἐνοικ. legere malim; certe illud συν in *Fr.* ita exaratum est, ut parum differat ab ϲὺ. *J. F. R.*

17. Καίτοι] Legendum potius καὶ τι *Solan.* marg. *Junt.* adleverat; quod non improbem. *J. F. R.*

31. Κτενοῦμεν] Et sic cum *J.* habere *Fl.* & *H.* notarat *Solanus*; sed habent & aliae. Cur autem variationem quaesivit? quia ἐδιώκομεν & κτείνομεν diversa sunt tempora, ideoque διώκομεν potius legi quis malit; id quod nec ego improbaverim. Verum in eadem hac Hist. id occurrit adeo frequenter, ut studio tempora variasse videatur auctor; nam cur paullo ante non item quaesivit varietatem, cum legeret ἐδίωκον, καὶ λαμβάνουσι, & paullo post λαμβάνομεν, καὶ ἀνεστρέφομεν pro ἀνεστρ. & c. 46. εἶδον, καὶ συλλαμβάνω, καὶ ἀνέκρινον. ut alia mittam. Conjunctiones enim similia tempora non regere, T. I. jam diximus. Et ex Latinis sexcenta similia proferre liceret, ut *Sallust.* Jug. c. 113. 7. *Jugurtha Sullae vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus.* Quin & modus diversus interdum conjunctionem sequitur, ut apud *Liv.* 2. c. 23. 11. *Postulare — ut senatum vocarent. curiamque ipsi circumsistunt.* Ac ne credas *postulare* ibi pro postularunt positum, vid. not. Cl. *Dukeri*, qui ex eodem adfert *moliri — & pertentant*, aliaque similia. *J. F. R.*

ἄλαφοι τέτταρες, τρεῖς ἑκάστῃ πώδας ἔχουσα, δύο μὲν τὰς ὀπισθίας, οἱ δὲ πρόσω ἐς ἕνα συμπεφύκεσαν. ὑπὲρ τούτοις ἀποδόντες τοὺς συνειλημμένους, καὶ μίαν ἡμέραν διατρίψαντες, ἀνήχθημεν.

Ἤδη δὲ ἰχθύες τε ἡμῖν ἐφαίνοντο, καὶ ὄρνεα παρεπέτετο, καὶ ἄλλα ὁπόσα γῆς πλησίον ἴσης σημεῖα πρυφαίνετο. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ἄνδρας εἴδομεν καινῷ τρόπῳ ναυτιλίας χρωμένους· αὐτοὶ γὰρ καὶ ναῦται καὶ νῆες ἦσαν. λέξω δὲ τὸν πλοῦν καὶ τρόπον. ὕπτιοι κείμενοι ὑπὲρ τοῦ ὕδατος, ὀρθώσαντες τὰ αἰδοῖα, μεγάλα δὲ φέρουσιν, ἐξ αὐτοῦ ὀθόνην πετάσαντες, καὶ ταῖς χερσὶ τοὺς πόδας κατέχοντες, ἐμπίπλωσι τοῦ ἀνέμου, ἔπλεον, ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ὑπὲρ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας ἤλαυνόν τε, καὶ ἡνιόχευον· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο τοὺς φελλούς· ἤτοι ἡμᾶς ἤτε ἠδίκουν, ἤτε ἔφευγον, ἀλλ' ἤλαυνον ἀδεῶς τε, καὶ εἰρηνικῶς, τὸ εἶδος τοῦ ἡμετέρου πλοίου θαυμάζοντες, καὶ πάντοθεν περισκοποῦντες.

tuor, trium singuli pedum, cum binos quidem posteriores haberent, priores autem in unum coalitos. Pro his cum reddidissemus captivos, & diem unum morati essemus, solvimus.

45. Jamque pisces in conspectum venire, & circumvolare aves, aliaque, quotquot sunt terrae propinquae signa, apparere. Paullo post videmus viros novo navigandi genere utentes. Iidem enim & nautae erant & naves. Dicam vero navigationis rationem. Supini in aqua jacentes pudenda eriguntur; habent autem luculenta. ex his porro velum pandentes, manibusque tenentes funes veli inferiores, vento implente navigabant. Alii post hos insidentes in suberibus, duos delphinos junctos agebant regebantque habenis, qui progressi traherent post se subera. Hi neque injuria nos afficiebant, neque fugiebant, sed sine metu & pacate juxta nos inequitabant, speciem navigii nostri admirati, & perspicientes undique.

46. Ves-

56. Παιδιᾶσιν] Ὡς ἐπὶ παιδιᾷ τὰ ὕπερα τῶν ἰδίων ποδῶν παιζόντων εἰρηκε παίζων καὶ ταῦτα. * V.

58. Φελλῶν] † Φελλὸς ὄρος ἐν Ἰταλίᾳ ἐν ᾧ γίνεσθαι πεύκας ὑπερμεγέθεις. ἐκ δὲ τούτων τὸ δοθὲν γίνεσθαι τοῖς φελλοῖς πρὸς καυσίμων τῶν σωμάτων. V.

* At vide ne serio ea de re alibi etiam usurpatum, ut Ἔρωτ. c. 3. & not. M. du S.

† De hoc Italiae monte nihil, quod equidem rescire potuerim, apud Geographos invenitur. Plinius praeterea negat *in tota Italia nasci suber*. Lib. XVI. c. 8. Licet Theophrastus *in Tyrrhenia* nasci scribat Lib. III. c. 16. nisi sit mendum, quod ut suspicer facit Plinius contrarium affirmans, licet legisset hunc locum Theophrasti, quem & in quibusdam vertit. Ceterum hic absurde ex piceis suber desumi dicit, cum sint arbores plane diversae. Videtur potius apud Graecos φελλὸς idem significasse ac φλοιὸς, & *suber* κατ' ἀντονομασίαν dictum *corticem*, (ita legitur, pro *cortex*) ut etiam apud Latinos factum, quod observavit in suo Lexico *R. Constantinus*, & post illum *J. Hardouinus* ad locum Plinii laudatum. J. Cl.

55. Μεγάλα] Pygmaeos Ctesiae hic ridet. Vide *Photii* Excerpta. M. du S.

56. Παιδιᾶσιν] *Leop.* 136. M. du S.

Παιδιᾶσιν] At supra *Contempl.* §. 3. τὴν ἰδίαν σκέλαν, ἣ ἐκδύνει ἀλίγου τῶν ποδῶν, ubi *Solan.* similia ex nostro produxit. J. F. R.

58. Ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι ζεύξαντες δύο δελφῖνας, ἤλαυνόν τε, καὶ ἡνιόχουν· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεσύροντο τοὺς φελλούς.] Vertunt: *post hos & alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis remigabant, & equitabant, alii praecedentes subera trahebant.* Ita vertentes indicarunt, se mentem Auctoris non satis percepisse: Nam, ut taceam, μετὰ τούτους hic potius significare praeter hos, observandum est Lucianum de *suberibus* loqui tanquam de vehiculis; de *delphinis* tanquam de equis vehicula trahentibus; de *hominibus* illis qui suberibus insidebant, tanquam de auriga vehicula agitantibus, & moderantibus; aurigarum enim propria sunt verba quibus utitur, ἐλαύνειν & ἡνιοχεύειν. quae propterea hic non reddenda erant, *remigare* & *equitare*. Et per οἱ δὲ προϊόντες non intelligendi sunt *homines alii*, uti habet versio; sed illi *delphini*, qui suberibus juncti erant. Totus itaque locus hoc modo est vertendus: *Praeter hos & alii suberibus insidentes, junctis duobus delphinis, agitabant, & moderabantur eos: illi vero* (sc. delphini) *praeuntes trahebant subera.* H. V.

Ibid. Φελλῶν] Si quis auctoritates super h. v. & usu desiderat, adeat *Bergler.* ad *Alciphr.* Ep. I. 1. p. 7. J. F. R.

67. Ἑλλάδα φωνὴν] Pro ἑλληνικὴν. Sic Σκύθην ἄνδρα pro Σκυθικὸν ἀνδρα ex *Aesch.* Prom. p. 5. & γυναῖκας φρυ-

ζειν

46. Vesperа jam ingruebat cum appuli-
mus ad insulam non magnam. Habitatur
ea a mulieribus, ut putabamus, Graece
loquentibus. Accedentes enim nos prensa-
bant & complectebantur, ornatae more me-
retricio, formosae omnes & juvenculae,
talaria vestimenta trahentes. Insula voca-
batur Cabalusa (*Dejiciens*) urbs autem Hy-
damardia. (*Aquescentia*) Assumtos igitur
nos mulieres suam quaeque domum deduc-
cere, suumque sibi facere hospitem. Ego
autem cunctatus paullum, cui nihil boni
praesagiret animus, & circumspiciens accu-
ratius, video multorum hominum ossa jacere
& crania. Et clamorem quidem tollere, &
convocare socios, atque ad arma ire, non
placuit. Malvam autem depromtam mul-
tis verbis obsecravi, ut effugere liceret ex
malis praesentibus. Non ita multo post
autem ministrante hospita, video illius non
mulieris crura, sed ungulas asini. Hic

65 Ἑσπέρας δὲ ἤδη προσήχθημεν νήσῳ μεγάλῃ· κατῳκεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ γυναικῶν ὡς ἐνομίζομεν, Ἑλλάδα φωνὴν προϊεμένων προσήεσαν γάρ, καὶ ἐδέξιοῦντο, καὶ ἠσπάζοντο πάνυ ἑταιρικῶς κεκοσμημέναι, καλαὶ πᾶσαι, καὶ νεανίδες, ποδήρεις τοὺς χιτῶνας ὑποσυρόμεναι. ἡ μὲν οὖν νῆσος ἐκαλεῖτο [a] Καβαλοῦσα· ἡ δὲ πόλις αὐτῆ, [b] Ὑδαμαρδία. [c] λαβοῦσαι δ' ἡμᾶς αἱ γυναῖκες, ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιεῖτο. ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποσχὰς, εἰ μή τι χρηστὰ ἐμαντεύοιμην, ἀκριβέστερόν τε περιέβλεπον, ὁρῶ πολλῶν ἀνθρώπων ὀστᾶ καὶ κρανία κείμενα· καὶ τὸ μὲν, βοᾶν ἐπῆλθε, καὶ τοὺς ἑταίρους συγκαλεῖν, καὶ ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν, οὐκ ἐδοκίμαζον. προχειρισάμενος δὲ τὴν μαλάχην, πολλὰ ἱκέτευον αὐτὴν ἀφυγεῖν ἐκ τῶν παρόντων κακῶν. μετ' ὀλίγον δὲ, τῆς ξένης ἀφικνουμένης, εἶδον τὰ σκέλη οὐ γυναικὸς, ἀλλ' ὄνου ὁπλάς· καὶ δὴ σπασάμενος τὸ

a Καβαλοῦσα] Alii Καβαλοῦσα, *Coll.* b Ὑδαμαρδία] Alii Ὑδαμὶα, *Coll.* Nihil mutant Edd. c Λαβοῦσαι] Sic Edd. omnes. Διαλαβοῦσαι marg. *Alw.* & P. Διαλαβοῦσι *Angl.*

72. Καβαλοῦσα] Γρ. Καβαλοῦσα. *G.*

Ibid. Αὕτη Ὑδαμὶ] Γρ. Ὑδαμαρδία. *G.*

ζω ex *Hom.* Il. Ω. 58. nec non ἰλλάδα ἀφάλλω aliaque similia ex *Eustath.* adfert Cl. *Maittaire* de Dialect. p. 78. Plura Cl. *Jens.* in Locut. Lucian. p. 89. ad 94. quae pertinebant ad *Dial. Deor.* XV. 1. ad verba τίχτω βάσανον; ibi autem non sunt inserta, quia nimis erant multa. Meretur tamen huc addi, quod postea margini adlevit idem *Jensius*: Ἕλλην πλέφαρον habet *Thucyd.* p. 104. in Oratione Periclis (i. e. p. 119. Ed. *Duker.*) *J.F.R.*

72. Καβαλοῦσα] An καβαλοῦσα, a κάβαλος, i. e. καβαλλόσυνα? *F.G.*

Καβαλ.] Hactenus Lucianus nomina finxerat intellectu satis facilia. Nunc autem *Cabalusam* & *Hydamardiam*, monstrosa & barbara vocabula cur obtrudat, nondum satis perspicio. Est tamen Graeca vox καβαλικὸς, vel huic proxima καβάλιος, quam M. *Aurelius* (VII. 52.) & alii usurpant *projiciendi* sensu. Vide ad eum locum *Gatakeri* not. & *Plut.* 421, 2. καβαλικώτερος. Sed pone Regionem Καβαλοῦσαν ideo dictam, quia feminae istae advenas mactarent, quid erit usus Ὑδαμάρδια? Parvi quidem hoc refert; sed tamen ad *aquam* alludit, in quam magae istae se convertebant. Regionem *Cabalensem* memorat *Strabo* XIII. sub finem. p. m. 434. A. *M. du S.*

Καβαλοῦσα] Καβαλοῦσα forte est καβαλοῦσα id est καβαλλοῦσα dejiciens homines ad illa χαμαιτυπεῖα. Circa Ὑδαμαρδίαν res difficilior. Si eventum narrationis spectes, possis suspicari ὑδαμανίαν dedisse Lucianum, ἀφ' οὗ εἰς ὕδωρ ἀμπαύουσι τὰς γυναῖκας ut nempe in aquam, in fumum, &, si quid his fugacius est, abeunt voluptates venereae, postquam dejecere ignavos, & similes libidinosis asinis homines. *J.M.G.*

73. Λαβοῦσαι] Angl. ἀφαλλοῦσαι. *J.B.*

74. Εἷλκον πρὸς ἑαυτὸν ἀπῆγε, καὶ ξένον ἐποιοῦτο] Interpres: *secum quemque singula abduxerunt.* &c. Mallem: *Singulae quemque domum suam abduxerunt.* Ita passim, ὡς αὐτὸν, & πρὸς ἑαυτὸν, παρ' ἐμὲ. &c. Sic in *Asin.* c. 42. ἐπιβὰς μοι ὁ πορὸν, ὡς ἑαυτὸν ἄγων, *imposito mihi tritico ad se*, h. e. ad aedes suas, *me ducebat.* Sic etiam ibid. c. 55. & in *Gallo*, fine c. ult. παρ' ἐμᾶς. *H.V.*

80. Μαλάχην] Conf. supra c. 28. *M. du S.*

Μαλάχην] Quam nempe ad hoc ipsum discedenti ex Hesoum insula dederat Rhadamanthus. *J.M.G.*

τὸ ξίφος, συλλαμβάνω τε αὐτίκα, καὶ δήσας, καὶ τῶν ὅλων ἀνέκρινον· ἡ δὲ, ἄκουσα μέν, εἶπε δὲ ὅμως, αὐτὰς μὲν εἶναι θαλαττίους γυναῖκας, Ὀνοσκελέας προσαγορευομένας, τροφὴν δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους. ἐπειδὰν γάρ, ἔφη, μεθύσωμεν αὐτοὺς, συνευνηθεῖσαι, κοιμωμένοις ἐπιχειροῦμεν. ἀκούσας δὲ ταῦτα, ἐκείνην μὲν κατέλιπον αὐτοῦ δεδεμένην, αὐτὸς δὲ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ στέγος, ἑδόων τε, καὶ τοὺς ἑταίρους συνεκάλεσα. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, τὰ πάντα ἐμήνυον αὐτοῖς, καὶ τά τε ὀστᾶ ἐδείκνυον, καὶ ἦγον εἴσω πρὸς τὴν δεδεμένην· ἡ δὲ αὐτίκα ὕδωρ ἐγένετο, καὶ ἀφανὴς ἦν· ὅμως δὲ τὸ ξίφος εἰς τὸ ὕδωρ καθῆκα πειρώμενος. τὰ δὲ αἷμα ἐγένετο.

Ταχέως δὴ ἐπὶ ναῦν καταθέοντες, ἀπεπλεύσαμεν· καὶ ἐπεὶ ἡμέρα ὑπηύγαζε, τήν τε ἤπειρον ἀποβλεπόμενοι, εἰκάζομεν εἶναι τὴν ἀντιπέραν τῇ ὑφ' ἡμῶν οἰκουμένῃ κειμένην· προσκυνήσαντες δὲ καὶ προσευξάμενοι, περὶ τῶν μελλόντων ἐσκοποῦμεν, καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει ἐπιβᾶσι μόνον, αὖθις ὀπίσω ἀναχωρεῖν. τοῖς δὲ, τὸ μὲν πλοῖον αὐτοῦ καταλιπεῖν· ἀνελθόντας δὲ εἰς τὴν Μεσόγαιαν πειραθῆναι τῶν ἐνοικούντων. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλογιζόμεθα, χειμὼν σφοδρὸς ἐπιπεσὼν, καὶ [a] προσαράξας τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ, διέλυσεν· ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξενηξάμεθα τὰ ὅπλα ἕκαστος, καί εἴ τι ἄλλο οἷός τε ἦν ἁρπασάμενοι. Ταῦτα μὲν τὰ μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς συνενεχθέντα μοι ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ περὶ τὴν πλοῦν ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἐν τῷ ἀέρι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ κήτει, καὶ ἐπεὶ ἐξήλθομεν, καί τε τοῖς ἥρωσι, καὶ τοῖς ὀνείροις,

stricto enſe illam comprehendo; vinctamque de rebus omnibus interrogavi. Illa invita quidem, ſed dicit tamen, ſe marinas eſſe mulieres, Onoſceleas (*Aſinicruras*) vocari: cibum ſibi parare ex advenientibus hoſpitibus: *inebriatos enim*, inquit, *ſopitosque in lectum adſcitae invadimus.* His auditis, illam quidem vinctam ibi relinquo: conſcenſo autem tecto, clamore convoco ſocios: congregatis indico omnia, oſſa oſtendo, intra eos deduco ad vinctam. At illa ſtatim in aquam diffluens, conſpectum noſtrum effugit. Tamen experimenti cauſſa in ipſam aquam demitto gladium: hic aqua in ſanguinem abiit.

47. Celeriter itaque ad navem digreſſi ſolvimus. Cum illuceſceret, continentem conſpicimus, quam conjicimus eam eſſe, quae ex adverſum noſtro orbi trans *Oceanum*, jacet. Adoratione hic votisque peractis, quid deinde facto opus eſſet, deliberamus. Atque aliis videbatur, poſt brevem deſcenſum, iterum nos retro redire; aliis autem, relicta ibi nave pergere verſus mediterranea, atque tentare inhabitantes. Dum iſta diſputamus, tempeſtas valida ingruens, & litori allidens navigium, illud diſſolvit. Nos vix, arma quisque ſua, & ſi quid forte aliud quis poſſet, eripientes, enatamus. Haec ſunt, quae usque ad *adventum in* alteram illam tellurem contigere mihi in mari, & per navigationem, in inſulis, & in aëre, & poſt haec in ceto, & cum inde exiiſſemus, tum apud Heroas, tum inter Somnia, itemque extre-

a Προσαράξας] Προσαρράξας Edd. Sed conf. I. *Ver. Hiſt.* c. 30. f.

16. Ταῦτα μὲν ἐν μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς] Καὶ τὸ τέλος ψευδίσατον, μετὰ τὰ ἀνυπόστατα ἐπαγγελίας. *V.*

88. Ὀνοσκελίας] De hac copioſe Cœlius. Tangit vir Clar. *Gilbert. Gaulminus* ad Pſellum. Interp. *Ariſtoph.* ad Ranas. *J. B.*

. Καὶ αὐτὸν] Καὶ abeſſe etiam a *Fl.* notat *Solanus* in marg. *J.* Si eo charactere Flor. Edit. ut ſolet, deſignat, errat; nam comparet in ea. Igitur Codicem Flor.

trema illa apud Bucephalos & Onoſceleas: quae vero in *illa altera* tellure *geſta ſint*, ea proximis libris perſequar.

τὰ τελευταῖα, ὡς τοῖς Βουκεφάλοις, καὶ ταῖς Ὀνοσκελέαις· τὰ δ' ὑπὸ τῆς γῆς, ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις διηγήσομαι.

TYRANNICIDA. ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ.

ARGUMENTUM.

Aſcendit aliquis in arcem, tyrannum interfecturus. Et ipſum quidem non invenit. Sed in filii ipſius a ſe occiſi corpore reliquit gladium. Superveniens tyrannus, conſpecto filio jam mortuo, eodem ſe gladio ipſe interemit. Petit ille, qui aſcenderat & filium tyranni interfecerat, praemium, ut tyrannicida.

Ἀνῆλθέ τις εἰς τὴν ἀκρόπολιν, [a] ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον· [b] καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε. τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας, κατέλιπε τὸ ξίφος ἐν τῷ σώματι. ἐλθὼν ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν [c] ἰδὼν ἤδη νεκρὸν, τῷ αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκλεινεν. αἰτεῖ ὁ ἀνελθών, καὶ τὸν τοῦ τυράννου υἱὸν ἀνελών, γέρας, ὡς τυραννοκτόνος.

QUi duos eodem die tyrannos interfeci, judices, alterum vigoris annos jam egreſſum, florentem alterum aetate, & ad injuriarum ſucceſſionem paratiorem, venio, unum tamen duorum cauſſa petiturus praemium: unus *ego* omnium, qui unquam fuere tyrannicidarum, ictu uno malos amolitus duo, qui interfecerim gladio filium, patrem naturali erga filium pietate. Ac tyrannus quidem dignas factis ſuis poenas nobis dedit, qui vivus adhuc, circa *ſuae vitae* finem, filium ſuum ante ſe interemtum viderit, tandemque, quod maxime admirabile eſt, ſuus ipſe fieri tyrannicida coactus ſit: filius autem illius mea quidem manu periit, ſed mortuus tamen alterius mihi caedis fuit miniſter: qui vi-

Δύο τυράννους ἀποκτείνας, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μιᾶς ἡμέρας, τὸν μὲν ἤδη παρηκμακότα, τὸν δὲ ἀκμάζοντα, καὶ πρὸς ἀδοχὴν τῶν ἀδικημάτων ἑτοιμότερον, ἥκω μίαν ὅμως ἐφ' ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεὰν, μόνος τῶν πώποτε τυραννοκτόνων πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος, καὶ φονεύσας τὸν μὲν παῖδα τῷ ξίφει, τὸν πατέρα δὲ, τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ. ὁ μὲν οὖν τύραννος, ἀνθ' ὧν ἐποίησεν, ἱκανὴν ἡμῖν δέδωκε τιμωρίαν, ζῶν μὲν, τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προαναιρημένον αὐτῷ τε τελευτῶν, τελευταῖον δὲ ἀναγκασμένος τὸ παραδοξότατον αὐτὸς αὑτῷ γενέσθαι τυραννοκτόνος. ὁ παῖς δὲ ὁ ἐκείνου τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φό-

a Ὡς] Deeſt in *Fl.* b. Καὶ] Deeſt in C. c Ἰδὼν] Εἰρὼν C. Nihil mutant *J. Fl. H. P.*

Ἀνῆλθέ τις &c.] Argumentum hujus controverſiae in *Collectaneis Galeanis* integrum legitur. *M. du S.*

Flor. intellexerit oportet. *J. F. R.*

7. Ἀποκτενῶν] Ut Galli *depecher* pro occidere, & nos *affichoper*. Sic & *Herodian.* VII. 1. 7: ἐθέλοις ἂν τοὺς τε φίλους πάντας — ἀποκτεῖναι. Ac perſaepe alibi, quod tamen plenius effert L. 2. 10. 7. τιμῶντον ἄνδρα φόνῳ ἀποσκεδάσαιλο. *J. F. R.*

φόνον, [a] ζῶν ἔτι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μὴ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο.

Τὴν μὲν ἐν τυραννίδα ὁ παύσας εἰμὶ ἐγὼ, καὶ τὸ ξίφος, ὃ πάντα εἴργασται, ἐμόν· τὴν δὲ τάξιν ἐναλλαξα τῶν φόνων, καὶ τὸν τρόπον ἐκαινοτόμησα τὸν τῶν πατρῶν τελευτῆς· τὸν μὲν ἰσχυρότερον, καὶ ἀμύνασθαι δυνάμενον, αὐτὸς ἀνελών· τὸν γέροντα δὲ, μόνῳ τῷδε χωρήσας τῷ ξίφει.

Ἐγὼ μὲν ἦν τι φαυλότερόν τι ὂν τούτοις ὤμην γενήσεσθαί μοι παρ' ὑμῶν, καὶ δωρεὰς λήψεσθαι ἰσαρίθμους τοῖς ἀπηλλαγμένοις, ὡς ἂν οὐ τοὺς παρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μελόντων κακῶν ἐλπίδος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρεσχών, ἐρήμου παντελῶς κληρονόμου τῶν ἀδικημάτων· μέλαξυ δὲ κινδυνεύω, τοσαῦτα κατορθώσας, ἀγέρας ἀπελθεῖν παρ' ὑμῶν, καὶ μόνος τέρεα τῶν νόμων ἀμοιβῆς, εἰς διεφύλαξα. ὁ μὲν ἐν ἀντιλέγων αὐτοσὶ, δοκεῖ μοι οὐ κηδόμενος, ὡς φησι, τῶν κοινῶν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ὅτι τοῖς τελευτηκόσι λελυπημένος, καὶ ἀμυνόμενος τὸν ἐκείνους τῷ θανάτῳ αἴτιον γεγενημένον.

Ὑμεῖς δὲ ἀνάσχεσθέ μου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς ὀλίγον τὰ ἐν τῇ τυραννίδι, καὶ-

vus quidem injuriarum patris socius, post mortem autem suam parentis interfector, quatenus licuit, fuerit.

2. Tyrannidi ergo finem imposui ego, gladius perfector omnium meus est. Ordinem vero caedium immutavi, rationem interitus impiorum excogitavi novam: robustiorem, qui propugnare poterat, ipse confeci; senem soli delegavi gladio.

3. Ergo pro hisce *factis* etiam cumulatius quiddam a vobis mihi datum iri putabam, ac totidem me praemia acceptarum, quot interfecti essent, quippe qui non praesentibus modo vos liberaverim, sed imminentium etiam spe malorum, libertatemque firmam praestiterim, nullo relicto injuriarum herede. Interim in periculum venio, ne post rem praeclare adeo gestam discedam a vobis sine praemio, solusque legum, quas *ab oppressione* servavi, compensatione caream. Ac videtur meus iste adversarius non publicae rei cura, ut videri vult, hoc facere, sed quod dolet interfectis, & ulcisci cupit eum, qui causa illis mortis fuit.

4. Vos autem, judices, ferte me quaeso paullulum, dum vobis, accurate licet scien-

a Ζῶν ἔτι] Ζῶντι Edd. omnes. nec ex Codd. quidquam variationis notatum invenio. *Vossius.* ζῶν conjecerat.

17. Ζῶν τι] In libello Tyrannicida inscripto, ait Auctor c. 1. Ὁ παῖς δὲ ἐκείνου (τυράννου) τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ἀκριτος δὲ μοι ἐς ἀνθρωπον πρὸς ἄλλο φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μὴ θανάτου δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο. Rotundiori & efficaciori sensu videtur mihi Lucianus scripsisse ζῶν. Scilicet is, qui tyrannum ipsum occidere voluerat, arce conscensa, invento tyranni filio trucidato, & relicto gladio, effugit: pater trucidatum filium reperiens, & ipse eidem illi gladio incubuit. *Filius itaque tyranni*, inquit, *mea quidem manu cecidit, at jam mortuus mihi ad aliam caedem ministerium praestitit; vivus quidem una cum patre injurius & iniquus, mortuus vero, patre, qua potuit, truculata.* Filium namque quasi causam paternae caedis agnoscit, quum pater prae φιλοπατρίᾳ sibi ipse violentas manus intulerit. Longe perfectior est antithesis: *Vivens una cum patre injurius exstitit, mortuus parricidium commisit*; ut pateat, tyranni filium & vivum & mortuum fuisse sceleratissimum; atque adeo pulcherrimum esse facinus, tantum scelus de medio sustulisse. *J. J.*

Ζῶν ἔτι] In omnibus scriptum invenio ζῶντι, quod cum palam sententiae adversetur, exulare jussimus. Emendationem nostram firmabunt loca seqq. μὴ ἀξιώσωσιν ἀπαγορεῦσαι ζῶντας ἔτι τὸ ἀφελεῖσθαι τὸ ἀλιτεῖν, Γυμν. c. 38. Et in Εὐχ. c. 40. ἐρᾷς οὖν μὲ ζῶν ἔτι ἴδῃς πράγματα διδόντα καὶ φροντίζοντα καίπονον. Et Ἰκ. β. c. 10. τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱερεῖ χαρίζεσθαι δυνήσονται. Vide Il. Σ. 10. *M. du S.*

Ζῶν τι] Videtur omnino legendum ζῶν. *J. M. G.*

Ζῶν ἔτι] Veteres conjecturae *Solomi* ita se mihi probavit, ut fidem librorum in re tam aperta & mutatio-

ſcientibus, ea quae ſunt in tyrannide enarro: ſic enim & magnitudinem beneficii mei cognoſcetis, & ipſi magis gaudebitis, cogitantes quibus *malis* liberati ſitis. Neque enim, ut aliis ſaepe contigit, ſimplicem nos quóque tyrannidem, & ſervitutem unam ſuſtinuimus, nec unius cupiditatem domini toleravimus, ſed ſoli omnium, qui unquam in ſimili calamitate vixere, duos pro uno habuimus tyrannos, inter duplices miſeri injurias diſtracti fuimus. Moderatior autem multo erat ſenex, placidiorque ad iras, & ad ſupplicia hebetior, tardiorque ad cupiditates, cum vehementiores impetus cohiberet aetas, & voluptatum appetitiones frenaret. Quin ad initia injuriarum a filio praeter voluntatem dicebatur impulſus, qui non tyrannico ipſe ingenio eſſet, ſed illi concederet, vir ſupra modum amans liberorum, quod *ſuo exitu* comprobavit. Omnia ipſi filius, illi obſequi; quidquid ille imperaret, injuſte agere; quos juberet ille, ſupplicio afficere; omnia illi miniſtrare. Tandem ſub illius erat tyrannide, ſatelles erat cupiditatum filii.

5. At juvenis aetatis reſpectu honore iſti

τῶν εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς διηγημένα· ἡ γὰρ τὸ μέγεθος οὕτω μάθοιτ' ἂν τ εὐεργεσίας τ ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον εὐφρανεῖσθε, λογιζόμενοι ὧν ἀπηλλάγητε. ἐ γὰρ ὥσπερ ἄλλοις τισὶν ἤδη συνέβη πολλάκις, ἁπλῆν καὶ ἡμεῖς τυραννίδα, καὶ μίαν δουλείαν ὑπεμείναμεν, οὐδ' ἑνὸς ὑπηνέγκαμεν ἐπιθυμίαν δεσπότου, ἀλλὰ μόνοι τ πώποτε τὰ ὅμοια δυστυχησάντων, δύο ἀνθ' ἑνὸς τυράννους εἴχομεν, καὶ πρὸς διττὰ οἱ δυστυχεῖς ἀδικήματα διηρέμεθα. μετριώτερος δὲ ὁ πρεσβύτης ἦν ὀργὴν πολὺ, καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ἠπιώτερος, καὶ πρὸς τὰς κολάσεις ἀμβλύτερος, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας βραδύτερος, ὡς ἂν ἤδη τ ἡλικίας τὸ μὴ σφοδρότερον τ ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τ ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης· καὶ πρός γε τ ἀρχὴν τ ἀδικημάτων ἐπὸ τῦ παιδὸς ἄκων προσῆχθαι ἐλέγετο, ἐ πάνυ τυραννικὸς αὐτὸς ὤν, ἀλλ' εἶχεν ἐκείνῳ· φιλότεκνος γὰρ ἐς ὑπερβολὴν ἐγένετο, ὡς ἔδειξε, καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο, καὶ ἡδίκει ὅσα [b] κελεύοι, καὶ ἐκόλαζεν οὓς προστάττοι, καὶ πάντα ὑπηρέτει, καὶ ὅλως ἐτυραννεῖτο ὑπ' αὐτῦ, καὶ δορυφόρος τ τῦ παιδὸς ἐπιθυμιῶν ἦν.

Ὁ νεανίας δὲ, τ μὲν τιμῆς παρεχώρει καθ'

[b] Κελεύοι] Sic recte *Ba.* & *S.* Κελεύει male *J. Pt. Ald. H.* & *F.*

tione adeo exigua exſpectare nihil opus duxerim, & quum verſio ac nota Cl. *Geſneri* quoque ſic jubeat, tanto magis utrique obtemperavi. Poteſt quidem ad priorum editionum lectionem verſio ita detorqueri, ut aliquis ineſſe ſenſus adpareat, ſed is adeo friget prae reſtituta lectione, ut fruſtra illam defendere quaeras. Jam enim vera patet oppoſitio, quid *vivus filius* praeſtiterit, quid *mortuus*. in eo enim vis argumenti verſatur, neque quid *vivus pater* ab eo paſſus fuerit, hic narratur. *J. F. R.*

30. Ἐλπίδος] *Spes* pro *metu* ſi abſolute non dicitur, (ut nonnulli negant) inter quos *Voſſius* Inſt. Or. IV. 2a. 3. tamen pro exſpectatione tam adverſarum, quam bonarum rerum Graecis aeque ac Latinis dici, peritis ſatis notum; ſic mox c. 11. f. τὴν ἐλπὶς τῦ φόβου, ubi plura ſimil. dabimus. Et c. 18. μειλάττων ἐλπίδας χρόνου, quod *Eraſmus* vertit: *quique in poſterum imminebant metus*; *Jenſius*: *futur. temper. horrores*: ſed quia ἐλπὶς φόβῳ additur, dices diſtingui a *metu* ſpem malam: recte; at non alio gradu, quam temporis; φόβος enim *timor* ſ. *terror* eſt ob mala praeſentia, ἐλπὶς κακῶν *metus futurorum*, ſ. *exſpectatio malorum*, quod eodem redit. *Herodian.* L. 2. 1. 16. Πάλαι μὲ τόδε τὸ τέλος τῦ βίου εἶχον δ' ἐλπίδος. *Hunc exitum vitae* (i. e. necem a percuſſoribus immiſſis) *diu ſperabam*, i. e. metuebam. Scio *ſpem* ac *metum* eſſe oppoſita; ideoque non idem valere. Sed ſi addas *futurorum*, dicasque *metum futurorum*, recte dixeris; & hinc ſaepe ἐλπίζειν alii ἁπλῶς *metuere* verterunt, ut in *Herodiano* ſaepiſſime, nec male, quia ex ſequentibus ſatis patet, ad futura illum metum referri. Sed ſatis hoc egi in libro *de Ambiguis*. p. 565. Et jam nimius fui in vulgaribus. *J. F. R.*

64. Κελεύοι] Ita *Ba.* & *S.* Reliqui κελεύει. *M. du S.*

76. Τὸ-

καθ' ἡλικίαν ἐκείνῳ, καὶ μόνῳ ἐξίστατο τῆς ἀρχῆς ὀνόματος· τὸ δ' ἔργον καὶ τυραννίδος καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ἦν. καὶ τὸ μὲν ἀσφαλὲς, ἀπ' αὐτῆς παρεῖχε τῇ δυναστείᾳ· τὸ δ' ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρπῶτο τῶν ἀδικημάτων. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τῷ φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν ἐκεῖνος, ὁ τοὺς ἐφήβους ἀναστῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις· ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο, καὶ εἴ τινες σφαγαὶ, καὶ εἴ τινες φυγαὶ, καὶ χρημάτων ἁφαιρέσεις, καὶ βάσανοι, καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικά. ὁ γέρων δ' ἐκεῖνος ἠκολούθει, καὶ συνηδίκει, καὶ ἐπήνει μόνον τὰ τοῦ παιδὸς ἀδικήματα, καὶ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἀφόρητον κατεστήκει. Ὅταν γὰρ αἱ τοῦ γνώμης ἐπιθυμίαι τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν προσλάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημάτων.

Μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἐλύπει, τὸ εἰδέναι μακρὰν, μᾶλλον δὲ ἀίδιον τὴν δουλείαν ἐσομένην, καὶ ἐκ διαδοχῆς παραδοθησομένην τὴν πόλιν, ἄλλοτε ἄλλῳ δεσπότῃ, καὶ πονηρῷ, κληρονόμημα γεννησόμενον τῷ δήμῳ, ὡς τοῖς γε ἄλλοις ἡ μικρά τις ἐλπὶς αὕτη, τὸ λογίζεσθαι, καὶ πρὸς αὐτοὺς λέγειν, ἀλλ' ἤδη παύσεται, ἀλλ' ἤδη τεθνήξεται, καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεύθεροι γεννησόμεθα. ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο, ἀλλ' ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. τοιγαροῦν οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γεννικῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ προαιρούμενων, ἀλλ' ἀπέγνωστο

cessit, soloque imperii nomine abstinuit: res quidem ipsa tyrannidis & caput ipse fuit: ut fida esset & secura potentia a se praestitit. Fructum autem injuriarum solus ille percepit. Ille erat, qui satellites contineret, qui firmaret praesidia, qui subjectos tyrannidi excideret, qui insidiantes terreret, qui spadones faceret adolescentulos, qui contumelia nuptias afficeret: ad hunc deducebantur virgines: & si quae caedes, si qua exilia, & bonorum ereptiones, & tormenta, & contumeliae, omnia haec ausa erant juvenilia. Senex autem ille obsequi, injuriae socius esse, laudare solum filii sui injusta facinora. Intolerabilem nobis hanc rem esse *inter omnes* constabat. Cum enim cupiditates animi ab imperio nanciscuntur insuper potentiam, modum nullum injuriarum faciunt.

6. Maxime vero illud nos angebat, quod sciremus, longam, potius vero aeternam, futuram servitutem, & successione quadam traditum iri urbem; alii post alium domino, eique malefico, obventurum hereditate populum. Itaque caeteris quidem non parva illa spes, cum sic ducunt rationem, & apud animum suum dicunt: *Verumtamen jam desinet, verumtamen jam mortuus erit, & paullo post liberi nos erimus.* In illis vero tale nihil quidquam sperabatur, sed paratum jam videbamus imperii successorem. Igitur nec manum admovere operi quisquam ausus est generosorum *alioquin hominum*, qui eadem quae ego cogitabant: sed

76. Τοὺς τυραννουμένους] *Tyrannide vexatos.* F.G. Τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων] Male interpres: *qui tyrannidem adfectantes e medio tollebat.* τοὺς τυραννουμένους, hoc est, *tyrannide vexatos.* AE.M. Τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων] Sic cum *J.* habere *Fl. H.* & *S.* notarat *M. du S.* Forte igitur aliam quaesivit lectionem: nam *Erasmus* verterat: *tyrannidem adfectantes*, quod non video, qui cum Graeco verbo congruat; quia τυραννοῦμαι passive solet accipi, ut paullo ante, ἐτυραννεῖτο. Ut ap. *Dion. Hal.* IX. p. m. 601. 37. βασιλευομένης τε & τυραννουμένης τῆς πόλεως. Iterum XI. p. 721. 23. & alibi. *Herodian.* I. 16. 1. & sic passim ap. alios. Sed media forma accepit *Erasm.* Concederem, si a τυραννάω formatum esset, quod *tyrannidem adfecto* signif. Sed quid si pro ἐκκόπτων legamus ἐγκόπτων, ut significetur, filius subditos arcebat, *impediebat eorum consilia*, & sic melior erit gradatio. Verba proxime sequentia, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν *Erasmus* etiam infeliciter reddiderat: *qui insidias formidabat.* Sed plura ejusmodi juvenilis versionis τεκμήρια insunt huic dissertationi, quam ut ubique ea indicare opus sit. *J.F.R.*

77. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀναστῶν] Vix dubium est, quin illud genus injuriae notetur, quo adolescentuli vel ca-

ſed ſpes omnis libertatis abjecta, invicta videbatur tyrannis, cum adverſus ita multos conandum eſſet.

7. Me vero iſta non terruerunt, neque difficultate operis perpenſa conatum abjeci, neque ad periculi conſpectum metu reſilii: ſed ſolus, ſolus *inquam* ad validam adeo & multiplicem tyrannidem; quin non ſolus, ſed gladio meo comitatus eſcendi, qui auxilio mihi fuit, & pro ſua parte tyrannum una interfecit, mortem prae oculis cum haberem, caedę tamen mea communem libertatem redemturus. Cum autem in primum praeſidium incidiſſem, nec ſine difficultate in fugam vertiſſem ſatellites, interfecto ſi quis occurreret, & quidquid obſtaret trucidato, ad ipſum caput operum ivi, ad ſolum robur tyrannidis, ad calamitatum noſtrarum argumentum. Imminens igitur huic arcis ipſius praeſidio, videns illum fortiter pro ſe propugnantem & reſiſtentem, multis vulneribus, interfeci tamen.

8. Atque ipſa quidem tyrannis jam deſtructa erat, finem *ſuum* habuit meus mihi conatus. Ab eo inde tempore omnes *eramus* liberi, ſupererat ſenex ſolus, inermis, amiſſis cuſtodibus, amiſſo magno illo ſuo ſatellite, deſertus, forti manu jam non amplius dignus. Hic igitur talia, judices, apud me agitabam. Bene jam habent mihi omnia: perfecta ſunt omnia: feliciter, ut oportebat, omnia acta ſunt. Quemadmo-

πάντάπασιν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς ἐδόκει, πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς ἐπιχειρήσεως.

5. Ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ταῦτ' ἐφόβησεν, οὐδὲ τὸ δυχερὲς τῆς πράξεως λογισάμενος ἀπώκνησα, οὐδὲ πρὸς τὸ κίνδυνον ἀπεδειλίασα. μόνος δὲ μόνος πρὸς ἕτους ἰσχυρὰν καὶ πολλὴν τὴν τυραννίδα· μᾶλλον δὲ οὐδὲ μόνος, ἀλλὰ μὴ τῶ ξίφους ἀνῆκεν τῶ συμμεμαχημένῳ, καὶ τὸ μέρος συντέλυραννοκτονηκότος, πρὸ ὀφθαλμῶν μοι, τέλει τελευτέλῳ ἔχων, ἀλλαξόμενος δὲ ὅμως τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς. ἐντυχὼν δὲ τῇ πρώτῃ φρουρᾷ, καὶ τρεψάμενος οὐ ῥαδίως τοὺς δορυφόρους, καὶ τὴν ἐντυγχάνοντα κτείνων, καὶ τὸ ἀνθιστάμενον πᾶν διαφθείρων, ὅτι τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἔργων ἐμὸν, ὅτι τὴν μόνην τῆς τυραννίδος ἰσχὺν, ὅτι τὴν τοῦ παθέσεως τῆς ἡμετέρων συμφορῶν. καὶ ἐπιστὰς τῷ τῆς ἀκροπόλεως φρουρίῳ, καὶ ἰδὼν γενικῶς ἀμυνόμενον καὶ ἀνθιστάμενον, πολλοῖς τραύμασιν, ὅμως ἀπέκτεινα.

Καὶ ἡ μὲν τυραννὶς ἤδη καθήρητο, καὶ τέρας εἶχέ μοι τὸ τόλμημα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, πάντες μὲν ἐλεύθεροι, ἐλείπετο δ' ὁ γέρων ἔτι μόνος, ἄοπλος, ἀποβεβλημένος τοὺς φύλακας, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν ἐκεῖνον αὐτῶ δορυφόρον, ἔρημος, οὐδὲ γενναίας ἔτι χειρὸς ἄξιος. ἐνταῦθα τοίνυν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὰ τοιαῦτα ἐλογισάμην, πάντ' ἔχει μοι καλῶς, πάντα πέπραχται, πάντα κατόρθωται, τίνα

---

a Σφαγῆς τ' ἰμῆς] Sic *J. Fl. H. P.* &c. Σφαγαῖς ταῖς ἰμαῖς. *Mare.*

caſtrantur plane, vel nervis certe *convulſis* aut contritis ad generandum redduntur inhabiles: tyrannorum opus quod ab Orientis regibus didicere. Huic rei aptum eſſe verbum ἀναστρέφειν, faciunt *ſpadones*. Vid. viri docti ad l. 128. de V. S. Sed eſt etiam apud τοὺς ὁ Levit. XXII, 24. ἀπεστραμμένον, reſpondens τῷ כרות, atque τῷ θλαδίᾳ, & ἐκτεθλιμμένῳ & ἐκτομίᾳ junctum. Habet ἀποστράδιας *Suidas*, τοὺς ἀποστραδιάτας, quibus jungit ἀποστράδιλας τοὺς ἀπηκοντίτας. Quae cum ita ſint, legendum puto ὁ τοὺς ἰφίκους ἀποστρῶν & vertendum, ut poſui, utque *Eraſmus* jam poſuerat, a quo diſceſſum non oportuit. Quod ſi ἀναστρέφειν eodem modo accipi poſſe doceat aliquis, mutatione plane opus non fuerit. Neque tamen, ſi cui iſta diſpliceant, vehementer repugnaverim, ſi ἀναστρέφειν retinere velit, & interpretari *contrahere*, *ſibi adjungere*, *quaſi ſurſum*, *in arcem ſuam*, *trahere*. *J. M. G.*

14. Τῆς ἰμῆς] Ταῖς ἰμαῖς. *Th. M.*

ἀν ὁ λοιπὸς κολασθείη τρόπον; ἐμοῦ μὲν γὰρ ἀνάξιός ἐστι, καὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ λαμπρῷ, καὶ νεανικῷ, καὶ γενναίῳ ἀνηρημένου, καλαιροῦντος καὶ κείνην τὴν σφαγήν. ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι δήμιον, ἀλλὰ μὴ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτῷ κερδαίνειν ἰδέτω, κολασθήτω, καὶ δεχείμωνον ἐχέτω τὸ ξίφος. τοῦτο τὰ λοιπὰ ἐντέλλομαι· ταῦτα βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἐκποδὼν ἀπηλλαττόμην, ὁ δὲ, ὅσα ἐγὼ προμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τοῖς ἐμοῖς δράμασι.

Πάρειμι οὖν κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν, καὶ θαρρεῖν ἤδη προκηρύττων ἅπασι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν εὐαγγελιζόμενος. ἤδη οὖν ἀπολαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. κενὴ μὲν ὡς ὁρᾶτε πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις, ἀρὰ δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ τιμᾶν ἔξεστι, καὶ δικάζειν, καὶ ἀντιλέγειν κατὰ τοὺς νόμους· καὶ πάντα ταῦτα γεγένηται δι' ἐμὲ ὑμῖν; καὶ ἀφ' ἑνὸς τολμήματος ἐμοῦ· καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐκείνου φόνου, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι ζῆν πατρὶ ἐδύνατο. ἀξιῶ δ' οὖν ὑπὲρ τούτων, τὴν ὀφειλομένην δοθῆναί μοι παρ' ὑμῶν δωρεὰν, οὐ φιλοκερδὴς, οὐδὲ μικρολόγος τις ὢν, οὐδ' ὅτι μισθῷ τὴν πατρίδα εὐεργετεῖν προῃρημένος, ἀλλὰ βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ καλορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ ἀφαιρεθῆναι, μηδ' ἄδοξον γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν τὴν ἐμὴν, ὡς ἀτελῆ καὶ ἔργως ἀναξίαν κεκριμένην.

Οὗτοι δὲ ἀντιλέγει, καὶ φησὶν, οὐκ εὔλογον ποιεῖν με τιμᾶσθαι θέλοντα, καὶ δωρεὰν

dum vindicabitur ille relictus? Me quidem, & hac dextra indignus est, maxime si post facinus ita clarum, & juvenile, & generosum interficiatur, & illam quoque caedem dehonestet. Quaerendus autem est dignus illo carnifex: neque post calamitatem aequum est, eam istum lucrifacere. Videat: puniatur: adjacentem habeat gladium: huic mando reliqua. Hoc capto consilio, ipse e vestigio discessi. At ille, quod divinaveram, perfecit, occidit tyrannum, finem meae actioni imposuit.

9. Adsum igitur, portans vobis populi imperium, & bono animo esse jubens universos, & laetum de libertate nuntium adferens. Jam ergo fructum percipitis meorum operum: vacua, ut videtis, malis arx est: imperat nemo; sed honore afficere licet, & in jus ire, & contra dicere secundum leges. Atque haec omnia mea vobis opera contigerunt, perque meam audaciam, & ex una illa caede, post quam vivere pater non amplius potuit. Peto igitur pro his debitum dari mihi a vobis praemium, non lucri cupidus aut sordidus, qui mercede inductus bene de patria mereri voluerim; sed quod firmari mihi volo praemio isto rem bene gestam, nec detrahi de illa, aut ingloriam reddi susceptam a me actionem, velut imperfectam indignamque judicatam praemio.

10. At iste contradicit, & praeter rationem facere me ait, qui honorari postulem, &

43. Ὁ δὲ] Tyrannicida gloriabundus commemorans, tyranni filium, juvenem, robustum, pessimum patriae immanitatis sectatorem, a se occisum esse; idque gloriosius sibi multo esse, quam si tyrannum ipsum, superstite adhuc filio, occidisset; ait se noluisse patrem tyrannum sua manu interimere; neque enim ulli futurum sibi fuisse gloriae, post tam nobile facinus, ignobiliori caede praecedens decus commiquere; propterea se reliquisse gladium, quo pater posset, si vellet, uti: atque adeo gladium sibi fuisse ministrum. ὁ δὲ, inquit porro, ὅσα ἐγὼ προμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τοῖς ἐμοῖς δράμασι. Pro ὁ δὲ, legendum necessario vel τὸ δὲ, vel, ut potius nihil mutetur, ὁ δὲ intelligitur ξίφος, quod tyrannicida reliquerat occiso tyranni filio; & cui (ξίφει) quasi imperaverat, ut prose reliquum opus efficeret, ipsum nempe tyrannum confoderet. Propterea deinceps c. 19. alloquens suum gladium, ait, ὦ ξίφος, καινὸν, καὶ ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἐμοῦ καλορθωμάτων. J. H.

Ὁ δὲ] Nihil muto. De gladio tam forti, quam vir esset, loquitur. M. du S.

O

lum Aeſculapium accidente. Vocabantur oracula iſta vocalia, nec reddebantur omnibus, neque pro lubitu, ſed veſtitis magnifice, & locupletibus, & magna munera offerentibus.

ὀθονίῳ ἐκείνῳ Ἀσκληπιῷ προσπιπτούσης. ἐκαλεῖτο δὲ οἱ χρησμοὶ οὗτοι αὐτόφωνοι, καὶ οὐ πᾶσιν ἐδίδοντο, οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς εὐπαρύφοις, καὶ πλουσίοις, καὶ μεγαλοδώροις.

27. Itaque illud Severiano datum, de ſuo in Armeniam introitu, e vocalium numero ipſum quoque fuit. Adhortans illum ad impreſſionem *faciendam*, ſic dixerat:

Parthosque Armeniosque haſta domiture furenti,
Urbem ad Romanam Tiberisque fluenta redibis,
Permixta radiis lauro tua tempora vinctus.

Ὁ γοῦν [d] Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου, τοῦ αὐτοφώνων καὶ αὐτὸς ἦν. προτρέπων γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὴν εἰσβολήν, ἔφη·

Πάρθους Ἀρμενίους τε θοῷ ὑπὸ δουρὶ δαμάσας,
Νοστήσεις Ῥώμην, καὶ Θύμβριδος ἀγλαὸν ὕδωρ,
Στέμμα φέρων προτάφοισι μεμιγμένον ἀκτίνεσσιν.

Deinde cum perſuadere ſibi paſſus ſtolidus ille Gallus, irruptionem feciſſet, ſed male

Εἶτ' ἐπειδὴ πειθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς, εἰσέβαλε, καὶ ἀπήλλαξεν, αὐτῇ γρα-

[d] Σευηριανῷ] Sic jam Edd. *J. Alld. H. P. S.* &c. Cum ante in *Quom. Hiſt.* c. 21. Σεβηριανῷ vel Σεβηριανῷ haberent.

δου] Num de *Severiano* intelligendum illo, qui ab Hadriano nonagenarius cæſus fuit, de quo *Dio* in Hadriano? non puto. Nam ſub Trajano floruit, ante ejus impoſtoris tempora, & hic paulo poſt Gallus, Κελτὸς dicitur, & mortuus eſt, ut videtur, in ea expeditione, ut videtur innuere paucis lineis inferius; ἐπειδὴ πειθοῦς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς εἰσέβαλλε, καὶ ἀπήλλαξεν αὐτῇ στρατία ὑπὸ τῶ Ὀθρυάδου κακίαν. Nam hæ voces, ἀπήλλαξεν, κακίαν, non mihi videntur aliter poſſe intelligi, quam de ejus clade & morte; hanc autem expeditionem nullus, quod ſciam, antiquorum memoravit, niſi forte aliquid muſſitavit de ea *Capitolinus* in Vero, & *Dio* in Marco, qui, ut puto, de eo negotio pluribus tractaverat, quæ ſuppreſſit *Xiphilinus*, & de hac expeditione intelligenda ſunt hæc *Capitolini* verba de *Vero* Imperatore: *nam cum interfecto legato, caſis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus oriens vaſtaretur, ille in Apulia venabatur, & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat — duces autem confecerunt Parthicum bellum Statius Priſcus & Avidius Caſſius & Martius Verus* [per] *quadriennium. Ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vindicarent.* Tempus concordat, & Armenia vindicata, eam fuiſſe Romanis ablatam antea innuit. Ex hoc igitur Luciani loco illuſtratur *Capitolinus*, & nomen legati adjiciendum, qui fuit *Severianus Celta*, & nomen ducis Perſarum *Othryades*, quod tamen Græcum ſonat: & non dubito aliter apud Perſas expreſſum fuiſſe; ſed mos fuit Græcorum omnia barbara nomina ad ſuum ſonum accommodare. *J. P. a G.*

Ὁ γοῦν Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰς Ἀρμενίαν εἰσόδου] Hæc melius illuſtrantur ex tractatu, quomodo ſcribenda ſit hiſtoria, ubi memorantur *Severianus* & *Priſcus*. *M. V. la Croze.*

Ibid. Σευηριανῷ] Aliter ſcribitur hoc nomen in Συγγρ. c. 21. &c. Sed variationis ratio doctis ſatis nota. quia ſcilicet *v.* conſonantem litteram ignorant Græci, ſæpe per Y. exprimunt. Sæpius per B; eandem non raro etiam per diphtongum ου. Eundem autem virum eſſe, cujus nomen tam varie ſcribitur, res ipſa clamat. Vide tamen, quæ hac de re vir eruditiſſimus *Palmerius* affert. Sed in ea nota nolim a tanto viro maculam inuſtam *Xiphilino*, quaſi quæ apud *Dionem* legerat, data opera ſuppreſſiſſet: ſic enim ipſe ſui vindex *Xiphilinus* in Antonino Pio, ὃ σαφέστατα δὲ ὑδὶ τῶ μὲν Ἀντωνίου ἄρξαντος Μάρκου Βήρου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων ὅσα περὶ τὸν Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱὸν, ὃν ὁ Μάρκος γαμβρὸν ἐποιήσατο, ἔπραξεν ἔτος αὐτὸς, καὶ ὅσα ἔτος εἰς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τῶ πενθερῶ περιφθεὶς ἔδρασε. Quem locum eo libentius hic deſcriptum voluimus, ne ſocordiae noſtrae imputetur, ſi in multis, quae Luciani tempora ſpectant, & res in iis geſtas, obſcuri aliquid inveniatur. Noſtrum enim divinare non eſt, ubi ſilent hiſtoriae. Obſervandum autem hinc imprimis eſt, initio jam imperii *M. Aurelii* clarum fuiſſe Alexandrum, cujus oraculum tanta de re conſuleretur. Paulo poſt tamen innuere videtur, nondum tunc Romae inclaruiſſe oraculum c. 30. *M. du S.*

93. Ἀκτίνεσσιν] Conſulendi hac de re curioſi noſtrae aetatis nummorum ſcrutatores. Nec audiendi tamen qui aſſerunt divinitatis ſignum eſſe coronam radiatam. Id enim non ubique ſaltem obtinuiſſe, vel hic locus

[a] στρατιᾷ ἐπὶ τῷ Ὀθρυάδῃ καλαχοπείς, τοῦτον μὲν τὸν χρησμὸν ἐξαιρεῖ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων, ἐντίθησι δ' ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ·

Μὴ σύγ' ἐπ' Ἀρμενίους ἐλάαν στρατὸν, εὖ γὰρ ἄμεινον,
Μή σοι θηλυχίτωνός τις ἀνὴρ τόξῳ ἄπο λυγρὸν
Πότμον ὀπιπροΐεὶς, σαίσῃ βιότοιο φάος τε.

Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο σοφώτατον ἐπενόησε, τοὺς μὲν μελαχρονίους χρησμοὺς ὅτε θεραπείᾳ τῶν κακῶς προληθεσπισμένων, καὶ ἀποτελευγμένων. πολλάκις γὰρ τοῖς μὲν νοσοῦσι, πρὸ τοῦ τελευτῆς, ὑγίειαν ἐπηγγέλλετο, ἀποθανόντων δὲ, χρησμὸς ἄλλος ἕτοιμος ἦν παλινῳδῶν,

Μηκέτι δίζησθ' νόσοιο λυγρῆς ἐπαρωγήν·
Πότμος γὰρ προφανὴς, οὐδ' ἐκφυγέειν δυνατόν σοι.

Εἰδὼς δὲ τοὺς ἐν Κλάρῳ, καὶ Διδύμοις, καὶ [b] Μαλλῷ, καὶ αὐτοὺς εὐδοκιμοῦντας ὅτι τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ ταύτῃ, φίλους αὐτοὺς ἐποιεῖ-

ei (nam cum exercitu ſuo ab Othryade caeſus eſt) expeditio ceſſiſſet: hoc oraculum exemit e commentariis, poſuitque pro eo aliud:

Ducere in Armenios noli: nec enim bene cedet.
Ne tibi femineo vir amictu triſte per arcum
Immittens fatum perimat cum lumine vitam.

28. Nam illud quoque callidum fuit viri commentum, oracula poſt eventum facta, quibus emendarentur ea, quae male praedicta aberraverant. Saepe enim aegrotantibus ante mortem ſanitatem promiſerat: mortuis autem illis oraculum praeſto aliud fuit, quo prius retractaretur,

Auxilium triſti modo deſine quaerere morbo;
Nam fatum apparet, tibi nec vitare licebit.

29. Caeterum quod ſciret etiam Clarios, ac Didymaeos & Mallenſes celebrari ſimili vaticinandi arte, eos ſibi conciliavit, multis

[a] Στρατιᾷ] Ex correctione *Solani*. στρατιᾶ Edd. priores. [b] Μαλλῷ] Δίλῳ P. & marg. *AIW*. male.

ſolus evincet. *M. du S.*

96. Στρατιᾷ] Antea in omnibus legebatur στρατιᾶ corrupte, niſi quod *J.* στρατιᾷ habet. *M. du S.*

Ibid. Ὀθρυάδῃ] Idem eſt qui in Συγγρ. c. 18. 19. 21. & 31. Oſroës dicitur, quod a viro docto miror non eſſe animadverſum. Neque enim tantum virum morata eſſet nominum diverſitas, cum vel ii norint, qui hiſtorias Graecorum tantillum delibarunt, ſaepe ſic variis modis nomina barbara Graeco habitu veſtiri, & ipſe hoc ipſo in loco obſervet. Osroës certe illic is dicitur, qui Severianum fudit, & in praelio occidit. c. 21. *M. du S.*

97. Ὑπομνημάτων] Mirum videri poſſit, auſum eſſe Alexandrum oracula ſua in commentarios referre; ſed & hoc dignitatem non exiguam, ab hujusmodi artifice dextro & ſubdole adminiſtratum. Oraculo conciliabat, qui ſi quid contra quam in reſponſo ambiguo praedictum fuerat, eecidiſſe animadverteret, delebat illico, & perſpicuum jam, utpote re geſta, contrarium priori ſupponebat. *M. du S.*

2. Τόξου] Verus itaque hic demum Severiani exitus, ſi non meminiſti, cum *de Conſcribenda Hiſt.* librum legeres, perlege quaeſo iterum, ut quibus mendaciis illam potiſſimum hiſtoriae partem adulteraverint ſtulti & inficeti homines, videas. Θηλυχίτων autem quod attinet, Parthorum veſtes innuit Medicis & Perſicis ſimiles, quae meliores merito apud Graecos Romanosque habebantur. V. in Dial. *Phil. & Alex.* ſeu N. Δ. XIV. *M. du S.*

14. Κλάρῳ, καὶ Διδ.] De Clario ſatis notum, Apollinis ipſius oraculum fuiſſe; unde & patrem vocat *Aeſculapius Glyco* v. tamen ſi lubet, in Δισ. c. 1. & *Orig.* c. Celſ. VIII. p. 333. Ejusdem Apollinis & oraculum ſequens Didymaeum ſcilicet. V. Ἀστρ. c. 23. & Δίκ. c. 1. Idem autem oraculum innuit Lucianus, aut potius Alexander ipſe, in oraculo quod paullo poſt ſequitur, βραγχίδαι ἀδύτοισι πιλάζεο &c. ſed occurrit difficultas. Si enim *Suidam* adeas, in v. βραγχίδαι, videbis Branchidas prodito Xerxi Apollinis templo recepiſſe ſe in Aſiam ſub ejus ditione victuros; deinde poſt aliquot ſecula ab Alexandro Magno ob veterem majorum perfidiam exciſos. V. & *Curtium* VII. 5. Qui fit ergo, inquies, ut hic *Branchidae* memorentur? In promptu reſponſum eſt: non defuere veteratores, qui illud oraculum extinctum reſuſcitarent, & in ſedes vacuas venirent, qui antiquo nomine *Branchidae* hic dicuntur. Sed *Strabonem* adi, qui l. XIV. p. 634. a Mileſiis demuo conditam refloruiſſe ait. Vid. & XI. p. 518. Vid. etiam *Orig.* c. Celſ. p. 55, 1. De eo ſic *Olearius*. V. Ol. ad *Philoſtr.* p. 140. „ Notum „ illud oraculum Mileſium; oraculum olim Branchi„ darum appellatum, poſtea Didymaei Apollinis, ut „ *Plinius* habet. c. 29. τὸ εἰς Διδύμους ἱερὸν dicitur *Stra„ boni* l. XI. p. 518. & μαντεῖον Διδυμέως τῷ εἰ βραγ„ χίδαις

tis eorum, qui ad ſe venirent eo ablegandis, dicens:

Jam Claron ito mei vocem patris auditurus:

& rurſus:

Branchiadon adytis accede, oracula & audi.

& iterum:

Ad Mallum, Amphilochique auditum ora-
cula vade.

30. Haec quidem intra terminos, usque ad Ioniam, & Ciliciam, & Paphlagoniam, & Gallograeciam. Cum vero in Italiam usque percrebuiſſet oraculi fama, & in Romanorum urbem incidiſſet; nemo fuit, quin alius prae alio feſtinaret; alii quidem venientes ipſi; alii vero mittentes alios: & in primis potentiſſimi, maximaque dignitate in civitate praediti. Primus horum & caput quaſi Rutilianus fuit, vir caetera bonus & honeſtus, & in multis magiſtratibus Roma-

τo, πολλὺς τῶν προσιόντων πέμπων ἐπ' αὐτὺς, λέγων·

Ἐς Κλάρον ἴεσο νῦν, τεμῦ πατρὸς ὡς ὄπ' ἀκύσῃ.

καὶ πάλιν·

Βραγχίδεων ἀδύτοισι πελάζεο, καὶ κλῦε χρησμῶν.

καὶ αὖθις·

Ἐς Μαλλὸν χώρει, Θεσπίσματά τ' Ἀμφιλόχοιο.

Ταῦτα μὲν ἐντὸς τῶν ὅρων μέχρι τῆς Ἰωνίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Παφλαγονίας, καὶ Γαλατίας. ὡς δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν διεφοίτησε τῶ μαντείε τὸ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐνέπεσεν, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄλλος πρὸ ἄλλε ἠπείγετο· οἱ μὲν αὐτοὶ ἰόντες, οἱ δὲ πέμποντες, καὶ μάλιστα οἱ δυνατώτατοι, καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες· ὧν πρῶτος καὶ κορυφαῖος ἐγένετο Ῥυτιλλιανὸς, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς [c] πράξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασ-

[c] Πράξεσι] Reſtitutum ex G. P. L. & marg. Ar. Τάξεσι Edd. priores.

„ χόδους. l. XIV. p. 634. Illud cum Colophonio oraculo etiam jungit Lucianus in *Pſeudom.* & *Jamblich.* „ de myſter. III. 13. ut & *Porphyrius* apud eundem, „ qui virgam tenentem, vel ſedentem in axe, vel pedes aut limbum in aquam tingentem, vel ex aqua „ haurientem vaporem futura canere dicit προφήτευε. „ Qui locus praeteritus *Bulengero*, &c. usque ad Licinii tempora hoc floruerit oportet, a quo illud „ conſultum fuiſſe *Sozomenus* meminit; atque haec „ ea aetate ſola erant clara oracula: obticuerat enim „ ferme Delphicus Apollo, V. c. 43. & *Plut.* 988. B. *M. du S.*

15. Μαλλῷ] Ibi oraculum erat Amphilochi temporibus illis clarum, ut hinc & ex loco *Xiph.* ſupra ad c. 19. allegato patet. *Pauſ.* in Att. 33. ἀψευδέστατον τῶν ἐμοῦ vocat. Agnoſcit hoc oraculum *Bulengerus* p. 46. AG. VII. Sed idem aliud ejusdem Amphilochi oraculum ponit in *Mello Ciliciae*; non ſatis diligenter, cum haud dubie de hoc intelligi *Pauſ.* debeat, quem ibi laudat. *M. du S.*

34. Ὧν πρῶτος & κορυφ.] *Demoſthenes* dixerit, ὧν μέσος, καὶ τελευταῖος, καὶ πρῶτος ἐπαινέτης, ut ait in Or. adv. Ariſtogit. p. 829. D. *J. F. R.*

35. Ῥυτιλλιανὸς] Dicit Rutilianum fuiſſe quidem virum egregium, ſed ſuperſtitioſum. Ῥυτιλλιανὸς ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς & ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. *Rutilianus vir alias quidem honeſtus & probus, tum compluribus in proeliis Romanorum ſpectatae virtutis*, ſic interpres. ſed Mſ. ἐν πολλαῖς πράξεσι in multis rebus Romanorum, ſive bello, ſive domi geſtis. *J. G. G.*

Ῥυτιλλιανὸς] Hujus apud Hiſtoricos mentionem nullam invenio; niſi forte idem fuerit, qui apud Xiphilinum in *M. Aur. Antonino*, *Rufus Baſaeus* dicitur: ſunt enim, quae ut id credam faciunt nonnulla. Quale eſt quod uterque videtur per omnes ordines ad ſummos tandem honores perveniſſe: quod imperiti aeque & indocti: quod apud Imperatorem gratia uterque ſumma: denique quod nomen *Ruſi Baſaei* facile cogitari poteſt ex alio corruptum. Sed haec, ut ipſe nolim ambitioſe aſſerere, ita a lectore peto, ut mihi fraudi non ſit, conjecturas propoſuiſſe meas. *M. du S.*

37. Ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος] Indigniſſima interpretatio utriusque interpretis *compluribus in praliis Romanorum ſpectata virtutis.* Nam neque haec deſcriptio ad praecedentia accedit, in quibus de auctoritate in republ. & urbanis officiis agitur; nec Graeca talem ſenſum admittere poſſunt. Verte & *in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus verſatus.* Eodem errore mox ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, uterque vertit *relicto exercitu, quem tenebat*, quum debuiſ-

τασμῷ, τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν, καὶ ἀλλόκοτα περὶ αὐτῶν πεπιστευκὼς, [a] καὶ εἰ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον, ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ, καὶ προσκυνῶν, καὶ ὀπτολυ παρεστὼς, καὶ εὐχόμενος, καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτῶν. ὡς οὖν τοίνυν ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ χρηστηρίου, μικρῷ μὲν ἐδέησεν ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, εἰς τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος ἀναπτῆναι. ἔπεμπε δ' ὃν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεμπόμενοι, ἰδιῶταί τινες οἰκέται ῥᾳδίως ἐξαπατηθέντες, ἐπανῆσαν, τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες διηγούμενοι, καὶ προσεπιμελῶς ἔτι πλείω

nis probatus : ſed circa Deos *religioſo* quodam morbo laborans, & abſurdas de iis perſuaſiones habens, qui ſi qua unctum lapidem aut coronatum videret, accideret ſtatim adorandi cauſſa, multumque adſtans vota faceret, bonaque ab illo peteret. Hic de oraculo cum audiſſet, parum aberat, quin mandato ſibi munere relicto, ad Aboni caſtra advolaret : miſit certe alios ſuper alios. Miſſi vero *qui eſſent*, imperiti quidam ſervi, facile decepti poſt reditum, alia a ſe viſa, alia tanquam viſſa & audita narrant, & plura his corollariorum inſtar ad-

[a] Καὶ] Abeſt a *Fl. P. Ald.* &c. Adeſt in *J.* & marg. *AIW.*

buiſſent loco vel munere, vel ſtatione. Eadem tamen aberratione & Sponius, *Il faillit donc aquitter l'Armée, qu'il commandoit*, quum priora dubie reddidiſſet *qui s'étoit ſignalé en pluſieurs occaſions*. At clare phraſin ſuam exſerit noſter auctor in principio Macrobiorum, (c. 7.) ὡν ἵνα ἡ εὐσεβεστάτη μεγάλου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελειοτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν &c. *J.G.*

Ibid. Τάξεσι] Vertitur *praeliis*. Verte *magiſtratibus*. *F.G.*

Τάξεσι] Ἀπὸ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. Pro τάξεσι MS. *Graevii* πράξεσι. Sed τάξεσι videtur proprium magis & conveniens, non ut cum Interprete proelia (niſi enim fallor, requireretur πολεμικαῖς τάξεσι) ſed varias dignitates intelligam cum optimo meo *Gronovio*. Huic Graecae Lucianeae phraſi conveniunt iſta *Livii* XXXII. cap. 7. *Per honorum gradus documentum ſui dantes*. *J.J.*

Πράξεσι] Vide *Herodian.* II. initio. Secutus ſum autem ſcripturam G. P. & L. In impreſſis enim τάξεσι legitur. *M.duS.*

Πράξεσι] Quia *Soulius* noſter jam ſic mutaverat ex tribus Codd. & quartum quoque ſic habere cognovi, quatuor Mſſ. hoc dandum cenſui, ut illorum conſenſum vulgatae praeferrem, in lectione, quarum utraque defendi poteſt. Πράξεις enim ſic Herodiano dici, recte *Solanus* ait, cujus verba ex L. 2. c. 1. §. 9. addam : Ἦν δὲ ὁ Πέρτινὰξ τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, τὰ δὲ πολλὰς στρατιωτικὰς τε καὶ πολιτικὰς εὐδοκιμήσας πράξεσι. Sed & bellica & *civilia negotia* πράξεις vocari ex eo loco patet, quod aliunde quoque ſatis notum. Si itaque non de bello ap. Lucianum eſt cogitandum ; tamen πράξεις hic recte ſe habent, & de negotiis publ. poſſunt accipi ; nam de bellicis eo minus putem accipiendum, quod Ῥωμαϊκαῖς additur, quod urbanis rebus magis proprium. Ἐξητάζεσθαι autem pro εὐδοκιμεῖσθαι vid. *Schol. Thucyd.* II. c. 7. No. 69. *J.F.R.*

40. Εἰ μόνον] Vid. *Clem. Alex.* VII. Stromat. p. 302. v. 43. *M.V.la Croze.*

Ibid. Ἀληλιμμένον που λίθον] Vide *Clem. Alex.* VII. Strom. οἱ αὐτοὶ δὲ ἅτερ ξύλου καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Unde jam in proverbium abiiſſe conſtat. Meminit & *Apulejus* initio Floridorum, monente ad *Theophr. Char.* 295. Caſaubono. Ipſe *Theophraſtus* ſuperſtitioſi hominis hoc eſſe ait p. 47. C. tangit & alibi noſter ; ſupra Ἔπισκ. c. 22. infra ἰακλ. c. 12. *M.duS.*

Ἀληλιμμένον που λίθον] Conferri meretur cum hac Rutiliani deſcriptione principium *Floridorum Apulejj.* ubi habemus inter alia *lapidem unguine delibutum*. Sed nimirum huc pertinet tota de *Baetyliis* obſervatio. *J.M.G.*

53. Γέροντα] Mortuus eſt *Rutilianus* aut circa M. Aurelii obitum, aut imperante jam Commodo, & quidem ſeptuagenarius (v. c. 34.) Quinquagenarius ergo *Rutilianus*, cum ad imperium acceſſere fratres *M. Aurelius* & *L. Verus*. Conſtat praeterea in nummo *Antonini* pii conſpici Glyconem. Ex quibus omnibus id liquido evincitur, nondum ſenem fuiſſe Rutilianum, cum primum Romae innotuit Alexander ; niſi ponas ſenes poſt 40. exactum annum dici. Certe ita hoc in loco, rationibus rite ſubductis, uſurpaſſe deprehenditur Lucianus, ſi nummo aliqua fides. *M.duS.*

62. Καθ' αὑτοὺς] *De ſuis rebus futuris.* *F.G.*

Ibid. Ὁ δὲ] Intellige Ἀλέξανδρος. *F.G.*

63. Πομπὴν — ἐργαζόμενος αὐτῷ] Refert Auctor miram Alexandri Impoſtoris comitatem, & gratiam omnium, qui ad ipſum venirent, captandi artem dexterrimam. ὁ δὲ, inquit, τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, ξενίαις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς ἐργαζόμενος αὐτῷ. Puto ſcripſiſſe Lucianum, ξενίοις, ut infra c. 56.

adjiciunt, ut gratioſiores nempe eſſent apud dominum. Accendunt ergo miſellum ſenem, & in robuſtam illum inſaniam conjiciunt.

τούτων, ὡς ἐντιμότεροι εἶεν τῷδε τῷ δεσπότῃ. ἐξέκαιον γὰρ τὸ ἄθλιον γέροντα, καὶ εἰς μανίαν ἐρρωμένην ἐνέβαλλον.

3. At ille qui amicus eſſet plerisque & potentiſſimis, circumire & narrare partim quidem ut audierat ex his quos miſerat, partim etiam de ſuo adjecta. Implet igitur urbem, & commovet hic vir, & de aula plerosque ſolicitat, qui ſtatim ipſi quoque feſtinant de ſuis rebus aliquid audituri. At noſter blande qui exciperet venientes, hoſpitalibusque & aliis magni pretii muneribus ſuos faceret, dimiſit illos, qui non renun-

Ὁ δὲ, ὡς ἂν τοῖς πλείστοις καὶ δυνατωτάτοις φίλος ὤν, ἔρχεται, τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσειε παρ' ἑτέρων, τὰ δὲ καὶ παρ' [b] αὐτοῦ προστιθείς. [c] ἐνέπλησε δ' οὖν τὴν πόλιν, καὶ διεσάλευσεν ὅτου, καὶ τὴν αὐλὴν τοὺς πλείστους διεθορύβησεν, οἱ αὐτίκα καὶ αὐτοὶ ἠπείγοντο ἀκοῦσαί τι τῶν καθ' αὑτούς. ὁ δὲ τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, [d] ξενίοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς πολυτελέσιν [e] ἐργαζόμενος ἑαυτῷ, ἀπέπεμπεν, οὐκ ἀπαγγελοῦντας μό-

b Αὐτῷ] Αὐτοῦ *J. Fl. H. P.* *c* Ἐνέπλησε] Ἐνέπλησε *J. Pell.* *d* Ξενίοις] Recte ſic P. ut *Jenſ.* voluit, ξενίαις enim Edd. *e* Ἐργαζόμενος αὐτῷ] Φίλους ἀπεργαζόμενος αὐτῷ *Pell.* Εὔνους ἐργαζόμενος marg. *A I W.* Editionum αὐτῷ in αὑτῷ mutavi.

56. ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας. Sic enim dona hoſpitalia dicuntur ξένια vel ξενία, quae Latinis *Lautia*. Scripſi autem in poſito loco αὐτῷ, quamquam vulgo αὑτῷ. (plus centies forte in hoc ſcriptore male ſe habet in hac vocula ſpiritus.) Interpres plane nullam hic τῶ, αὑτῷ, habuit rationem. Nec mirum; in perverſa enim, quam dat, verſione nullum id locum habet. Δωρεαῖς ἐργάζεσθαί τινα αὑτῷ, eſt, *muneribus aliquem ſibi conciliare*; & ſic verti debuit. Vide omnino, Studioſe Lector, politiſſimas *Graevii* Lectiones Heſiodeas, cap. II. pag. 9. ubi hunc τῷ ἐργάζεσθαι pro *acquirere*, *parare*, uſum eleganter, ut ibi omnia, illuſtrat Vir Cl. cui ſententiae ultra confirmandae etiam hic Luciani locus accedere poteſt. Simili modo infra c. 55. φίλους ἀπεργάζεσθαι. Ita in *Macrobiis* T. III. c. 7. ἐργάσασθε σεαυτῷ τῇ ἀρίστῃ μάγειρόν τε ἅμα, καὶ ὑγιαινόταλον βίον. *Parveris tibi victus ratione, longiſſimam juxta & ſaluberrimam vitam.* Cum hoc Graecorum τῷ, ἐργάζεσθαι uſu mire convenit ipſum verbum *exercere*, ita ſumptum pro *conquirere*, *comparare*, abs *Terentio*; apud quem in Heautontimorumeno A. I. S. I. Menedemus ait, ſe vendidiſſe

Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile victum exercerent ſuum.

Lis quidem inter eruditos eſt de hujus loci quum vera lectione, tum vero ſenſu; aliis hanc ſcripturam tuentibus[1], aliis mutantibus τὸ *exercerent* in *exercirent*, auctoritate potiſſimum *Feſti* nitentibus. Sed profecto quum τὸ *exercerent* ſit receptior lectio, & tam apprime cum prolato τῷ ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu conveniat, nihil videtur cauſſae, quidni in ea acquieſcamus cum Bembo, Mureto, aliisque, & praecipue Farnabio, qui eam cum τῷ, ἐργάζεσθαι recte componit, adſtipulatorem adferens Turnebum, qui & ex Ambroſio geminum germanum locum notarit, ubi *exercere ſumptum* eodem plane modo occurrat. Caeterum non poſſum facere, quin hic opportune elegantem *Aeliani* locum & ab Interpretis hallucinatione vindicem, & ex oſtenſo hoc τῷ, ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu exponam atque illuſtrem. IV. nimirum ποικίλων, cap. 3. loquitur ille de Polygnoto Thaſio, & Dionyſio Colophonio, Pictoribus: καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος, inquit, ἔγραφε τὰ μεγάλα. καὶ ὁ τοῖς τιλείοις ἠργάζετο τὰ ἆθλα. Non profecto ἐργάζεσθαι τὰ ἆθλα eſt *certamina ſubire*, quemadmodum vulgatus reddidit Interpres; ſed *praemia ſibi comparare ex certaminibus*: quo ſenſu τῷ ἐργάζεσθαι etiam Aelianus alibi utitur, velut ex exemplis in Indice notatis, ubi & Interpretis hic lapſus verbo notatur, videre eſt. Innuit nimirum Aelianus, Pictorem Polygnotum pictura expreſſiſſe rerum grandiorum formas, easque integras; cujus artis & operae praemia tulerit & pretia. Poſſumus quoque ita exponere, Polygnotum cum aliis de gloria pingendi τὰ τίλεια certaſſe victoremque exſtitiſſe; & adeo praemia, ſi qua fuiſſent propoſita, reportaſſe. Etenim fuiſſe etiam inter Pictores certamina, ſatis notum vel ex eo, quod de Parrhaſio narrat *Aelianus* IX. cap. XI. Non tamen id quidquam facit, ad Aelianum hoc loco ita vertendum: neque frequentior uſus vocis ἆθλον, *praeminm*, non *certamen*, ſignificantis, id facile patiatur. Dudum namque eſt, quod Eruditi (vide Cl. *Graevii* ad Luciani Soloeciſtam animadverſiones) docuerunt, politiores Graecos τὸ ἆθλον inter, & ὁ ἆθλος diſtinxiſſe;

ita

μόνον τὰς ἐρωτήσεις, ἀλλὰ καὶ ὑμνήσοντας τὸν Θεὸν, καὶ τεράστια ὑπὲρ τῦ μαντείυ καὶ [a] αὐτῦ ψευσομένυς.

[b] Ἀλλὰ καί μηχανᾶταί τι ὁ τρισκατάρατος οὐκ ἄσοφον, οὐδὲ τῦ παρόντος λήρυ ἄξιον. λύων γὰρ τὰ πεμπόμενα βιβλία, καὶ ἀναγινώσκων, εἴ τι εὕροι ὀκνηρὸν καὶ παρακεκινδυνευμένον ἐν ταῖς ἐρωτήσεσι, κατεῖχεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἀπέπεμπεν, ὡς ἐπιχειρίυς, καὶ μονονυχὶ δήλυς ἀφ' ὧν δέοι ἔχοι τὰς ἐρωτήσεις, μεμνημένυς οἷα ἦν ἃ ἤροντο. [c] συνίης δὲ οἵας εἰκὸς τὰς πλουσίυς καὶ [d] μέγα δυναμένυς τὰς φύσεις συνθάρρεσθαι. ἐλάμβανεν ὧν πολλὰ παρ' ἐκείνων, εἰδότων ὅτι αὐτὰς ἐντὸς ἔχει τὰ ἀρκύων.

Βούλομαι δέ σοι καὶ τῶν Ῥυτιλλιανῷ δοθέντων χρησμῶν ἐνίους εἰπεῖν· συνθαρρυμένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ τῦ παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικὸς, παιδείας ὥραν ἔχοντος, ὅν τινα προσήσαιτο διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτῦ; ἔφη

tiarent modo interrogata, sed Deum etiam celebrarent, & prodigiosa de oraculo, seque ipso mentirentur.

32. Ac machinatur quiddam homo execrabilis, non insipiens & latrone minime vulgari dignum: solvens enim libellos sibi missos & legens, si quid inveniret audax & periculosum in interrogationibus, retinuit ipse nec remisit, ut obnoxios & tantum non servos sibi retineret isto metu eos, qui mitterant, memores nimirum, qualia fuissent, de quibus interrogassent. *Probe* autem intelligis quas interrogationes proponi a divitibus & potentibus probabile sit. Ab his ergo multa accepit, qui scirent se intra illius retia conclusos.

33. Volo autem tibi oraculorum Rutiliano datorum quaedam dicere. Interroganti de filio suo e priori uxore suscepto, qui jam ad aetatem institutionis capacem perveniisset, *Quem discendi magistrum ei praeficeret?* respondit:

Py-

a Αὐτοῦ] Αὐτοὺς P. *b* Ἀλλὰ] Ex P. & marg. *A1*. Deerat in Edd. *c* Συνίης δὲ, οἷας] Ex emendat. *Solani*. Συνιὰς δ. ὁ. *Fl.* Συνίησι P. Συνίησι δὲ, οἷα Edd. ceterae. Συνιῆς etiam marg. *A1*. *d* Μέγα] Μεγάλα Ex. *Fl.* Nihil mut. Edd. nec P.

ita ut hoc significetur *certamen*; illo *certaminis praemium*. Est tamen, ubi contra τὸ ἆθλον pro ipso certamine sumatur, quemadmodum potissimum ex hoc, in *Anthol.* I. cap. 64. Epigrammate II. ostendit *H. Stephanus*, ubi Ulysses redux ad Ithacam ita:

Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Huic addas licet ipsum *Aelianum* XIII. Ποικιλ. 14. ubi in caeteris Homericorum carminum partibus censentur & τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα· quae haud dubie sunt certamina, & ludi funebres in funere Patrocli ab Achille instituti, quos copiose commemorat *Homerus* Il. Ψ. *J. J.*

Ξυνίους] Sic L. Reliqui prave ξυνίαις. *M. du S.*

64. Ἐργαζόμενοι αὐτῷ] Scribo ἐργαζόμενος αὐτῷ, i. e. *suis rebus favens. faisant cela pour son interêt particulier.* *F. G.*

Ἐργαζόμενοι] Si plures libri addicerent, non respuerem illud ξύνους, quod marg. *Aldinae Wesselingianae* habet; verum quia & *Pelleti* φίλους glossa nonnullis videbitur, etiam hoc pro glossemate haberi poterit. Quamvis c. 55. φίλους ἀπεργάζεται, & alibi, φίλους ἐργάζεσθαι, frequentius occurrat, nondum tamen alterutrum Luciano infero, dum spes est, ἐργάζεσθαι τινὰ αὐτῷ pro *aliquem sibi conciliare*, aliis testimoniis probari posse. Quod autem Clar. *Jens.* ait, *Graevium* virum Cl. probasse, id minus adcurate huc adplicavit. Nam *Graev.* ad Hesiod. probat tantum, ἐργάζεσθαι esse *labore adquirere*, & βίον ἐργάζεσθαι significare *manibus victum quaerere*, vel *parare*; unde nondum sequitur, ἐργάζεσθαι ἄνθρωπον quoque sic dici pro *aliquem sibi amicum reddere ac benevolum*, de quo hic est quaestio: quare *Gujeti* explicationi accedo, ut sit: *sibi ipsi operatur, suo commodo serviens.* *J. F. R.*

69. Ἀλλὰ] P. solus. *M. du S.*

77. Συνίησι] Forsan συνίει. *F. G.*

Συνίης δὲ οἷας] Omnes libri, excepta *Fl.* Ed. habent συνίησι δὲ οἷα, quod quem sensum exhibeat, nemo credo intelligat. Vertebant tamen miris modis. Vide an nos rectius. Ego certe rem acu tetigisse mihi videor. Quid enim conjectura *Alexandro* opus, qui omnes omnino tabellas, ut responsa sua componeret, resignabat? Luciani acumine dignius, ut ad *Celsum*, cui inscriptus hic liber est, orationem convertens, Lectori, quid sub Imperatore Philosopho rogaturi fuerint Optimates, conficiendum relinqueret, quam aut *Alexandro* tabellas, ut dixi, de more resignanti

istud

Pythagoram, egregieque canentem praelia vatem.

Puero deinde paucis post diebus mortuo, ipse quidem aestuare, nec habere quod accusantibus responderet, oraculo ita rebus praesentibus refutato. At ipse bonus vir Rutilianus ultro susceptа oraculi defensione dixit, hoc ipsum indicatum a Deo, ac propterea, non vivum illi praeceptorem capi jussisse, sed Pythagoram atque Homerum vita olim functos, quibuscum versari nunc puerum apud inferos probabile sit. Quid vero reprehendendus est Alexander, si tales inter homunciones versari voluit?

34. Rursus interroganti, *cujus ipse animam nactus esset?* ait:

Pelides primum fueras, post ista Menander,

Πυθαγόρην, πολέμου τε μέλος χάλκεον ἐξοχον ἀοιδόν.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τῷ παιδὸς ἀποθανόντος, ὁ μὲν ἠπόρει, ἃ οὐδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τὰς αἰτιωμένους, ὡς δὲ ὠφέλιμος ὅτως ἐληλεγμένῳ τῷ χρησμῷ. ὁ δὲ Ῥουτιλιανὸς αὐτὸς φθάσας ὁ βέλτιστος, ἀπελογεῖτο ὑπὲρ τοῦ μαντείου, λέγων, τοῦτο αὐτὸ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν, ὡς διὰ αὐτὸ, ζῶντα μὲν κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἑλέσθαι αὐτῷ, Πυθαγόραν δὲ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειράκιον ἐν ᾅδου νῦν συνεῖναι. τί ταύτην μέμφεσθαι ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου;

Αὖθις δὲ πυνθανομένῳ αὐτῷ τίνα ψυχὴν αὐτὸς διεδέξατο; ἔφη·

Πρῶτον Πηλείδης ἐγένου μετὰ ταῦτα Μένανδρος.

Εἶθ'

e Τὴν τίνα] Nihil hic mutare *H.* & *Fl.* notat *M. du S.* Sed nec quidquam *J. Ald. P.* f Αὐτὸς διεδ.] Αὐτὸς deficiens in Edd. ex L. & P. insertum.

istud tribuere; aut ipsum periculosa, imperante filio, temeritate edisserere. *Cassium*, & alios res novas molientes menti ejus, cum haec scriberet, obversatos esse existimo. (Oraculis nempe fretus *Cassius*. . . . . V. *Volcat. Cass.* I. & XIII. Nec deerant, qui sive pertaesi dominationis sive Philosophum spernentes, aut gravitatis odio, aut honorum sub alio cupidi, in annos Imperatoris inquirerent, & nova molirentur. V. *M. Aurel.* vitam 32. a *Dacerio* scriptam.) In *Fl.* est συνιὼς. quod ad nostram emendationem propius accedit. *M. du S.*

Συνίησι] Hiatus est in parenthesi illa notae *Soulianae*, & aliquid deest, quod postea additurus fuisse videtur. Ego itaque sic exhibui, ut in ejus nott. Mss. inveni. *J. F. R.*

Συνίησι] Omnes, quantum scio, legunt συνίησι δὲ οἷα εἰκὸς — τὰς πύστεις πυνθάνεσθαι, & συνίησι imperfecto tempore referunt ad ipsum Alexandrum, *intelligebat*: sed vel sic οἷα & τὰς πύστεις non bene conveniunt. Mihi dubium non est, dedisse Lucianum συνίης δὲ οἷας — τὰς πύστεις. Res nimis aperta. Ad conscientiam Celsi sui provocat Lucianus, & vult, ut cogitet, quas quaestiones proponere soleant potentes, nempe de vita imperatoris, de spe sua, de successu cogitatae rebellionis e. i. g. a. quaestiones non magisteriales, sed capitales. Hoc ergo secutus sum in versione: & video idem visum eruditissimo *Soulio*. *J. M. G.*

78. Πόστις πυνθάνεσθαι] Hujusmodi repetitiones verbi cognati, ut μίμψιν μίμφομαι, δικάζειν δίκας, τόλμημα τολμᾶτον, φίλημα φιλῆσαι, Graecis aeque familiares esse ac Latinis, vid. *Spanh.* ad Aristoph. Pl. 10. Et Nostrum *Herod.* c. 3. λόγους ἴλεγον, & *Scyth.* c. 4. ἤρετο δὲ ἰφάσθης. *Quom. Hist.* c. 6. ἀρχὴν ἀρκτέον. Item *Long. Past.* L. 2. p. 55. Ed. *Wech.* τὴν ψυχὴν — ἐτίμησε, & p. 62. φίλημα ἐφίλησε. p. 68. f. πολέμους ἐκτελέσαντες τὸν ἀγῶνα. p. 86. ἤριζον ἔριν ἐριζικὴν. L. III. 113. rursus, φιλήματα φιλεῖν, quod & L. I. dixerat. ac p. 114. συμπαλαίουσα πάλην. Alia ejusmodi ex aliis etiam profert Cl. *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 337. 338. Quem vid. infra ad *Jov. confut.* πομπὰς πέμπειν. *J. F. R.*

87. Πυθαγόρην] In veteri inscriptione, in Sylloge *Fleetwood* p. 312. *Dogmata Pythagorae sensi, studiumque Sophorum: Et libros legi, legi pia carmina Homeri.* Habetur integra in editione *Petronii* Amstel. A. 1669. 8o. p. 547. *M. V. la Croze.*

91. Παχὺ πόδας] Quod *ante pedes*, quod obvium est, ut in *Quom. Hist.* c. 13. Sed ὠφελὸς & περὶ πόδα vid. ibid. c. 14. *J. F. R.*

1. Ἐνδιατρίβειν] Reponebam olim ἰνδιαθρύπτειν, ut prope idem hic diceret quod c. 42. At nunc receptam lectionem sequor, quia verbum ἐνδιατρίβειν alibi a Nostro usurpari eodem sensu video: ut Ἀχαιὸ c. 26. cui quamvis diversum adde Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

2. Τὴν τίνα ψυχὴν] Frustra *Solanus* varietatem quaesivit. Nec eam desidero: est enim tantum metathesis, euphoniae causa facta, pro τίνα τὴν ψυχήν. Vid. T. I. *Nigr.* c. ult. No. 52. *J. F. R.*

3. Αὐτὸς] P. & L. *M. du S.*

Εἶδ' ὡς πῆ φαίνῃ, μὴ δ' ἔσται ἡλιὰς ἀκτίς,
Ζήσεις δ' ὀγδώκοντ' ἠὲ τοῖς ἑκατὸν λιχάδανλας.

Tum, qui nunc vivis, radius post omnia Solis,
Cum supra centum octoginta exegeris annos.

Ὁ δ' ἑβδομηκοντούτης ἀπέθανε μελαγχολίᾳ, [a] οὐδὲ θεμένας τὴν θεῶν ἐπαγγελίαν.

At ille septuagenarius diem suum obiit, morbo atrabiliario, non expectata promissione Dei.

Καὶ ἦν ὁ χρησμὸς τῶν αὐτοφώνων ἓν ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ ποτε ἐν τοῖς γάμοις, ῥητῶς ἔφη·

35. Etiam hoc erat vocalium unum oraculorum. Interroganti quondam de nuptiis diserte dixit:

Γῆμον Ἀλεξάνδρου τε Σελησιάδος τε θυγατρός.

Ducito Alexandro natam Lunaque puellam.

Διεδέδακτο δὲ πάλαι λόγον ὡς ὁ θυγατρὸς, ἣν εἶχεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γενομένης· ἢ γὰρ Σελήνην ἔρωτι ἁλῶναι αὐτοῦ, καθεύδοντά ποτε ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐτὴν ἔθος, κοιμωμένων ἐρᾶν τῶν καλῶν. ὁ δὲ οὐδὲν [b] μελλήσας ὁ συνετώτατος Ῥουτιλιανὸς, εὐθὺς ἐπεμπεν ὅπως τὴν κόρην, καὶ τοὺς γάμους συντέλει ἑξηκοντούτης νυμφίος, καὶ συνῆν, [c] τὴν παρθένον Σελήνην ἑκατόμβαις ὅλαις ἱλασκόμενος, καὶ τὴν ἐπιφανίαν εἰς καὶ αὐτὸς οἰόμενος γεγονέναι.

Nempe olim rumorem sparserat, filiam, quam habebat, ex Luna sibi natam esse. Lunam enim amore ipsius captam, quum dormientem vidisset. Mos scilicet illius, dormientes formosos amare. Prudentissimus autem ille Rutilianus nihil cunctatus, statim misit ad arcessendam puellam, nuptias celebravit sexagenarius sponsus, & cum illa cubuit, placata prius socru Luna, totis hecatombis, putansque se quoque jam caelestium unum esse factum.

36. At

a Ἡλιὰς] Ἰλιὰς male P. Nil vulgatam nutant *F. Fl. H. P.* b Οὐδὲ] Οὐ *F.* c Μελλήσας] Sic recte *F.* &c. Μελήσας *Fl.* passim. d Τὴν παρθένον Σελήνην] Τῇ παρθένῳ Σελήνῃ *Fl.* Cum vulgata nostra facit P.

18. Τὴν δὲ Σελήνην] Εἰς τὴν Ἐνδυμίωνα * λεγόμενον τὸν ἐν Ἄλβῃ βασιλεύσαντα, ἐφοδεύσας ὑπὸ σελήνης μου- Στύπτει. *V.*

* Ἀλβάλλαν] Ἀλβάλην male fuit in Ed. *Ciar.* correxit *M. du S.* non addens unde; sed nec opus erat, adeo res est manifesta.

† Ὃς καὶ] Ὡς sep. habet *V.* Unde conjicio scripsum fuisse ὅπως καὶ. *M. du S.*

6. Ἡλιὰς ἀκτὶς] Sic Dorice ἀκτὶς pro ἀκτὶς. Inscriptio navis a *Sole*, qui erat insigne navis. (Etsi alias ἁλιὰς navicula est.) Sic ἡλιάδα vocat Rhodum insulam Noster in *Amor.* a cultu Solis. Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. ep. 12. p. 48. *J. F. R.*

8. Λιχάδανλας] Antiqua vox, de qua consule *Junium* c. 18. L. de anno & mensibus. *M. du S.*

10. Ἑβδομ.] Septuagenarius obiit, (sexagenarius uxorem duxerat Alexandri ex luna, si diis placet, filiam c. 35.) Alexandro superstes (c. 60.) quem ad ultima M. Aurelii pervenisse compertum est. Ergo sub initium fere Commodi mortuus *Rutilianus*, aut certe sub ipsum M. Aur. finem. *M. du S.*

11. Οὐδὲ] Cum *Junt. ê* tantum haberet, consului Edd. reliquas, vidique *Ald. H. P. Fl. S.* οὐδὲ habere; quare eas expressi potius, etsi non prorsus necessarium esset illud δὲ; nec *Solanus* id expressurus fuisse videtur, quia id *Juntinae* textui non inseruit, ut alias solet; verum hanc omissionem ab Editore *Junt.* non esse studio factam, inde conjicio, quod *ê* extremum paginae vocabulum est, cujus alteram partem in pag. seq. transferre obliti videntur typothetae. *J. F. R.*

19. Σελήνῃ] Hac de re *Suet.* Caio. *J. B.*

23. Ἑξηκοντούτης] Hoc inprimis observandum, si rationem temporum aliquam habere velis. Sed quo anno duxit? inquies? Conabor id certis adstruere rationibus. Observatum supra est (ad c. 30.) innotuisse *Alexandrum* Romae Rutiliano jam sene, (hoc est plusquam quadragenario post annum a Christo nato CL.) Alexandrum filiam illam suscepisse liquet, postquam jam prophetae munus subiisset, aliquot nempe annis, antequam Romae innotuisset, nubilis itaque fuerit ante annum Christi CLXX. quo fere tempore nupsisse etiam Rutiliano necesse est, qui sexagenarius duxisse hic dicitur. Quae omnia facile ex hoc libello demonstrari possent, nisi brevitati in his notis studeremus,

36. At ille cum semel res Italicas attigisset, majora semper adinvenit, & per omnes Romani imperii partes misit oraculorum nuntios, praedicens civitatibus, pestilentias & incendia ut caveant, & terrae motus: promisitque illis, ne quid tale fiat, valide se adjuturum. Unum sane oraculum vocale ipsum quoque ad omnes gentes de pestilentia misit: erat autem versiculus unus:

Intonsus nubem pestis depellit Apollo:

Eratque videre hunc versum ubique inscriptum portis, tanquam depellendae huius remedium. Hoc vero contra plerisque evenit. Forte enim fortuna quadam illae maxime domus exhaustae sunt, quibus inscriptus fuerat versiculus. Et ne putes me hoc dicere, per ipsum illos versiculum periisse. Quin forte quadam ita factum est. Forte etiam vulgo homines fiducia versiculi, negligentius agebant, omissa victus cura, nihil adjuvantes oraculum contra vim morbi,

Ὁ δ' ὡς ἅπαξ ἐν Ἰταλίᾳ πραγμάτων ἐλάβετο, μείζω ἀεὶ προσεπενόει, καὶ παύσασθαι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἔπεμπε χρησμῳφόρους, ταῖς πόλεσι προλέγων, λοιμοὺς καὶ πυρκαϊὰς φυλάττεσθαι, καὶ σεισμούς, καὶ ἀσφαλῶς βοηθήσειν, εἰς μὴ γένοιτό τι τούτων, αὐτὸς ὑπισχνούμενος αὐτοῖς. Ἕνα δὲ τινα χρησμὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτὸν, εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ λοιμῷ διεπέμψατο. ἦν δὲ τὸ ἔπος·

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει.

Καὶ τοῦτο ἦν ἰδεῖν τὸ ἔπος πανταχοῦ θύρῃσι πολλῶν γεγραμμένον, ὡς τοῦ λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον. τὸ δ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πολλοῖς περῆκεν. τύχῃ γάρ τινα τύχῃ αὗται μάλιστα αἱ οἰκίαι ἐκενώθησαν, ἐν αἷς τὸ ἔπος ἐπεγέγραπτο. καὶ μή με νομίσῃς τοῦτο λέγειν ὅτι διὰ τὸ ἔπος ἀπώλοντο, ἀλλὰ τύχῃ τινὶ ὅτῳ ἐγένετο. τάχα δὲ οἱ πολλοὶ καὶ καταθαρρύνοντες τῷ ἔπει, ἠμέλουν, καὶ ῥᾳθυμότερον διῆγον, οὐδὲν τῷ χρησμῷ πρὸς τὸ νόσον συντελοῦντες, ὡς

e Μείζω ἀεὶ προσεπενόει] Sic Edd. omnes, excepta *Fl.* quae *μείζον ἀεὶ προσενόει*. *f* Χρησμοφόρους] Χρησμολόγους marg. *AlW.* *g* Ἀκερσεκόμης] Ἀκερσεκόμας P. Nil mut. Edd. *h* Πολλῶν] Sic P. & marg. *AlW.* Πυλῶν Edd. vulgo. *i* Ἦν] Aderat in *J.* & marg. *Al.* Aberat a *Fl. H. P. Ald. B2.* &c.

mus. Hoc unice itaque observari velim, *Alexandrum* uxorem non duxisse antequam munus illud suum prophetiсum susciperet; quod etsi disertis verbis non asserat *Lucianus*, facile ex eo elicitur, quod toto ante tempore, aut turpem puer aliis operam dederit, aut vir jam factus alienis uxoribus. Unum his conjecturis obesse videri possit, quod hujus filiae mater ignota, cum e luna susceptam praedicarit. Sed filiam *Alexandri* fuisse, satis constat, legitima an notha, parum refert. *M. du S.*

29. *Μείζω*] Flor. *μείζον ἀεὶ προσενόει*. Paginam sequentem alibi interpretor, & paginam 490. *J. B.*

36. *Λοιμοῦ*] De hac peste, quae incidit in annum Christi CLXV. & sequentibus v. supra ad *Συγγρ.* c. 15 *M. du S.*

38. *Ἀκερσεκόμης*] Etsi & *ἀκειρεκ.* bonum, vulgatam tamen servavi, quia mox iterum sic Edd. Et sic *Homer.* Il. I. 39. & alibi. Conf. *Solan.* ad fin. hujus capitis. *J. F. R.*

40. *Πυλῶν*] Sic P. quod magis arridet, quam quod in reliquis est *πυλέων*. *M. du S.*

49. *Τῷ χρησμῷ — συντ.*] Durior phrasis. *M. du S.*

Τῷ χρησμῷ] Τῶν χρησμῶν margini *Vatic.* adleverat *Solan.* Sed cum videret Edd. conspirare in *χρησμῷ*, delevit conjecturam, & merito delevit, addiditque conferendum *Tim.* c. 4. Sed ibi, ἀλλ' εἰς ἅπαν τι ἱερουργεῖν συντελῶν, legitur; quod Cl. *Heinsius* vertit: *Sed veteri nescio cui instituto hi dumtaxat credit.* Itaque tamen *χρησμῷ* hic idem valebit quod εἰς *χρησμόν*, & significabit, *nihil addebant ad oracula, nihil amplius perficiebant*; adeoque differet aliquantum ab illo priore exemplo. Verum cum *συντελεῖν* proprie sit *una perficere*, & sic certe etiam *adjuvare* significabit, ut apud *Aelian.* V. Hist. XIII. 1. p. 783. Ed. in 8o. ὁ μόνος εἰς ἱερὸν ἅψυχος συντελεῖ δυσέρωτι. *Qui non solum ad pascendos oculos adjuvare* (contribuere) *potest.* Et *Alciphr.* III. Ep. 71. Hinc nihil duri video, si & hic ὀδὲν συνελοῦντες τῷ χρησμῷ potius significet, *nihil ad juvantes oraculum*, vel *nihil contribuentes oraculo*, ut sic perspicuitatis caussa loquar. Deos enim laborantem adjuvare, non desidem, credebant, ut est in *Menandr.* fragm. 32. Τῷ δ' ἀνοῦντι ἐκ θεὸς συλλαμβάνει — τ' πόνου. Et ap. *Soltiss.* in Catil. c. 52. §. 28. 29. *J. F. R.*

ὡς ἂν ἔχοιεν προμαχομένας αὐτῶν [a] τὰς συλλαβὰς, καὶ τὸν [b] ἀκερσεκόμην Φοῖβον ἀποτοξεύοντα τὸν λοιμόν.

50 qui haberent propugnaturas pro se illius syllabas, & intonsum Phoebum telis abacturum pestilentiam.

Πευθῆνας μέντοι ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ κατεστήσαλο πάνυ πολλοὺς τῶν συνωμοτῶν, οἳ τὰς ἑκάστου γνώμας διήγγελλον αὐτῷ, καὶ τὰς ἐρωτήσεις προεμήνυον, καὶ ὧν μάλιστα ἐφίενται· ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, καὶ πρὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους, καταλαμβάνεσθαι.

37. Verum etiam exploratores in ipsa Roma multos sane constituerat conjuratorum, qui sententias uniuscujusque sibi nuntiarent, & ante indicarent interrogationes, quaeque maxime cuperent, ut paratum ad responsiones, jam ante adventum suum missi invenirent.

Καὶ πρὸς μὲ [c] τὰς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα [d] προεμηχανᾶτο. τελετάς τε γάρ τινα συνίστα, καὶ δαδουχίας, καὶ ἱεροφαντίας, τριῶν ἐξῆς αἰεὶ τελουμένων ἡμερῶν. καὶ ἐν μὲ τῇ πρώτῃ, [e] πρόρρησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη· εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω· οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ, τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίνετο.

38. Et ad *res* Italicas haec & similia praeparabat. Mysteria etiam quaedam instituit, & facum gestationes, & sacrorum disciplinam, tribus deinceps diebus festo ritu peractis. Ac primo die edicebatur, ut Athenis, in hanc formulam, *Si quis Atheus, aut Christianus, aut Epicureus venerit, orgiorum speculator, fugito: qui autem Deo credunt, initiantor bonis auspiciis!* Deinde statim a principio fiebat exactio. Atque

a Τὰς] Ex P. additum. Deest in Edd. b Ἀκερσεκόμην] Sic Edd. reliquae, Ἀκειρεκόμην *Fl.* vid. nott. c Τὰς] Τοὺς *B2.* sola. d Προεμηχανᾶτο] Προεμήχανε τοῦτο P. e Πρόρρησις] Sic recte *P. H. Fl. B2.* Προῤῥήσεις *F.* male. Conf. *de Sacrif.* c. 12.

50. Προμαχ. αὐτῶν] Lege αὐτῶν. *F.G.* Et sic jam dedimus. *J.F.R.*

Ibid. Τὰς] P. solus ante συλλαβὰς. *M. du S.*

51. Ἀκερσεκόμης] Utitur ea voce etiam *Pindarus* in Pyth. III. usurpat alibi etiam ἀκειρεκόμας. Isthm. I. & sic habet hic codex P. Posterior scriptura occurrit etiam apud *Philost.* 885. *M. du S.*

Ἀκερσεκόμην] Nota haec *Solani* pertinet ad superius Ἀκερσεκόμης. nam ibi Codicem P. ἀκειρεκ. legere, in *Juntina* notatur; contra, hoc loco Florentinam editionem ἀκειρεκ. habere, quum Cod. ἀκερσ. jam cum cett. Edd. habeat. Cumque de Flor. quam inspexi, recte moneat, etiam de Codice recte monuisse credo; licet in Ed. *Hag.* inverse quoque notarit Cod. P. hic ἀκειρ. habere, supra vero cum vulgato consentire: quod cum parvi referat, ordinem ejus notae immutare nolui, & ne haec quidem adnotassem, nisi ostendendum esset, me in lectione dubia priscas Edd. diligenter consuluisse. Vid. pag. praeced. No. 38. *J.F.R.*

60. Τὰς σὺ] *B2.* τοὺς, ex editoris conjectura, ut alia multa; neque enim usum se ullo antiquo Ms. profitetur. *M. du S.*

Τὰς σὺ τῇ Ιτ.] Videtur legendum τὰς σὺ τῇ Ἰταλίᾳ. Neque enim est, quo commode referatur τὰς. Ita certe interpretatus sum. *J.M.G.*

Τὰς σὺ τῇ Ιτ.] Intellige πόλεις. *F.G.* De hac ellipsi conf. *L. Bos*, p. 132. *J.F.R.*

62. Δαδουχίας] Sic infra *de mort. Peregr.* c. 28. *M. du S.* At quid opus tam longe nos remittere ad vocabulum satis usitatum quaerendum, quum principio c. 40. hujus Dial. quoque occurrat. *J.F.R.*

63. Τελουμένων] Malim τελουμένας. *F.G.*

65. Ὥσπερ Ἀθήνησι] Eleusine dicebant ταῖν Θεαῖν v. *Casaub. Capitol.* in M. Aur. XXVII. Prioribus temporibus formula erat. ἐκὰς ἐκὰς ὅσοις ἀλιτρός. vel ut habet *Lampridius: nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit.* De quibus formulis consule etiam *Orig.* c. Cels. III. p. 147. 2. ubi Celsi verbis plures proponit. Adde Δήμων. c. 34. unde patet Barbaris etiam hisce sacris interdictum fuisse. *M. du S.*

66. Χριστιανὸς] Exploraturi itaque fraudes hujus Pseudoprophetae interdum & ipsi Christiani sacra ista, alias illicita, adibant: ab iisque sibi aeque ac ab Epicureis metuebat Alexander. Unde zelus Christianorum in detegendis fraudibus & impostoris patescit. Nam quod Epicurei idem factitabant, non mirum otiosos plerumque homines, quibus talia ludus erant, & quavis comoedia jucundius spectaculum, operam dedisse hujusmodi superstitiosis hominibus deridendis. Christianos autem graves & minime futiles aut otiosos, imo

que ipse initio dicebat, *Foras Christianos!* Multitudo universa subjiciebat, *Foras Epicureos!* Tum Latonae agebatur puerperium, & Apollinis partus, & Coronidis nuptiae, & nascebatur Aesculapius: altero autem die Glyconis adventus & nativitas Dei.

ἀγγέλο. καὶ ὁ μὲ ἠγεῖτο, λέγων, ἔξω Χριστιανός. τὸ δὲ πλῆθος ἅπαν [f] ἐπεφθέγγετο, ἔξω Ἐπικουρείους. εἶτα Λητοῦς ἐγίγνετο λοχεία, καὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ, καὶ Κορωνίδος γάμος, καὶ Ἀσκληπιὸς ἐτίκτετο. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ Γλύκωνος ἐπιφάνεια καὶ γένεσις τοῦ θεοῦ.

39. Tertio, Podalirii erant & matris Alexandri nuptiae. Dadis (*sacularia*) autem *illa dies* vocabatur, & faces accendebantur. Tandem *agebantur* Lunae & Alexandri amores, nascensque uxor Rutiliani. Facem porro gestabat, & praeibat cerimonias *alter* Endymion, Alexander. Ac ipse quidem dormiens jacebat in medio, descendebat autem ad illum ex tecto tanquam e caelo pro Luna-Rutilia quaedam formosissima, procuratorum Caesaris cujusdam uxor, vere illa amans Alexandrum, & amata vicissim ab illo, atque in oculis miseri illius viri, osculumque ipse initio dicebat, *Foras Christianos!* Multitudo universa subjiciebat, *Foras Epicureos!* Tum Latonae agebatur puerperium, & Apollinis partus, & Coronidis nuptiae, & nascebatur Aesculapius: altero autem die Glyconis adventus & nativitas Dei.

Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, Ποδαλειρίου τε ἦν καὶ [g] μητρὸς Ἀλεξάνδρου γάμος. Δαδὶς δὲ ἐκαλεῖτο, καὶ δᾷδες δὲ ἐκαίοντο. καὶ τελευταῖον, Σελήνης καὶ Ἀλεξάνδρου [h] ἔρως, καὶ τικτομένη τοῦ Ῥουτιλλιανοῦ ἡ γυνή. ἐδαδούχει δὲ ὁ ἱεροφάντης ὁ Ἐνδυμίων Ἀλέξανδρος, καὶ ὁ μὲ καθεύδων ἔκειτο, κατέκειτο ἐν τῷ μέσῳ. κατῄει δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐκ τοῦ ὄροφος ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἀντὶ τῆς Σελήνης, Ῥουτιλλία τις ὡραιοτάτη, τοῦ Καίσαρος οἰκονόμων τινὸς γυνὴ, ὡς ἀληθῶς ἐρῶσα τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀντερωμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἀληθοῦς [k] ἐκείνης ἀνδρὸς, φιλήματα

[f] *Ἐπεφθέγγετο*] Ἐφθέγγετο *Fl.* Pro vulgata stat Cod. P. & reliqq. Edd. [g] *Γάμος*] Ἔρως P. [h] *Ἔρως*] *Γάμος* marg. *A1.* [i] *Ἡ*] Deest articulus in *Fl.* Adest in *J. H. P.* &c. [k] *Ἐκείνης*] Ex Mss. Gr. Ἐκείνου Edd. priores.

imo odiis & injuriis non privatorum tantum hominum, sed & magistratuum Imperatorumque pressos, hoc egisse, ut ab illusionibus praestigiisque Orbem terrarum vindicarent, in admirationem certe quemvis rapere necesse est. Aliam affert hujus rei caussam *Lactant* minime respuendam, quam si lubet legere, adeas librum ejus IV. c. 27. Nos hac nunc contenti erimus. *M. du S.*

Χριστιανὸς — φυγέτω] De Christianis aliisque, ab his sacris arceri solitis plura congessit Rev. *Jac. Elsn.* ad Apocal. XXII. 15. ubi & his Luciani verbis utitur, & ex *Socratis* Hist. Eccl. VII. 8. quoque docet, Isdigerdem Persarum Regem ab Magis judicatum arcendum a sacris, quod Marutha Mesopotamiae Episcopo familiarius uteretur. Verba ipsa ex *Julian.* Epist. 52. aliaque vid. ibid. *J. F. R.*

67. Πιστεύοντες τῷ θεῷ] Formula jam a Christianis desumta. *M. du S.*

68. Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ] Conf. supra dicta ad c. 14. *J. F. R.*

70. Ἔξω Χριστιανούς] Vid. *Hoffmann.* in notis ad *Galenum* de usu partium, No. 295. Item *Dodwellum* Diss. in Iren. II. p. 168. 169. *M. V. la Croze.*

85. Ῥουτιλλία] Fictum nomen putarim, quo superstitiosam foeminam denotet: certe illud τις vix patitur, ut de gente Rutilianorum intelligas. Observandum autem haec sacra non Romae, sed in Paphlagonia celebrata: quae quidem res aliquid difficultatis habet; nam qui factum est, ut Imperatoris *Oeconomo* licuerit tam longe ab aula versari? *Procuratorem* ergo verte. Statuendum enim hoc ob Alex. praesentiam, quem haud temere quisquam, Oraculi cura aliis demandata, Romam profectum existimabit. Si tamen *Oeconomum* retinere velis, potuerit unus aut alter abesse, per vices reliquis munus obeuntibus, & praesertim quo tempore M. Aurel. Athenis commorabatur, Abonoteichitarumque Oraculum cum uxore petiisse. Ego *procuratorem*, uti etiam verti, intelligo. *M. du S.*

88. Ἐν ὀφθαλμοῖς] Conf. supra *Phalar.* I. c. 5. Et Reverend. *J. Elsner.* ad Evang. *Matth.* XXI. 42. recte docentem, non esse hoc Poëticum, ut putabat *Gataker.* Adde & nostrum *Tyrannicid.* c. 17. ἐν ὀφθαλμοῖς δίκας. Sic εἰς & κατ' ὀφθαλμοὺς vid. Fratr. *G. Ot. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 505. *J. F. R.*

89. Ὀλιθρίου ἐκείνου] Scribendum videtur τοῦ ὀλιθρίου ἐκείνης ἀνδρὸς. Et ita Interpres legisse videtur. *F. G.*

Ibid. Ἐκείνου ἀνδρὸς] Leve est quod de Rutillia, quam in oculis mariti ejus osculabatur, legitur mendose καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ὀλιθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς φιλήματα δ' ἐγίγνετο. cum rectius Mss. ἐκείνης ἀνδρὸς sc. Ῥουτιλλίας. *J. G. G.*

Ἐκείνης] Auctoritatem Mss. G. secutus sum; libri

λήματά τε ἐγίγνετο ἐν τῷ μέσῳ, καὶ πλοκαί, εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες, τάχ' ἄν τι καὶ τῶν [a] κόλπου ἐπράθη. μετὰ μικρὸν δὲ εἰσῆλθε πάλιν ἱεροφαντικῶς ἐσκευασμένος ἐν πολλῇ τῇ σιωπῇ· καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, [b] Ἰὴ Γλύκων. ἐπεφθέγγοντο δὲ αὐτῷ ἐπακολουθοῦντες, Εὐμολπίδαι δῆθεν καὶ [c] Κήρυκές τινες Παφλαγόνες, [d] καρβατίναις ὑποδεδεμένοι, πολλὴν τὴν σκοροδάλμην ἐρυγγάνοντες, Ἰὴ Ἀλέξανδρε.

Πολλάκις δὲ ἐν τῇ δαδουχίᾳ καὶ τοῖς μυστικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἐξεπίτηδες, χρυσοῦς διεφάνη, δέρματος, ὡς εἰκός, ὑπὸ χρυσοῦ περιτεθέντος, καὶ πρὸς τὴν αὐγὴν τὴν λαμπάδων ἀποστίλβοντος. ὥστε καὶ γενομένης ποτὲ ζητήσεως διά τινα τῶν μυροσόφων ὑπὲρ αὐτοῦ, εἶτα Πυ-

culaque intercedebant in medio; & complexus; si vero minus multae essent faces, forte etiam quiddam eorum quae sub veste fieri solent, patratum est. Parvo autem interjecto temporis spatio rursus intrabat, ut Antistitem cerimoniarum decet, exornatus multo cum silentio: magnaque voce dicebat, *Io Glycon.* Succlamabant autem illum secuti, Eumolpidae nimirum & Ceryces quidam e Paphlagonia, carbatinis calceati, acrem allii odorem multum ructantes, *Io Alexander.*

40. Saepe autem in illa sacrum gestatione & mysticis saltationibus nudatum ipsius de industria femur, aureum apparuit, circumpositā, ut probabile est, pelle inaurata, & ad lucernarum splendorem refulgente. Itaque exorta aliquando disputatione de illo inter duos stultitiae illius consultos, *utrum*

Py-

a Κόλπου] Recte Edd. Κολποὺς P. *b* Ἰὴ] Nihil hic variare Edd. notat *M. du S.* neque hic; neque paullo post in ead. voce. *c* Κήρυκες] Κήρυκες minore litera Edd. priores, aeque ac mox καρβατίναις. *d* Καρβατίναις] Καρβατίδας *Fl.* male.

enim quos consului, ἐκεῖνον omnes habent. *M. du S.*

91. Κόλπου] Cod. P. male habere κολποὺς notarat *Solan.* bene quidem eam lectionem reprehendit, si accentus ita positus. Et κόλπου singulare & genitiv. veram lect. esse non dubito, quia sic & alibi apud Nostrum; vid. saltem c. 26. hujus Dial. Interim & plurali numero κόλποι dicitur de unius hominis sinu, ut *Long. Past.* I. p. 27. Ed. *Jung.* Καὶ ὁ τίττιξ ὑπὸ τῶν κόλπων τὰς χλόης ἐπήχησεν. Iterum ibid. p. 34. Ἐμπίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις. Rursus apud eumdem L. IV. p. 137. sive potius 145. Ed. *Moll.* (nam per errorem typogr. paginarum numerus vitiose est expressus) τὸν Χλόην ὑπὸ τοῖς κόλποις εἶχε. *Homer.* Il. I. sive IX. 566. Πρόχυν ἀπὸ στέρνοιο, δύω δὲ δάκωμι κόλπω. Adde & *Aelian.* V. H. XIII. 31. *J. F. R.*

ait, *femina, ſi vel e lapide ſit, amatur! Quid vero ſi quis animatam ejusmodi pulchritudinem videat? Nonne una illius nox Jovis ſceptris aeſtimetur?* Subridens autem Callicratides, *Nondum*, inquit, *Charicles novimus, an multas id genus narrationes audituri ſimus, cum erimus Theſpiis. Et nunc jam ipſius, quam tanto opere admiraris, Veneris manifeſtum eſt hoc documentum. Qui iſtuc?* interrogante Caricle, probabili admodum ſermone uti mihi viſus eſt Callicratides, cum diceret, *Amatorem illum juvenem, totius noctis otioſam uſuram nactum, adeo ut integram exſatiandae cupiditatis facultatem haberet, puerilem in modum ſaxo ſe applicuiſſe, qui vellet, ſcilicet neque anteriori eam parte eſſe feminam.* Multis igitur indiſcretis incaute prolatis ſermonibus, promiſcuum ego tumultum ſedans, *Viri*, inquam, *ſodales, modeſtum ſervate diſputandi ordinem, ut venuſta lex eſt eruditionis. Relicta ergo perturbata illa & exitum habente nullum rixa, per vices pro ſua quisque ſententia contendite. Etenim tempus nondum ad-*

Οὐκοῦν τὸ ξύλον, καὶ λίθινον ἦ, φιλεῖται. τί δ' εἴ τις ἔμψυχον εἶδε τοιοῦτο κάλλος; ἆρ' οὐκ ἂν ἡ μία νὺξ τοῦ Διὸς σκήπτρων ἐτιμᾶτο; μειδιάσας δὲ ὁ Καλλικρατίδας, Οὐδέπω, φησὶν, ἴσμεν, ὦ Χαρίκλεις, εἰ πολλῶν ἀκουσόμεθα τοιούτων διηγημάτων, ὅταν ἐν [c] Θεσπιαῖς γενώμεθα. ἡ πῦρ δὲ τὸ [d] ὑπὸ σοῦ ζηλωθὲν Ἀφροδίτης [e] ἐναργὲς ὅτι τοῦτο δεῖγμα· πῶς; ἐρωμένῃ τοῦ Χαρικλέους, ἄγαν πιθανῶς μοι ἔδοξε λέγειν ὁ Καλλικρατίδας· ἔφη γὰρ, ὡς ὁ ἐραθεὶς νεανίας, παννύχιον σχολὴν λαβόμενος, ὥστ' [h] ὅλην τὴν πάθους ἔχειν ἐξουσίαν χορευθῆναι, παιδικῶς τῷ λίθῳ προσωμίλησε, βεληθεὶς, οἶδ' ὅτι, μηδὲ πρόσθεν [i] εἶναι τὸ ξύλον. πολλῶν δὲ ἀκράτων ἀφυλακτισθέντων λόγων, τὴν συμμιγῆ καταπαύσας ἐγὼ θόρυβον, Ἄνδρες, εἶπον, ἑταῖροι, τὸ κατὰ κόσμον [k] ἔχεσθε ζητήσεως, ὡς εὐπρεπὴς ὁ νόμος παιδείας. ἀπαλλαγέντες δὲ τῆς ἀστάκτου, καὶ πέρας οὐδὲν ἐχούσης φιλονεικίας, ἐν μέρει ὑπὲρ τοῦ αὐτὸς ἑαυτῷ δόξης ἕκαστος ἀποτεινάσθω· καὶ γὰρ οὐδέπω καιρὸς ὀπτᾶν

c Θεσπιαῖς] Sic Edd. Θεσπιάσι W. & *Schol.* f Ὑπὸ] Ἀπὸ W. Sed vulgata eſt potior. g Ἐναργὲς] Recte ſic M. B2. *F. Fl. P.* Ἐναργὴς male *S.* & *A.* h Ὅλην] Ὅλον marg. *A1.* i Εἶναι τὸ ξύλον] Μηδὲν τῷ ξύλῳ marg. *A1.* k Ἔχεσθε] Ἔχεσθ W.

1. Θεσπιάσι] Πόλει. *V.* Proditur Praxitelis Ἔρως ἐν Θεσπιαῖς εἶναι. quem ſculpſit quidem ille, dicavit autem Glycera meretrix illic exiſtens, λαβοῦσα δῶρα παρὰ τοῦ τεχνίτου. Multi autem eo profecti ſunt ad videndum Cupidinem. *G.*

10. Ἀκράτων] Ἀδιακρίτων. *G.*

17. Ἀποτεινάσθω] Ἐκτεινάσθω. Φιλονικείτω. *V.*

apud quem lib. I. c. XI. in digreſſione de Dea Peſſinuntia, ubi quum narratum eſſet, quemadmodum navis, qua Dea fuerit vecta, in Tiberi amne adhaereſcens a ſola virgine Veſtali (Claudia) ſoluta pertraheretur Romam; additur, ὁμοῦ δὲ τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ στόμιον τῆς Παρθένου Ῥωμαῖοι ἐθαύμασαν. *Tan. Faber* in epiſtola noviſſimae Herodiani editioni praefixa reponit ἐναργές, at fruſtra. Quemadmodum apud Lucianum ἐναργὲς δεῖγμα eſt *ſignum manifeſtum*; ita apud Herodianum τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ eſt quaſi manifeſtum Deae Peſſinuntiae numen; quae precanti Claudiae annuerit, & ſequi rogata, ſecuta ſit. Hiſtoria eſt etiam ex *Livio* & *Suetonio* in Tiberio nota. Sic de Deo Glycone dixerat etiam ſupra c. 13. *Pſeudomantis*, civitatem accepturam eſſe ἐναργῆ τοῦ θεοῦ. (Recte contra *Fabrum* adſeris τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ. *Homer.* Il. Υ. 136. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. *Schol.* χαλεποὶ δὲ οἱ δυσκολοι θεοὶ φανῆναι φανερούμενοι τοῖς ἀνθρώποις. Sic *Odyſſ.* K. 201. ubi *Schol.* ἐναργεῖς, φανεροί. Dii, Deaeve, qui, quieve ſigna manifeſta dabant ſuae efficaciae, *praeſentes* Latinis appellabantur. Vid. *Spanhem.* de uſu & praeſt. Numiſm. p. 387. &c. *Ortwinius.*) male *Caſaub.* ad *Polyb.* I. p. 1. pro ἐναργεστάτῳ, ἐνεργεστάτῳ. *F. F.*

3. Δεῖγμα] Sic Edd. principes cum ſequioribus habere, notarat *Solan.* Neſcio quare; neque varietatem deſidero. *F. F. R.*

15. Πέρας ἰδὲν] In obſervatt. Rever. *Fac. Elſner.* ad *Timoth.* I. 4. ubi haec Luciani adducuntur, πέρας editum pro πέρας, in Edit. Traject. p. 287. f. Errore, credo, typographico. *F. F. R.*

ναῦν ἀπιέναι· [a] τῇ δὲ σχολῇ καλὰ χρῆς ἐὸν εἰς ἱλαρίαν, ᾗ μὴ τέρψεως ὠφελήσει δυναμένην σπουδήν. ὑπεκστάντες δὴ τῶν νεὼ (πολὺς γὰρ ὁ κατ' εὐσέβειαν ὄπιθοι τοῦ ὄχλου) εἰς ἕν τι τῶν συμποσίων ἀποκλίνωμεν, ὅπως δὴ ἀρεμίας ἀκοῦσαι τε καὶ λέγειν [c] ἄφ' [d] ἧν βουλόμεθα, ἐξῇ· μεμνῆσθαι δ' ὡς ὁ τήμερον ἡττηθεὶς οὐκ ἔτ' αὖθις ἥξει τὰ ἴσα διοχλήσων.

Καλῶς ἔδοξα ταῦτα λέγειν, καὶ συγκατανευσάντων, ἐξήειμεν, ἐγὼ μὲν ἡδόμενος, εὐδαιμίας με πιεζούσης φροντίδος· οἱ δ' ὑπὲρ συνουσίας, μεγάλην ἐν ἑαυτοῖς σκέψιν ἔνθα καὶ κάτω κυκλοῦντες, ὡς δεῖ τὰ πρὸ πομπῆς ἀγωνιζόμενοι Πλαταιᾶσιν. ἐπεὶ δ' ἥκομεν εἴς τι συμπρεφὲς καὶ παλύσιον, ὥρα θέρους, ἀναπαυστήριον, ἡδύς, εἰκών, ὁ τόπος, ἐγὼ, καὶ γὰρ οἱ κατὰ κορυφὴν λιγυρὸν [e] ὑπερηχοῦσι τέττιγες, ἐν μέσῳ πάνυ δικαστικῶς καθεζόμην, αὐτίκα ἐπ' αὐταῖς ὀφρύσι τὴν Ἡλιάδα ἔχων. προθεὶς δ' ἀμφοτέροις κλῆρον ὑπὲρ τοῦ, τίνα χρὴ πρῶτον εἰπεῖν, ἐπειδὴ Χαρικλῆς ἐλελόγχει πρότερον, [f] εὐθὺς ἐπάρχεσθαι τοῦ λόγου διεκελευσάμην.

Ὁ δὲ τῇ δεξιᾷ τὸ πρόσωπον ἀναλίψας, ἡσυχῇ, καὶ μικρὸν ὑπακούσας, ἄρχεται τῇ δέ πῃ, Σὲ, δέσποινα τῶν ὑπὲρ σοῦ λόγων, Ἀφροδίτη, σὲ βοηθὸν αἱ ἐμαὶ δέησεις καλοῦσιν ἅπαντι μὲν ἔργῳ, καὶ βραχὺ δὴ ἰδίας πειθοῦς ὑπισάξης, τελειότατόν ἐστιν, οἱ δ' ἐρωτικοὶ λόγοι πεττοῦς σου δέονται·

est mundi ad nivium; vtio autem debuimus ad hilaritatem, & ad ejusmodi, quod cum delectatione prodesse etiam queat, studium. Egressi itaque templo, (quando quidem multa turba religionis causſa adfluit) in coenationum unam devertamus, ut otioſe audire & dicere, quaecumque libuerit, liceat. Mementote autem, qui hodie victus fuerit, eum non amplius de iisdem rebus moleſtum nobis futurum.

18. Recte iſta dicere viſus ſum, & comprobantibus illis egreſſi ſumus, laetus ego, quem cura nulla angeret: at iſti cogitabundi, qui magnam intra ſe commentationem ſurſum deorſum volverent, quaſi de pompae ducatu Plataeis decertaturi. Cum autem delati eſſemus ad tecta undique & umbroſa ipſo aeſtatis tempore ſedilia, *ſuavis locus*, dicens ego, *etenim in cacumine jucundum quiddam cicadae ſtrepunt*, in medio, plane judicis in morem, conſedi, ipſam in ipſis ſupercilliis Heliaeam praeferens. Cum vero ſortem utrisque, de eo, uter prior diceret? propoſuiſſem, & Charicles priorem locum ſortitus eſſet, eum ſtatim ingredi orationem juſſi.

19. At ille dextra mulcens faciem, aliquantum cunctatus, ſic fere exorſus eſt: Te, Domina, cauſſae pro te, Venus, dicendae, adjutricem preces meae advocant. Cuicumque enim operi, vel parvum quiddam tuae ſuadelae, adſperſeris, illico perfectiſſimum eſt. Amatorii autem ſermones praeter caetera te indigent, tu enim germaniſſi-

a Τῇ δὲ] Τῷ δὲ male *S.* b Ὄχλῳ] Deeſt in *W.* c Ἄπτ'] Ἀπ' *W.* Vulgatam ſervant *J. Fl. P. Ba. S.* d Ἧι] Ἧ marg. *Ai. W.* Sed eodem redit; ἧν enim aeque in tertia perſ. dici quam ἦ, nimis notum. e Ὑπερηχοῦσι] Sic *W. Ex. Fl. J.* Ὑπερηχοῦσι *P. P. S.* f Εὐθὺς] Εὐθὺς male *J. Fl.*

33. Σωφρίς] Ἐσοφρόνιον *V.*

23. Ἄπτ'] Conf. ſupra *Lexiph.* c. 21. & *Hermot.* c. 30. f. Videbisque non ſolis Poëtis in uſu eſſe. Veram ἅπτω ſpiritu leni, habuimus *Lexiph.* c. 5. pr. & videbimus infra, *Rhet. praec.* c. 16. m. De utriusque uſu vide *Budaei* Commentt. p. 512. Qui ἅττα pro ἅ τινα interpretatur, *quaecumque*, ἅττα vero, *nonnulla, quaedam.* *J. F. B.*

31. Προπομπείας] Ego προπομπείας mallem. *M. du S.* *Ibid.* Περὶ τῆ προπομπείας —— Πλαταιᾶσιν] Refertur forte hoc certamen ad Daedala, ſolenne Plataeenſium, de quo *Pauſan. Boeot.* p. 547, 38. πληροῦνται, καθ' ἕκαστα τέλος τῶν πομπῶν ἀνάξουσι κ. τ. λ. unde forte colligas contentiones de ordine illius pompae olim fuiſſe. *J. M. G.*

42. Δη-

nissima illorum mater. Veni sane advocata mulieribus, *quae es* ipsa femina. Largire viris, ut mares manere velint, prout nati sunt. Equidem in principio statim orationis primam matrem, primam generationis omnis radicem, eorum quae vera esse censeo, testem advoco, sanctam illam dico universorum naturam, quae prima cogens & concilians mundi elementa, terram, aëra, ignem, aquam, horum ad se invicem commistione animata omnia ad vitam generavit. Quod vero sciret, mortalis nos materiae opificium esse, & breve vivendi tempus fato unicuique assignatum, ut unius interitus generatio alterius effet machinata est, & pro his, quae moriuntur, ea quae nascuntur admensa est, ut mutuis successionibus perpetuo tempore vivamus. Cum autem fieri non posset, ex uno uti quidquam nasceretur, duplicem in uno quoque *genere* naturam machinata est, maribus suas seminum conjectiones largita, feminam autem velut receptaculum genituraе constituens. Cum igitur commune utrique generi desiderium admiscuisset, ea sibi invicem copulavit, sacra necessitatis lege praescripta, ut in sua unumquodque natura maneat, & neque muliebre genus praeter naturam affectet virilia, neque indecenter virile mollescat. Itaque virorum cum mulieribus consuetudo, ad hunc diem immortalibus humanam vitam successionibus custodit. Neque enim quisquam vir ex viro se natum gloriatur: duobusque nominibus

σὺ γὰρ αὐτὴν γνησιωτάτη μήτηρ· ἴθι δὴ γυναιξὶ συνήγορος, ἡ θήλεια· χάρισαι δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι μένειν ἄρρενσιν, ὡς ἐγεννήθησαν. ἔγωγ' ἐν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, τὴν πρωμήτορα, καὶ πάσης γενέσεως [g] πρωτόρριζον, ὧν ἀξιῶ, μάρτυρα ὀπικαλοῦμαι· λέγω δὲ τὴν ἱερὰν τῶν ὅλων Φύσιν, ἣ τὰ πρῶτα πηξαμένη στοιχεῖα τῷ κόσμῳ, γῆν, ἀέρα, πῦρ, ὕδωρ, τὴν πρὸς ἄλληλα τούτων ὀπικράσει πᾶν ἐζωογόνησεν ἔμψυχον. ὀπιστομύη δ' ὅτι θνητὸς ἐσμεν ὕλης δημιούργημα, καὶ βραχὺς χρόνος ὁ τῷ ζῆν ἑκάστῳ καθείμαρται, τὴν ἑτέρου φθορὰν ἄλλου γένεσιν ἐμηχανήσατο, καὶ τῷ θνήσκοντι τὸ τικτόμενον ἀντεμέτρησεν, ἵνα ταῖς παρ' ἀλλήλων διαδοχαῖς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ζῶμεν. ἐπεὶ δὲ μὴν ἄπορον ἐξ ἑνός τι γεννᾶσθαι, διπλῆν ἐν ἑκάστῳ Φύσιν ἐμηχανήσατο. [h] τοῖς μὲν γὰρ [i] ἄρρεσιν ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων χαρισαμένη, τὸ θῆλυ δ' ὥσπερ γονῆς τινὰ [k] δοχεῖον ὑποφήνασα. κοινὸν [l] ἐν ἀμφοτέροις γένει πόθον ἐγκερασαμένη, συνέζευξεν ἀλλήλοις θεσμὸν [m] ἀνάγκης ὅσιον, καταγράψασα μένειν ὑπὸ τὴν οἰκείας Φύσεως ἑκάτερον, καὶ μήτε τὸ θῆλυ παρὰ Φύσιν ἀρρενωθῆναι, μήτε τἄρρεν ἀπρεπῶς μαλακίζεσθαι. [n] διὰ τοῦθ' αἱ σὺν γυναιξὶν ἀνδρῶν ὁμιλίαι, μέχρι δεῦρο τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀθανάτοις διαδοχαῖς φυλάττουσιν· οὐδεὶς ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς αὐχεῖ γενέσθαι. δυοῖν δ' ὀνομάτοιν σεβα-

g Πρωτόρριζον] Sic P. aliaeque recte. Πρωτορρ. male J. h Τοῖς μ̀] Hic pergit O. i Ἄρρεσιν] Ἄρσιν Q. Vulgatam tenet M. J. Bz. P. &c. k Δοχεῖον] Ἀγγεῖον W. P. L. l Οὖν] Deest in W. Adest in M. & Edd. m Ἀνάγκης] Ἀγάπης O. Nil mutat M. nec Bz. J. P. n Διὰ τοῦθ'] Desunt haec & seqq. in O. ad c. usque 22.

42. Δεῖξαι τὸ πρόσωπον ἐρυθριῶντος] Dixi alibi, hoc saepe repetit Lucian. J. B.

Ibid. Πρόσωπον ἐρυθριῶντος — ἀσχήμων] Fabius II. 3. 156. seq. *Cum judex dicere de caussa jusserit, lenicet consurgendum, tum — paullum est commorandum — non protinus est erumpendum, sed danda brevis cogitandi mora — In hac cunctatione suus quandam non indecentis pudor*, caput mulcere, &c. J. M. G.

53. Πρωτόρριζον] Sic πρωτόστομον infra c. 32. J. F. R.

54. Ὧν ἀξιῶ, μάρτυρα ἐπικ.] Benedictus ex aliis, quae proponit. Patet, quae sentio. J. G.

55. Τὴν ἱερὰν τῶν ὅλων Φύσιν] Hac de re copiose Interpretes Lucretii. J. B.

67. Καταβολὰς σπερμάτων] Ita in *Ep. ad Hebr.* XI. 11. ἡ αὐτὴ πίστις δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε. ad quem l. Cl. L. *Bos* haec Luciani quoque adfert, ut memorat in marg. *Graev.* Cl. *Hemst.* J. F. R.

69. Δοχεῖον] Quidam Codices Mss. pro δοχεῖον, ἀγγεῖον habent aut utrumque, si Excerptis fides. nempe W. P. & L. M. du S.

βασμίοιν πᾶσαι τιμαὶ [a] μέμυσιν, ἐξίσου πατρὶ μητέρα προσκυνούντων.

venerabilibus honores omnes tribuuntur, hominibus ex aequo patri matrem etiam adorantibus.

Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἔθ' ἡρωϊκὰ φρονῶν ὁ βίος, καὶ τ γείτονα θεῶν σέβων ἀρετὴν, οἷς ἐνομοθέτησεν ἡ φύσις [b] ἐπειθάρχει, καὶ καθ' ἡλικίας μέτρα γυναιξὶ [c] ζευγνύμενοι, γενναίων πατέρες ἐγίγνοντο τέκνων. κτ\ μικρὸν δ' ὁ χρόνος ἀπ' ἐκείνης τῆς μεγέθους ἐς τὰ τ ἡδονῆς καλαβαίνων βάραθρα, ξένας ὁδοὺς καὶ παρηλλαγμένας ἀπολαύσεων [d] ἔτεμεν. εἶθ' ἡ πάντα τολμῶσα τρυφὴ τ φύσιν αὐτὴν [e] παρηνόμησε· καί τις ἄρα πρῶτος ὀφθαλμοῖς τὸ ἄῤῥεν εἶδεν ὡς θῆλυ, δυοῖν θάτερον, ἢ τυραννικῶς βιασάμενος, ἢ πείσας πανούργως· συνῆλθε δ' εἰς μίαν κοίτην μία φύσις· [f] αὐτοὺς δ' ἐν ἀλλήλοις ὁρῶντες, ἔθ' ἃ δρῶσιν, ἔθ' ἃ πάσχουσιν, ἠδοῦντο· κτ\ πετρῶν δέ, φασιν, ἀγόνων [g] σπείρανλες, ὀλίγης ἡδονῆς ἀντικαλλάξαντο μεγάλην ἀδοξίαν.

20. Initio igitur, cum Heroicis adhuc sententiis viverent homines, & vicinam Deorum virtutem colerent, legibus a natura constitutis obtemperarunt, & pro aetatis modo conjuncti mulieribus, generosorum patres liberorum facti sunt. Paullatim vero vita ab illa magnitudine ad voluptatis barathra se demittens, novas *quasdam* vias & immutatas fruendi secuerunt. Deinde luxuria nihil non audens naturae ipsam legem violavit. Atque aliquis igitur primus ita marem oculis ut feminam intuitus, alterutrum horum, aut tyrannico eum more violavit, aut callidis persuasionibus induxit: intravitque cubile unum unus sexus: cumque se alterum in altero quisque videret, neque quae facerent, neque quae paterentur, erubescebant, atque per sterilia, quod ajunt, saxa seminantes, pro parva voluptate magnam permutabant infamiam.

21. Non-

a Μίσουσιν] Recte sic P. M. P. *V2. B2. S.* Μίλουσιν male *F. Fl.* b Ἐπειθάρχει] Ἐπειθάρχει W. c Ζευγνύμενοι] Μιγνύμενοι L. P. d Ἔτεμεν] Ἔτεμνεν W. e Παρηνόμ.] Παρενόμ. W. Augmentum adgnoscunt *F. Fl. P. S.* f Αὐτοὺς] Ἴσως αὐτοὶ L. g Σπείρανλες] Σπείρουλες W.

79. Πᾶσαι] Etiam πᾶσαι legi in *Fl.* adscripserat *Solan.* Quid tum? Legitur & in aliis, nec quisquam aliam lectionem desiderabit. Est enim πᾶσα τιμὴ, summus, perfectus, plenus honor, veluti πᾶσα αἰσχύνη in *Catapl.* c. 15. & πᾶσα ἀνάγκη centies apud Nostrum. Vel idem quod πάσας δίκας δίκαι μου ap. *Alciphr.* 2. 3. p. 226. Alibi interpretere *omnis generis*, ut ap. *Herodian.* 22. vers. fin. πάσαις τε γεραίραι τιμήμασι. Quomodo & Latinis frequens esse, si quis nescit, videat *Cic.* pro Leg. Man. c. 5. *omni supplicio excruciatum necavit*, i. e. summo. Et c. 23. 7. *vir bellorum omnium peritissimus*, i. e. omnis generis, ut ex c. 10. interpretatur Cl. *Heuman.* in not. quem etiam conferre licebit ad Orat. p. rod. in Sen. c. 19. ubi is edidit: *omne is flagitium se committere putaret*, pro vulgata Lect. *dedecus & flagitium*, pluribusque docet *omne* aliquando significare *summum & perfectum*. Sed quis dubitet de re tam nota! quare aliud obversatum fuisse menti *Solani* arbitror: nec de plurali τιμαὶ hoc sensu usitato dubitare potuit; nam & sic *Act. Apost.* XXVIII. 10. οἳ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς. Et *Menand.* Fragm. XII. 1. Βούλει γοῦν πρὸ παντὸς εἰ τιμαῖς ἴσχυ. Quid ergo haeserit, nescio. *F. F. R.*

Ibid. Μίσουσιν] M. P. & Edd. plerique. In *Fl.* & *F.* μίλουσιν. prave. *M. du S.*

84. Ζευγνύμενοι] Vulgatam praetuli, quia de matrimonio legitimo, non de promiscua Venere sermo est. *F. F. R.*

87. Ἴσως ὁδοὺς] Sic Latini istud obscoenum *viam* & *locum* dixerunt. *F. B.*

91. Πρῶτος] Infandi sceleris primum auctorem Lajum Graeci agnoscunt; quam in rem testem Euripidem adducit *Aelian.* de animal. VI. 15. Sed Sacrae Litterae diu ante Lajum meminerunt, cum Abrahami & Loti tempore jam excidium Sodomae scelus illud attulerit. *M. du S.*

93. Εἰς μίαν κοίτην μία φύσις] I. e. unius sexus. Vid. *L. Bos* ad Roman. I. 26. *F. F. R.*

96. Ἠδοῦντο] Sic ut edidi, esse in Edd. & M. adnotarat *Solan.* addens tamen, ἰδοῦντο alicubi legi, non adscripto libro. An ἴδοντο voluit? quod ex mutato spiritu & omisso puncto subscripto suspicere. Sed vulgatam esse potiorem indicant sequentia; non enim ἰδόντο, *non delectabantur*, dixisset, quum statim de voluptate modica addat. *F. F. R.*

Ibid. Κατὰ πετρῶν — ἀγόνων] De hoc Proverb. Paroemiogr. *F. B.*

99. Τοῦ-

21. Nonnullis quidem eo usque violentiae tyrannicae processit audacia, ut ferro etiam sacrilego naturam violarent: mariumque exhausta virilitate, cumulum quendam voluptatis invenirent. At miseri illi atque infelices, ut diutius sint pueri, non jam manent viri, ambiguum aenigma sexus duplicis, qui neque in quem nati sunt servaverint, neque habeant ad quem transiere: flos autem ille qui in juventute *aliquantum* manserat, in senectutem uti praematuram flaccescant, efficit. Simul enim in pueris censentur, & consenuere, nullum virorum intervallum habentes; adeo impura illa & mali omnis magistra luxuria voluptates impudentes aliam ex alia excogitans, ad eum usque morbum qui neque nominari honeste potest, lubrico vestigio prolapsa est, ut nullam libidinis partem ignoraret.

22. Si vero in qua nos lege constituit Providentia, unusquisque permaneret, mu-

[h] Τούτοις γε μὴν εἰς τοσοῦτον τυραννικῆς βίας [i] ἡ τόλμα προέκοψεν, ὡς μέχρι [k] σιδήρῳ [l] τὴν Φύσιν ἱερουλῆσαι· τὸ δ' ἀῤῥένων τὸ ἄῤῥεν ἐκκενώσαντες, εὗρον ἡδονῆς παρέλκοντα μέτρα. οἱ δ' ἄθλιοι καὶ δυστυχεῖς, ᾧ ἦν ὀλιγοστὸν ὥσι παῖδες, οὐδὲ ἔτι μένουσιν ἄνδρες, ἀμφίβολον αἴνιγμα διπλῆς Φύσεως, οὔτ' εἰς [l] ὃ γεγέννηνται Φυλαχθέντες, οὔτ' ἔχοντες ἐφ' ὃ μετέβησαν. τὸ δ' [m] ἐν νεότητι ὠδε μεῖναν ἀνθος εἰς γῆρας αὐτοὺς [n] μαραίνει πρόωρον. ἅμα γὰρ ἐν παισὶν ἀριθμοῦνται, καὶ γεγηράκασιν, οὐδὲν ἀνδρῶν μεταίχμιον ἔχοντες· [o] οὕτως ἡ μιαρὰ, καὶ παντὸς κακοῦ διδάσκαλος τρυφὴ, ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἡδονὰς ἀναιδύντως ὀπτῶσα, μέχρι τοῦ [p] οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν, ἵνα μηδὲν ἀγνοῇ μέρος ἀσελγείας.

[q] Εἰ δ' ἐφ' ὧν [r] ἡ πρόνοια [s] θεσμῶν ἔταξεν [t] ἡμᾶς, ἕκαστος ἵδρυτο, ταῖς μὲν γυναι-

[h] Τούτοις] Sic dedi ex marg. *A1.* ex L. & *Ald.* Εἴτοις Edd. cett. male. [i] Ἡ] Sic bene *Fr. Fl. P.* ἡ *J.* male. [k] Σιδήρῳ] Σιδήρου marg. *A1.* [l] Ὅ γεγένηνται] Ὅ τι γένηνται *J.* Ὅ γεγένηται cett. & M. Sed ν. medium duplicavi monente *Solano.* [m] Ἐν νεότητι] Bene sic P. & aliae. Ἐνεότητι male *Fl. J.* [n] Μαραίνει] Μαραίνειν W. [o] Οὕτως] Hic rursus pergit O. [p] Εὐπρεπῶς] Ita dedi ex L. & P. Ἀπρεπῶς O. Εὐπρεπεῖς Edd. [q] Εἰ δ'] Omittit has particulas *J.* & *Fl.* Habent eas ceterae. Item M. & O. [r] Θεσμῶν] Sic recte marg. *A1.* O. W. L. In M. abscissa vox. Θεσμὸν Edd. priores. [s] Ἡμᾶς] Sic Edd. & M.

99. Τούτοις] Prave antea legebatur in omnibus impressis, εἴτοις. Scriptura, quam secutus sum, ex L. est. *M. du S.*

Εἴτοις γε μὴν] Inconcinna & absurda lectio. *Aldina* non melius τούτοις. Legendum ἐθίοις γε μὴν, ut interpretatus sum. *J. M. G.*

Τούτοις γε μὴν] Maluissem Cl. *Gesneri* emendationem recipere; nam vulgatum εἴτοις intolerabile est; verum quia Τούτοις ex Cod. est, & vulgato saltem praestat, ac *Solan.* in textu ita mutarat, id edi passus sum, sed in versione nihil mutavi, quia illa ad sensum melior. *J. F. R.*

15. Εὐπρεπῶς] Ἡ μιαρὰ τροφὴ . . . μέχρι τοῦ οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν. Legendum esse εὐπρεπῶς, jam in versione sua videtur deprehendisse Interpres, recte vertens, *Sceleſta* (sive *impura*) *illa mollities in eum morbum, qui neque decore dici poſſit, prolapſa eſt.* Idem iterum in verbis subsequentibus [εἰ δ' ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμὸν ἔταξεν, ἡμᾶς ἕκαστος ἵδρυτο] recte vidit legendum ἡμῶν, vertens, *Quod ſi in iis, de quibus Providentia legem ſanciviſſet, unusquisque noſtrum ſeſe firmaret.* *J. F.*

Εὐπρεπῶς] Optime viderat Cl. *Jensius*, ita emendandum, quod omnes impressi habent εὐπρεπῶς. Ox. Cod. ἀπρεπεῖς. P. & L. uti edi curavimus, εὐπρεπῶς. In M. abscissa vox. *M. du S.*

18. Ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμὸν ἔταξεν] Nihil videbatur blandius quam pro ὧν legere ὃν, quae nimis facili inter dictantem scribentemque lapsu permutari potuere: cum ἡμῶν in ἡμᾶς mutari paullo difficilius fuerit. Phrasis τάττειν τινὰ ἐπί τινι θεσμὸν ita naturalis est & solennis, ut res difficultatem non habeat: tota structura verborum Graeca, & sexcenties usitata tum Nostro tum optimis quibusque scriptoribus: nescio an quis dixerit, τάττειν θεσμὸν ἐπί τινι πράγματος κ. τ. λ. *J. M. G.*

Ibid. Θεσμῶν] Sic, ut conjeceram legendum, habent Codd. Ox. item W. & L. Vocem autem ἡμᾶς, cave mutaſſis; recte enim habet. *M. du S.*

19. Ἡμᾶς] Ἡμῶν tamen in *Junt.* adscripserat *Solanus* credens ἕκαστος ἡμῶν construendum. Sed qui fieri id potest? nam ἡμᾶς pertinet ad ἵστυξεν, ideoque comma post ἡμᾶς, quo Edd. carebant, adposui. Meliore jure Cl. *Jens.* ἡμῶν legebat, dum θεσμὸν retineret;

ταικῶν ἀν ὁμιλίαις ἠρκέμεθα, καὶ παντὸς ἀνείδους ὁ βίος ἐκαθάρευεν. ἀμέλει πᾶσι τοῖς ὑδὲν ἐκ φορπᾶς λογισθέσεως παραχαράξαι δυναμένοις ζώοις, ἄχραντος ἡ τῆς Φύσεως νομοθεσία φυλάττεται. λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέαινιν, ἀλλ' ἡ κατὰ καιρὸν Ἀφροδίτη πρὸς τὸ θῆλυ τὴν ὄρεξιν αὐτῶν ἐκκαλεῖται. ταῦρος ἀγελάρχης βοσὶν ἐπιθόρνυται, καὶ κριὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἀῤῥένων πλησὶ σπέρματος. τί δὲ, ὑὸς συὶ μὴ εὐνὰς μεταδιώκουσι κάπροι; λυκαίναις δ' ἐπιμίγνυνται λύκοι; καθόλου δ' εἰπεῖν, εἴθ' οἱ [a] ἀέρια ῥοιζοῦντες [b] ὄρνεις, εἴθ' ὅσα τὴν ὑγρὰν καθ' ὕδατος εἵλκυσε λαῖτμα, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ γῆς τι ζῶον, ἄῤῥενος ὁμιλίας ἐπωρέχθη, μένει δὲ ἀκίνητα τῆς προνοίας τὰ δόγματα. ὑμεῖς δ', ὦ μάτην ἐπὶ τῷ φρονεῖν εὐλογούμενοι, θηρίον ὡς ἀληθῶς φαῦλον ἄνθρωποι, τίνι καινῇ νόσῳ παρανομήσαντες, ἐπὶ τὴν κατ' ἀλλήλων ὕβριν ἠρέθισθε; τίνα τῆς ψυχῆς τυφλὴν ἀναισθησίαν καλαχέαντες, ἀμφοῖν ἠστοχήκατε, φεύγοντες δὲ διώκειν ἔδει, καὶ διώκοντες ἀφ' ὧν ἔδει φεύγειν; καὶ [c] καθ' ἕνα τοιαῦτα ζηλῶν πάντων ἑλόμενον, οὐδεὶς [d] ἔσται.

[e] Ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τοῖς Σωκρατικοῖς [f] καὶ ὁ θαυμαστὸς ἀναφύεται λόγος, ὑφ' ὃν

lierum consuetudine contenti essemus, criminis omnis vita esset pura. Nempe apud animalia, quae vitiare nihil prava affectione animi possunt, nihil polluta naturae lex servatur. Non furunt leones in *sui sexus* leones, sed tempestiva Venus ad feminam libidinem illorum excitat. Dux gregis taurus in vaccas salit: & aries universum gregem masculo implet semine. Quid vero? non suum cubilia persequuntur apri? & lupas lupi inscendunt? Universim dicamus, neque qui aërias regiones perstrepunt volucres, nec quaecumque humidam per aquas sortem sortita sunt; sed neque *in* terra ullum animal masculam illam consuetudinem appetiit, sed immota manent decreta providentiae. Vos vero, o frustra sapientiae nomine bene audientes, mala profecto bestia, homines, quo novo morbo contra leges in mutuam contumeliam irritati estis? Quo caeco mentibus stupore offuso utrinque aberrastis, fugientes quae consectari oportebat, & a quibus fugiendum erat, ea consectantes? Ac si singulatim omnes eandem sibi rationem sequendam eligant, neque unus *paullo post superstes* fuerit.

23. Verum enim vero hic etiam Socraticis praeclara illa, *si Dis placet*, nascitur oratio,

a Ἀέρια] Ἀέριοι O. Nil mut. M. B2. *F. P.* b Ὄρνις] Sic M. *Fl. F. P.* &c. Ὄρνις O. Ὄρνις male B2. c Καθ' ἕνα] Καθ' ἕνα male *F.* d Ἔσται] Ἐστί O. Vulgata est in *F. P. V2.* B2. & M. Sed supra est *s.* e Ἀλλὰ γὰρ] Deficit rursus O. usque ad p. seq. f Καὶ] Abest a W.

20. Ἠρκέμεθα] Ἠγαπήμεθα. *V.*
21. Ἀμέλει] Διὰ τοῦτο. *V.*
34. Ἐπορέχθη] Ἐπορέγονται. *V.*

jam vero, quem θηρῶν ex Codd. restitutum sit, ἰμῶν non amplius volet. *F. F. R.*

27. Ταῦρος ἀγελάρχης] *Longus* lib. 4. *F. B.*

33. Λῆγω] *Manssionem* non male reddidit *Bened.* a λήγω *quiesco, permaneo.* Nec enim *cessandi desinendi* notionem solam huic verbo inesse putem; sed & *perseverandi*, ut ap. *Long. Past.* p. 71. καὶ τὸ τέγγεσθαι ὃς οὐκέτι λαγχάνοι, ubi nexus docet, oblectationem in noctem fuisse *extensam.* Si quis vero a λάχω pro λαγχάνω *deriveat*, ac *sortem* interpretetur, adeat de utroque significatu disputantes Commentt. ad *Callimach. Hymn. in Jov.* vers. 80. ubi λάξω editum pro Dorico λάξω, λάξω vero alii Libri habent. Conf. not. *Spanh.* p. 34. *F. F. R.*

42. Καὶ διώκοντες] Ox. ἰσί. In M. etiam, quamvis ἴσαι legatur, tamen supra adscriptum est *s.* Sed neutrum ego intelligo. *M. du S.*

Ibid. Διωκτέον] Sic infra c. 43. f. Τίς ταῦτα τὰ ἀγαθὰ διώκει; Et ita διώκειν pro *sectari* res bonas, supra non semel habuimus. Vid. saltem *Hermot.* c. 77. & Not.

tis, quae puériles aures, & plena ratiocinandi facultate destitutae, decipiuntur: quisquis ad maturitatem quandam mentis pervénerit, supplantari non jam possit. Animi enim quendam amorem fingunt, & cum pudeat illos corporis amare formam, virtutis se amatores vocant. Qua in re cachinnari saepe me subit. Quid enim vobis in mentem venit, venerabiles Philosophi, quod *eam aetatem*, quae longo jam tempore sui experimentum dedit, cui adventans canities & senectus virtutis testimonium perhibet, contemtam transmittitis? sed sapiens omnis amor in teneram aetatem attonito impetu fertur, in qua judicatum nondum est, quorsum se conversura sit sententia? Utrum lex est, deformitatem omnem pravitatis esse damnatam, continuo tanquam bonum laudari, quidquid pulchrum est? Verum enim vero secundum magnum veritatis interpretem Homerum

nihil pulchro minus enitet ore,
At formam eloquio Deus ornat, eumque tuentur
Laeti omnes: suavi intrepidus commixta pudore
Dum fatur, medioque in coetu praestat honore.

παιδικαὶ μὲ ἀκοαὶ τελείων ἐνδεεῖς λογισμῶν [g] Φαναχίζονται· τὸ δ' ἥδη [h] κατὰ φρόνησιν ἐς ἄκρον ἔχον οὐκ ἂν ὑπαχθῆναι δύναιτο. ψυχῆς γὰρ ἔρωτα πλάττουσι, καὶ τὸ τῆς σώματος εὔμορφον αἰδέμονες φιλεῖν, ἀρετῆς καλοῦσιν [i] αὐτοὺς ἐραστάς· ἐφ' οἷς μοι πολλάκις καγχάζειν ἐπέρχεται. τί γὰρ παθόντες, ὦ σεμνοὶ φιλόσοφοι, τὸ μὲν ἥδη μακρῷ χρόνῳ δεδωκὸς ἑαυτῆς πεῖραν οἵου ἐστὶν, ᾧ πολιὰ προσήκουσα καὶ γῆρας ἀρετὴν μαρτυρεῖ, δι' ὀλιγωρίαν παραπέμπεσθε; πᾶς δὲ ὁ σοφὸς ἔρως ὅπου τὸ νέον ἐπτόηται, μηδέπω τὸ λογισμῶν ἐν αὐτῷ, πρὸς ἃ τραπήσεται, ἀκριῶν ἐχόντων; ἢ νόμος ἐστὶ, πᾶσαν μὲν ἀμορφίαν πονηρίας εἶναι κατάκριτον, [k] εὐθὺς δ' ὡς ἀγαθὸν ἐπαινεῖσθαι [l] τὸ καλόν; ἀλλά τοι κατὰ τὸ μέγαν ἀληθείας προφήτην Ὅμηρον

— εἰδός τις ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ·
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει· οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι [m] λεύσσουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει [n] ἀγρομένοισιν·

Ἐξ-

[g] Φαναχίζονται] Sic W. recte. Φανακίζονται male *J. Fl. V.* *B.* *P. S.* [h] Κατὰ φρόνησιν] Καταφρόνησιν una voce *J. Fl. Mid.* Vulgatae adstipulantur cett. item P. & M. [i] Αὐτοὺς] Αὐτοὺς Edd. priores. [k] Εὐθὺ] Εἰδὺς marg. *RVW.* [l] Τὸ] Τὸ *J. Pell.* [m] Λεύσσουσιν] Sic *Homer.* & W. Λεύσσουσιν Edd. Luciani priores male. [n] Ἀγορεύουσιν] Sic *Hom.* *B.* P. &c. & M. Ἀγορεύουσιν male *J.*

Not. 46. *J. F. R.*

48. Φαναχίζονται] W. recte, in impressis φανακίζονται. *M. du S.*

Ibid. Τὸ δ' ἥδη &c.] Ὑποφορὰ adscriptum in marg. *Ar.* & duobus versibus inferius: ὑπόφορα. Ad indicandam scilicet figuram Rhetoricam. *J. F. R.*

51. Καταδύσεται ὑπαχθεὶς] Lege ὑπαχθείς. *F. G.*

Ibid. Αὐτοὺς] Melius sic scribitur, quam, ut in libris est, αὐτούς. *M. du S.*

56. Πρὸς τὸ λογισμῶν τὸ αὐτῷ πρὸς ἃ τραπήσεται πρὸν ἔχοντος] Verto potius: *Cum ratio ipsius necdum judicare queat, quo se convertere debeat.* Quam cum interprete: *Cum vis ratiocinandi nondum habeat ad quae judicium convertat.* Nam τὸ πρὸν pertinet ad ἔχοντος, non ad τραπήσεται. & ἔχειν πρὸν dicitur pro δύνασθαι πρῖναι. Infra c. 48. sensu contrario dixit Auctor, τὸν ἥδη λογίζεσθαι δυναμένου ἰλικίαν. & c. 24. Φρόνησις ἐλλιπὲς ἔχει λογισμόν. Apost. Ep. ad *Hebr.* V. 14. τὰ αἰσθητήρια ἔχειν γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. *L. Bos.*

61. Εἰδὺς] Eodem redire, scribasne hic εἰδὺς, an εἰδὺ, vid. infra c. 42. *J. F. R.*

62. Τὸ καλὸν] *Pelletti* licet scriptura blandiatur praevulgata, nihil tamen muto; nam τὸ καλὸν recte hic quidem se haberet, & vel sic dedisse Lucianum credas, si ad praemissum illud τὸ νέον respexeris; verum si ad sequentia ex Homero prolata prospicias, in quibus de *pulchro homine* agitur, & hic τὸ καλὸν servandum judicabis. *J. F. R.*

65. Εἰδός τις &c.] *Hom.* Od. Θ. 169. *M. du S.*

68. Λεύσσουσιν] Sic W. recte; ut apud *Homerum*. In reliquis libris λεύσσουσι. *M. du S.*

72. Καὶ

Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, [a]θεὸν ὡς [b]εἰσορόωσι.

καὶ πάλιν εἶπέ που λέγων,

— οὐκ ἄρα σοί γ' ὑπὸ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν.

Ἀμέλει τῇ καλῇ Νιρέως ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς πλέον ἐπαινεῖται.

Perque urbem adſpiciunt gradientem numinis inſtar.

Et rurſus alio loco,

At tibi formoſo ſub corpore non habitat mens.

Videlicet pulchro Nireo ſapiens Ulyſſes magis laudatur.

Πῶς οὖν φρονήσεως μὲν, καὶ δικαιοσύνης, τῆς τε λοιπῶν ἀρετῶν, αἷς τελείοις ἀνδράσι συγκληρον εἰλήχασι τάξιν, ὑδεὶς ἔρως ἐντρέχει, τὸ δ' ἐν παισὶ κάλλος ὀξυτάτας ὁρμὰς παθῶν ἐγείρει; πάντα γὰρ ἔδει Φαίδρᾳ μὲν Λυσίαν, ὦ Πλάτων, ὃν προὔδωκεν; ἢ τ' ἀρετὴν φιλεῖν Ἀλκιβιάδῃ εἰκὸς ἦν, διότι [c]ἠκρωτηρίαζε τὰ θεῶν ἀγάλματα, καὶ τ' ἐν Ἐλευσῖνι τελετὴν αἱ φωναὶ πότου [d]ἐξορχοῦνται φωναί; τίς ἑρασὴς ὁμολογεῖ γενέσθαι, προδιδομένων Ἀθηνῶν, καὶ Δεκελείας ὑπειχιζομένης, καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος; ἀλλ' ἄχρι μὲν ὑδέπω τὸν ἱερὸν Πλάτωνα φώγων[e] ἐμπίπλα, πᾶσιν ἐπέρασε· ἦν. μέλαθρος δ' ἀπὸ τῆς

24. Quomodo igitur prudentiae quidem aut juſtitiae, reliquarumque virtutum, quae ſorte quadam maturae aetatis viris adjunctae ſunt, amor non convenit; ſed ea quae in pueris eſt pulchritudo acutiſſimos perturbationum impetus excitat? Omnino enim amare oportebat Phaedrum propter Lyſiam, o Plato, quem prodidit; aut virtutem amare Alcibiadis conveniebat, propterea quod Deorum ſtatuas truncavit, & quod Eleuſinia myſteria voces inter comiſſationem fuſae propalarunt. Quis amatorem ſe profitetur, cum produntur Athenae, cum munitur Decelia, cum vita ſpectat ad tyrannidem? Sed quamdiu nondum, ut divinus Plato ait, barba erat oppletus, amabilis erat omnibus: cum vero

e

a Θεὸν] Edd. & M. Θεῶν *Homer.* b Εἰσορόωσι] Εἰσορόωσι *Fl. J.* c Ἠκρωτηρίαζε] Sic W. *Fl. P.* & quaedam al. recte. Ἠκρωτηρίαζε *J. S. H.* d Ἐξορχοῦνται] Ἐξορχοῦντο marg. *AIW.* e Ἐμπίπλα] Sic Edd. Ἐπίμπλα W.

89. Διαλύσεις] Τόπ. *V.* *Ibid.* Ἐπιτειχιζομένης] Ἐποικοδομῶ. *V.*

72. Θεὸν] Servavi hanc ſcripturam, quam in M. etiam invenio; quamvis apud *Homerum* Θεῶν legatur. *M. du S.*

75. Οὐκ ἄρα &c.] *Hom.* Od. P. 454. *M. du S.*

80. Τάξιν] Forſan λῆξιν, ut ante c. 22. legendum, adſcripſerat aliquis; ego vero non credo. Nam ſic jam a λήχω pro λαγχάνω formandum eſſet, & *ſortem* ſignificaret, quod quidem aptum hic foret; ſed quia τάξις idem fere eſt, & paullo ante alio ſenſu uſurpavit, non credo hic λῆξιν rurſus locum habere. De confuſione autem nominum λῆξις, λᾶξις & τάξις ap. *Callim.* vid. Interprett. ad Hymn. Jov. v. 80. *J. F. R.*

83. Ὃν προὔδωκεν] Refert Phaedrus in dialogo qui hoc nomine inſcriptus eſt, ſermonem Lyſiae amatorium, quem refellit Socrates. De alia proditione nihil mihi occurrit. *J. M. G.*

84. Ἀλκιβ. —— ἠκρωτηρίαζε] Vide *Corn. Nep.* Alcibiad. *M. du S.*

Ἀλκιβιάδου] Marg. *Ald.* 1. remittit ad *Thucyd.* 6. Sed vid. eum VI. c. 53. *J. F. R.*

87. Ἐξορχοῦνται] De hoc verbo agentem vid. *Bergl.* ad Alciphr. III. Ep. ult. pr. quod jam ſupra dixi. Mallem tamen hic ἐξορχούμεναι legere, vel, ſi active hoc ſenſu uſurpare id verbum liceret, ἐξορχοῦσαι. Nam etſi, quod Cl. *Geſner.* fecit, ex vulgata ſenſus aliquis exſculpi queat, facilius tamen res procedet, ſi participium habeamus. *J. F. R.*

89. Ἐπιτειχιζομένης] De vi hujus verbi vid. multis agentem Cl. *Hemſterh.* T. I. *Nigrin.* c. 13. p. 63. *J. F. R.*

Ibid. Καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος] Benedictus *& vita tyrannidem videret.* Immo *vita imbianti tyrannidem*, vel ut prior, *tota vita ad tyrannidem ſpectaret.* *J. G.*

90. Κατὰ . . .] *Platonis* locus extat in Protagora, ipſo initio. *M. du S.*

Κατὰ τὸν ἱερὸν Πλάτωνα] Reſpicit, puto, ad Protagorae principium, ubi interrogat Sodalis Socratem, an veniat ἀπὸ συνουσίου τοῦ περὶ τὸν Ἀλκιβιάδου ὥραν; & ſubjicit καὶ μάν μοι πρώην ἐδόκει καλὸς εἶναι ὁ Ἀλκιβιάδης ὑμῖν, ἀνὴρ μέντοι ἔτι πάνυ νεανίσκος. Sed reſpondet Socrates εἶτα τί τοῦτο; σὺ γὰρ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινεῖς ἦ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ὥραν εἶναι τὴν ὑπηνήτου, ἣν νῦν

e puero transiisset in virum, qui aetate imperfecta adhuc prudentia plenam adsecuta rationem est, odio erat omnibus. Quid ergo? Turpibus animi affectionibus nomina verecunda tribuentes, virtutem appellant corporis decorem, adolescentiae magis amatores, quam sapientiae. Et haec quidem, ne insignium virorum infesto animo videamur meminisse, huc usque dicta sunto.

25. Paullum vero a nimio illo studio (*quo feruntur in adolescentulos sic dicti philosophi*) ad vestram illam, Callicratides, voluptatem delatus, ostendam, consuetudine puerorum praestantiorem longe esse muliebrem. Ac primum quidem voluptatis quemcunque fructum delectabiliorem arbitror, quo sit longior. Praetervolans enim celeris voluptas prius quam cognoscatur desinit. Quidquid autem oblectat, eo ipso quod protrahitur, melius est. Itaque optabile erat, ut etiam vitae longiorem diem sordida nobis Parca destinavisset, atque universum illud spatium nobis esset perpetua

παιδὸς εἰς [f] τὸ ἄνδρα, καθ' ἣν ἡλικίαν ἡ τέως ἀτελὴς φρόνησις ὁλόκληρον εἶχε τὸ λογισμόν, ὑπὸ πάντων ἐμισεῖτο. τί δή; πάθεσιν αἰσχροῖς ὀνομάτων ἐπιγράφοντες αἰδῶ, ψυχῆς ἀρετὴν λέγουσι τὸ [g] τοῦ σώματος [h] εὐπρέπειαν οἱ φιλόκαλοι μᾶλλον ἢ φιλόσοφοι. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐπισήμων ἀνδρῶν φιλαπεχθημόνως μνημονεύειν, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

Μικρὰ δ' ἀπὸ τοῦ ἄγαν σπουδῆς ἐπὶ τὴν [i] ὑμετέραν, ὦ Καλλικρατίδα, καλαβὰς ἡδονήν, ἐπιδείξω παιδικῆς χρήσεως πολὺ τὴν γυναικείαν ἀμείνω, καὶ τό γε πρῶτον ἐγὼ πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἡγοῦμαι τερπνοτέραν εἶναι τὴν χρονιωτέραν· ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παρατρέχουσα φθάνει, πρὶν ἢ γνωσθῆναι παυομένη· τὸ δ' εὐφραῖνον, ἐν τῷ παρέλκοντι κρεῖττον, ὡς [k] εἴθε καὶ βίου μακρὰς προθεσμίας ἡ μικρολόγος ἡμῖν ἐπέκλωσε μοῖρα, καὶ τὸ πᾶν ἦν [l] διηνεκὴς ὑγίεια, μηδεμιᾶς λύ-

[f] Τὸν] Τὸν *J.* Τὸν cett. & M. [g] Τοῦ] Abest artic. ab M. [h] Εὐπρέπειαν] Εὐγένειαν O. [i] Ὑμετέραν] Ἡμετέραν marg. *A1.* [k] Εἴθε] Εἴτε γε O. Nihil mut. *J. P. B2.* M. [l] Διηνεκὴς] Διωνεκὴς *J. Fl. P.* &c. Correctum in marg. *A1.*

8. Ὀξεῖα] Ταχεῖα. *V.*

10. Ἐν τῷ παρέλκοντι] Παρέλκον, τὸ ἀφεκτὸν, καὶ ἀθρεκτέον. *G.*

ων Ἀλκιβιάδης ἦν. Eodem vero in loco Protagoram Abderitanum, non juvenem, sed provectae maturitatis virum, pulchriorem vocat Alcibiade, ratione interposita, πῶς δ' ἂν μόνοις τὸ σοφιστῶν κάλλιον φαίνοιτο; nempe castus & purus sceleris Socrates captabat juvenes, quos moveri facilius ad virtutem putaret; pulchros, & ea re potentes, ut ad majorem reip. partem perveniret beneficium suum. Alcibiadem virum non reliquit Socrates, sed ab eo relictus est, cum is se consecutum putaret, quod appetiverat in Socrate, persuadendi facultatem. Paederastae Socratici, ut voluptuarii Epicurei. *J. M. G.*

91. Ἐμπίπλατο] *Solanus* correxerat ἐπίμπλατο, quia in W. sic invenerat. At non sequitur, ut primum unus Codex blanditur, statim vulgatam procul amoliendam. Utrumque enim, tam ἐμπίπλαμαι quam ἐμπίμπλημι invenitur apud Auctores. Simplex πίμπλημι vel πίμπλαμαι Nostro quidem frequens, & mox c. 27. rursus occurrit ἐπίμπλατο. Compositum quoque ἐμπίμπλημι ubique obvium. Sic ἐμπίμπλαμ) editum in *Alciphr.* III. 24. p 330. Verum & ἐπίπλατο fine μ in medio, habuimus supra in *Quom. Hist.* c. 20. Et Cl. *Bos* ex *Xenoph.* idem adducit, praeter duo testimonia in Lexicis prolata. Adde *D. Hal.* p. 382. ἐμπίπλωδι. Supr. c. 8. ἐμπιπλάμενον etiam Edd. quod ibi quoque intactum reliquimus. Ita & in *Homeri* Il. Φ. 311. ἐμπίπληθι quoque invenio; verum in Hymnis eidem attributis *In terram matrem omnium.* vers. 10. variatur in Edd. inter ἐμπίμπλαμ) & ἐμπίπλαμ). Quare quid Lucianus reliquerit nesciens, vulgatam non rejicio. Si vero ea fuerit *Solani* mens, ut verbum simplex hic aptius crediderit (nulla habita ratione scribaturne compositum ἐμπίπλ. an ἐμπίμπλ.) litem ei non moverim in re tam exigui momenti. *J. F. R.*

94. Ὁλόκληρον] Sic in I. Ep. ad *Thessal.* c. V. 23. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα — τηρηθείη. Ad quae verba Rever. *J. Elsn.* haec Luciani aliaque adfert, ut demonstret id significare *integrum*, sive, quod omnibus suis partibus constat. Sed res est nota. *J. F. R.*

13. Διηνεκὴς] Servavi scripturam Ed. *Salmur.* ut veriorem. Ac deinde cognovi, eandem firmari Codd. M. & Ox. *J. F. R.*

λύπης τ' ἀφάνειαν ἐκπομπεύσης. ἑορτὴν γὰρ ἂν καὶ πανήγυριν τ' ὅλον χρόνον [a] ἤγομεν. ἀλλ' ἐπεὶ τ' μείζονα ἀγαθὼν ὁ βάσκανος δαίμων ἐνεμέσησεν, ἔν γε τοῖς παροῦσιν ἥδιστα τὰ παρέλκοντα. [b] γυνὴ μὲν οὖν ἀπὸ παρθένου μέχρις ἡλικίας μέσης, πρὶν ἢ τελέως τ' ἐχάτην ῥυτίδα [c] τῷ γήρως ἐπιδραμεῖν, εὐάγκαλον ἀνδράσιν ὁμίλημα, κἂν παρέλθῃ τὰ τ' ὥρας, ὅμως ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τ' νέων σοφώτερον.

[d] Εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπειρᾷ παῖδά τις, αὐτὸς ἔμοιγε δοκεῖ παχυτιᾶν, ἀμφίβολον Ἀφροδίτῃ μελαδιώκων· σκληροὶ γὰρ οἱ τ' μελῶν ἀπανδρωθέντες ὄγκοι, καὶ τραχὺ μὲν ἀντὶ τῷ πάλαι μαλακῷ πυκαδὲν ἰξύλοις τὸ γένειον· οἱ δ' εὐφυεῖς μηροὶ θριξὶν ὡσαφεὶ ῥυπῶντες. ἀλλ' ὅτι τούτων ἀφανέστερα, τοῖς πεπειρακόσιν [e] ὑμῖν εἰδέναι παρίημι. [f] γυναικὶ δὲ ἀεὶ πάσῃ ἡ τῷ χρώματος ἐπιγίλβει χάρις, καὶ δασυλείς μὲν ἀπὸ τ' ὀβρύχων τ' κεφαλῆς ἕλικες, [h] ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια [i] πορφύρου-

fanitas, dolore nullo mentem depascente. Festum enim diem & celebritatem totum illud tempus transigeremus. Sed quandoquidem majora nobis bona invida fortuna negavit; in praesentibus certe suavissima, quae longissime durant. Mulier quidem igitur a virginitate inde ad mediam usque aetatem, ante quam omnino extrema senectutis ruga incurset, res est amplexu & consuetudine viri dignissima. Et licet illa formae maturitas praeterierit; tamen experientia illius habet, quod dicat sapientius adolescentulis.

26. At si quis viginti annorum adolescentulum aggrediatur, ipse pathicus esse mihi videatur, qui ambiguam adeo sectetur Venerem. Dura etenim membrorum in his qui viri facti sunt robora, & asperum pro molli quondam mentum, quod prima barba densavit, & femora illa bene nata pilis velut sordescunt. Quae hisce magis latent, vos qui experti estis, scire patior. In muliere autem semper omni coloris relucet gratia, & densae de cincinnis capitis spirae, hyacinthorum & purpurae instar pulchrum florent, partim per tergum fusae

a Ἤγομεν] Ἤγομαι male O. Vulgatam tuetur M. Fl. J. B2. P. b Γυνὴ] O. male ξυνὴ. c Τῷ] Deest artic. in O. d Εἰ δ'] Deficit rursus O. usque ad γυναικὶ. e Ὑμῖν εἰδ. παρίημι] Ἡμῖν i. παρίημι male J. & Fl. Ceterae recte ut edidi, cum W. Sed ἡμῖν etiam male S. & Ald. At correctum in marg. A1. f Γυναικὶ — χρώματος] Ὅτι τῇ γ. ἡ τῷ σώματος O. g Βοτρύχων τ' κεφ.] Τῆς κεφ. βοτρ. O. & M. h Ὑακίνθοις] Sic recte M. B2. S. Ἰακίνθοις cett. cum Ald. in cujus marg. emendatio tamen additur. i Πορφύρουσι] Sic etiam esse in Fl. notat M. duS. Est & in J. P. aliisque.

17. Ἥδιστα τὰ παρέλκοντα] In marg. A1. adjectum: Eurip. in Phoeniss. In Junt. additus versus, scil. 532. J.F.R.

22. Ἔχει] Eurip. Phoeniss. 532.

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά·
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν· ἀλλ' ἡ μπειρία
Ἔχει τι (Alii δίξαι. St.) λέξαι τ' νέων σοφώτερον.

Unde Ovidius Met. VI.

——— *Non omnia grandior aetas*
Quae fugiamus habet; seris venit usus ab annis.
M. duS.

31. Ἡμῶν] Lege ὑμῶν. F.G.
Ὑμῶν] W. B2. Fr. & P. recte. In reliquis ἡμῶν. M. duS.

34. Ὑακίνθοις] Anacreon etiam habet p. m. 66. B. σιφνιώτικους ὑακίνθους. Vid. Homer. Od. Z. 231. & Ψ. 158. 167. unde petita phrasis est. Adde Philostratum 98. unde liquet, nigrum colorem designari. M. duS.

40. Ἠλίκτρου] Electrum de auro purissimo exponit Cl. Spanhem. ad Callim. p. 684. & Sophocl. Antig. v. 1049. testem adducit. J.F.R.

Ibid. Σιδωνίας ὑέλου] Vitrum Sidonium. Strabo. F.G. (i. e. L. XVI. p. 1099. al. 758.) J.F.R.

43. Τοῖς ἀφατιθεῖσιν] Ita legendum necessario, & si forte contra omnes libros; activum enim opponitur passivo, ut scholastice dicamus. Ita mox ὁ ἀφελὴς & ὁ ὑφιστάμενος e regione quasi ponuntur. J.M.G.

Ibid. Διατιθεῖσιν] Monitu Cl. Gesneri sic edi curavi, etsi ἀφατιθεῖσι sine varietate adnotata inveni in Edd. antiqq. J.F.R.

49. Ὅθεν εὐρίθη τράπεζα κοινὴ, καὶ φιλίας μετέσχεν τράπεζα δαιμόνια] Non est credibile vocabulum τράπεζα in tam paucis verbis bis positum esse a Luciano.

In

fuſae ſcapularum decus; partim circa aures ac tempora, pratenſibus apiis multo laetiores. Reliquum vero corpus, ne minimo quidem illis ſuccreſcente pilo, electro, quod ajunt, vel Sidonio vitro refulget lucidius.

27. Quidni vero in voluptatum genere eas praeſertim perſequamur, quae ſunt mutuae? ubi aequaliter, qui inferunt amorem, & qui excipiunt, oblectantur. Fere enim non eo modo, quo animalia rationis expertia, ſolitariam vitam amamus; ſed ſociali quadam communione conjuncti, cum ſuaviora putamus bona, quae communiter habemus, tum mala leviora. Unde menſa communis inventa eſt, & pararium amicitiae menſam apponentes, debitam ventri voluptatem admetimur, non ſoli Thaſium, ut hoc utar, vinum bibentes, neque privatim ſinguli pretioſis nos cibis implentes: ſed jucundum unicuique videtur, quo fruitur cum alio, & communicatis voluptatibus magis delectamur. Congreſſus autem cum mulieribus, mutuum quendam

τις· οἱ μὲ, βλιτύτιος κέχυν), μελαφρόταν κόσμον, οἱ δὲ παρ' ὅτα ϗ κροτάφους, πολὺ τ ἐν λειμῶνι ἠλότεροι σελίνων· τὸ δ' ἄλλο σῶμα, μηδ' [k] ἀκαρῆ τριχὸς αὐταῖς ἐπαφυομένης, ἠλέκτρου, φασίν, ἢ Σιδωνίας [l] ὑέλου λαμπρεγγέστερον ἀπαστράπτει.

Τί δ' οὐχὶ τῶν ἡδονῶν ϗ τὰς ἀντιπαθείας μελαδιωκτέον, ἐπειδὰν ἐξίσου τοῖς μετιθεῖσιν οἱ πάσχοντες [m] εὐφραίνωνται); χεδὸν γὰρ ὡ [n] κατὰ ταυτὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὰς μονήρεις ἀτριβὰς ἀσμενίζομεν, ἀλλά πως φιλεταίρῳ κοινωνίᾳ συζυγέντες, ἡδίω τά τε ἀγαθὰ σὺν ἀλλήλοις ἡγούμεθα, ϗ τὰ δυσχερῆ κουφότερα μετ' ἀλλήλων. ὅθεν εὑρέθη τράπεζα κοινὴ ϗ φιλίας [o] μέσιτις [p] τράπεζαν ἀμφιθέμενοι, γαστρὶ τ ὀφειλομένῃ ἀπομερῶμεν ἀπόλαυσιν, ὡ [q] μόνοι τ Θάσιον, εἰ τύχοι, πίνοντες οἶνον, ὡδὲ καθ' αὑτὸν τῶν πολυτελῶν πιμπλάμενοι σιτίων, ἀλλὰ δοκεῖ τερπνὸν ἑκάστῳ τὸ μετ' ἄλλου, ϗ τὰς ἡδονὰς κοινωσάμενοι, μᾶλλον εὐφραινόμεθα. αἱ μὲ οὖν [r] γυναικεῖοι σύνοδοι, τ ἀπο-

[k] Ἀκαρῆ] Ἀκαρῆ O. Ἀκαρὲ M. Sed a manu rec. Vulgatam tuentur *J. B2. P. Fl.* [l] Ὑέλου] Deeſt hoc & ſeqq. in O. usque ad verſ. 4. cap. 41. [m] Εὐφραίνωνται] Εὐφραίνονται W. [n] Κατὰ ταυτὰ] Sic P. *P. Fr. B2. V2. S.* Κατ' αὐτὰ *J. Fl.* [o] Μισίτιν] Sic M. & Edd. praeter *J.* & *V2.* quae *μισίτλω.* [p] Τράπεζαν] Ita Edd. omnes. Ἑστίαν G. W. [q] Μόνοι] Μόνι *J.* male. [r] Γυναικῶαι] Sic *Fl. H. J. B2. P.* &c. Γυναικῖαι *Vorſt.*

In Mſſ. recte ſcribitur: ϗ φιλίας μεσίτου ἑστίαν ϖαθέθμοι. Communis focus eſt uxori & marito. Hinc *pro aris & focis dimicare.* Inferius in hoc libello, de feris ſolivagis, quia ratione carent, quaſi eſſent praeditae ἐξ ἴσου δὲ ἡμῶν ἱερὰ διαμάθμοι, ϗ μέσλα ἑστίαν τ ἰδίαν ἕκαστον οἰκῶν, ὑπὸ τοῖς κοινοῖς ἱπολιτεύοιλο νόμοις. *ſed ex aequo nobiſcum templum aedificatis & inhabitatis quisque ſuis laribus, communibus regerentur legibus.* non longe poſt, ἀπὸ τ πατρίας ἑστίας ἐξέρχεται. *ex patria domo prodit.* *J. G. G.*

50. Μισίτιν τραπ.] *Plut.* 274. f. φιλίων ϑείων βωμὸς ϗ ἑστία. *M. du S.*

Ibid. Τράπεζαν ϖαθέθμοι] Retineo τράπεζαν hic, quae ϖαθετίθεσϑ poteſt. Focus domeſticus immotus, puto, eſt: quamquam non ignoro *foculum*, *quo foventur epulae.* *J. M. G.*

52. Θάσιον] Vid. *Ariſtoph.* Plut. 1021. Ὄζειν τι τ χρόας ὄφεσκεν ἡδύ μου. ΧΡ. Εἰ Θάσιον ἐνέχεις — ad quae vid. Interpretes. Addam tantum Scholiaſtae verba. Ἐπεὶ ϗ Θάσου ἦκεν Στάφυλος, ὁ ἐράμενος Διονύσου. Ἀμφότεροι γὰρ ὁ Θάσιος οἶνος, &c. *J. F. R.*

57. Γυναικῶαι] Adſentior *Vorſtio γυναικῶαι* legenti; nam ut ipſi non ignotum fuit, Atticis adjectiva compoſita ac derivata in ος communi genere uſurpari, ita me non fugit etiam, Noſtrum adjectiva ab ſubſtantivis derivata pleraque terminatione feminina efferre, maxime hoc de quo quaerimus; ut mox c. 27. *Philopatr.* c. 3. &c. *Herodian.* etiam VI. 5. 19. γυναικεία διαίτα. Aliique paſſim. Nihil interim immuto, quia analoga exempla adferre poſſim haud pauca eorum quae modo communia ſunt, modo terminationem femininam adſciſcunt. Ita Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ex *Athen.* I. adtulit Clar. *Graev.* ad *de Salt* §. 70. Adde hic c. 30. vſ. 35. f. Sic *Herodian.* 2. 7. 3. ὀρέξαι χεῖρα σωτήριον, quod quidem ibi fieri dicas, ne confundatur cum ſubſtant. σωτήριον, verum & ος femin. idem *Herod.* 2. 3. 3. αἰφνίδιον μοῖραν ὀλῆναι (mitto αἰώνιον ζωὴν, *Evang. Luc.* XVIII. 18. & ſimilia perpetuo communia.) Ad noſtram diſquiſitionem aptius, quod *Thucyd.* adject. ἀναγκαῖος etiam communi genere utatur, quod alibi femin. terminationem adgnoſcit. Vid. eum L. I. c. 2. τ δὲ καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς. *Dionyſ. Hal.* Περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 25. 1. eadem verba repetit. Idem VII. p. 450. Ed. *Lipſ.* verſ. fin. τ ἀναγκαίου σταλίζεται τροφῆς.

ἀπολαύσεως ἀντίδοσιν ὁμοίαν ἔχουσιν· ἀλλήλοις γὰρ ἐξίσω ἀφθέντες, ἡδέως ἀπηλλάγησαν· εἰ γε μὴ δικαστὴς Τειρεσίας πρόσεκτέον, ὅτι ἡ θήλεια τέρψις ὅλῃ μοίρᾳ πλεονεκτεῖ τὴν ἄῤῥενα. καλὸν δ' οἶμαι, μὴ φιλαύτως ἀπολαῦσαι θελήσαντας, ὅπως ἰδίᾳ τι χρηστὸν ἀποίσουσι, σκοπεῖν ὅλην τοῦ τε λαμβάνοντας ἡδονὴν, ἀλλ' [b] ἐκεῖνο μερισαμένους, ἃ τυγχάνουσιν, ἀντιπαρέχειν ὅμοια· τοῦτο δ' οὐκ ἂν ὅτι παίδων εἴποι τις, οὐχ ὕτω μέμηνεν. ἀλλ' ὁ μὲν ἀφθεὶς, ἢ νομίζει ποτὲ ταῦτα, τὴν ἡδονὴν ἐξαίρετον λαβὼν, ἀπέρχεται· τῷ δὲ ὑφισταμένῳ, κατ' ὀλίγας μὲν ὀδύνας, καὶ δάκρυα, μικρὸν δὲ κατὰ χρόνον τὸ ἀλγηδόνος χαλασάσης, πλέον, ὡς φασιν, οὐδὲν ἂν ὀχλήσειας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ περιεργότερον εἰπεῖν (δεῖ δὲ ἐν Ἀφροδίτης τεμένει) γυναικὶ μὲν, ὦ Καλλικρατίδα, καὶ παιδικώτερον χρώμενον ἔξεστιν εὐφραίνεσθαι, διπλασίας ἀπολαύσεως ὁδὸς ἀνοίγεται, τὸ δ' ἄῤῥεν οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται ἀπόλαυσιν.

Ὡς εἰ μὲν καὶ ὑμῖν χρήσκειν [c] δύναται, πρὸς ἀλλήλους δὲ ἡμεῖς [d] ἀπατεχισώμεθα.

voluptatis fructum habent: cum enim aequaliter se invicem afficiant, delectati ambo abeunt, nisi forte Tiresias judex audiendus est, feminae voluptatem altero tanto majorem esse virili *pronuntians*. Honestum autem puto, homines non prae amore sui nimio, frui cum volunt, hoc spectare, ut ipsi pro se bonum quiddam auferant, totam ex aliquo voluptatem capientes; sed ut partientes quod consequuntur, vicissim praebeant similia. Hoc autem in pueris *ita se habere* non dixerit quisquam: non ita insanierit. Verum amator quidem, prout de his existimat, eximia voluptate percepta abit: at passo contumeliam ab initio quidem dolores & lacrumae; remittentibus autem paullum ipso tempore doloribus, nihil amplius, ajunt, molestus fueris, voluptas autem nec tantilla. Si quid vero curiosius dicendum, dicendum autem in luco Veneris, muliere quidem, Callicratides, etiam puerilem in morem utenti oblectari licet, duplici fructus via aperta: sed femineum fructum nullo modo mas praebere potest.

28. Itaque si vobis etiam, *puerorum amatoribus*, placere potest *mulier*; a nobis in-

a Λαμβάνοντας] Λαμβάνουσι W. b Ἐκεῖνο] Ἐκείνῳ W. c Δύναται] Sic *Fl. P. H. S.* Δύνανται W. *J.* d Ἀπ—ώμεθα] Ἀπ—ώμεθα antepenult. brevi *J. Fl. V2.* Vulgatam habent cett. & M. *Aldina* 1. ω cum haberet, ο pro eo in marg. pictum.

φῆς. Et sic rursus vers. ult. ejusd. pag. ac fere perpetuo alibi; feminini vero ἀναγκαίη exempla ap. *Herodian.* & in *N. Foed.* sunt obvia. Quin & comparativo gradu ἐπιμηκίστερον ἀρχὴν inveni ap. *Herodian.* I. p. 2, quod *Stephano* tamen suspectum. Sed cum nostro γυναικῖδι σώσοδαι etiam convenit *Suidae* illud, Θουκυδίδειος γραφὴ, quod habet v. ΘΟΥΚ. Nec non *Eurip.* Hecub. v. 591. —ἀγρίαν θῆρά μοι Γοργοῦς. Quem laudat Cl. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 23. p. 328. In quo ἀμοιβὴ δίκαιος legitur, quod tamen doctiss. Editori suspectum. Sed & vicissim quaedam novi feminina terminatione prolata, quae alias fere ubique sunt communia, ut composita cum α privativo. *Hom.* Il. A. 98. Ἀπριάτην. Quod interpretes frustra pro adverbio habere credo, quia & sic alia adjective effert, ut Il. H. ἀμφιλύκη νύξ. Et B. 389. A. 489. K. 404. Ἀθανάτῃ μήτηρ. Ne credas ἐ Ϲ ἡ ἀθάνατος perpetuum. *J. F. R.*

65. Του] Enclitice vel potius ἐντόνως positum pro τινὸς, vid. supra, ad Lucian. *Prom.* §. 7. *Gesn.* ad *Quom.* c. 51. Me ad *Tyran.* c. 11. Adde *Herodian.* 2. 3. 12. *J. F. R.*

67. Οὐκ ἂν εἰπὶ παίδων] Potest ita dedisse auctor; ita etiam interpretati sumus. Sed videtur tamen magis digna Luciano, vel quisquis auctor est, junctura, si legamus pro οὕτω, ὡς, *nemo ita insaniat, ut in pueris ita* se rem habere *dicat*. *J. M. G.*

82. Πρὸς ἀλλήλους] Si δὴ deleatur, satis commode omnia habebunt. *M. du S.*

Ibid. Ἀπατεχισώμεθα] I. e. *insectè simus*. F. G.

90. Τέχνασμα] Aliter interpungit *J.* comma non post τέχνασμα, sed post ἀσπόρων ponens, quod tamen *Solani* manu additum est. *Fl.* vero nullum habet comma in tota hac periodo ab ἀσελγῶν usque ad ἀπῃ. Nostra autem diviso est in *P.* & *H.* Plures Edd. in re tam sordida perscrutari nolo. *J. F. R.*

95. Φι-

invicem, quaſi interjecto pariete, abſtineamus. Si vero decet viros cum viris conſuetudo, in poſterum etiam ament ſe invicem mulieres. Age jam, novum ſaeculum, & peregrinarum voluptatum legislator, cum novas virilis libidinis vias excogitaveris, aequam poteſtatem feminis etiam indulge: ſecum invicem, ut viri, coëant: laſcivorumque inſtrumentorum commenta ſubſtringentes, portentoſum ſterilium aenigma, cum muliere mulier, ut vir cum viro cubent: illudque ad aures raro perveniens nomen, pudet etiam dicere, tribadicae obſcenitatis, ſublato pudore triumphet: gynaeceum omne noſtrum eſto Philaenis, ſemimares amores contra decus uſurpans. Et quanto melius, feminam in luxuriem irrumpere maſculam, quam, quod in viris generoſum eſt, in mulierem effeminari?

εἰ δὲ τοῖς ἄρρεσιν εὐπρεπεῖς αἱ μὴ ἀρρένων ὁμιλίαι, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐράτωσαν ἀλλήλων καὶ γυναῖκες. ἄγε νῦν, ὦ νεώτερε χρόνε, καὶ τῶν ξένων ἡδονῶν νομοθέτα, καινὰς ὁδοὺς ἄρρενος τρυφῆς ὑπονόησας, χάρισαι τὴν ἴσην ἐξουσίαν καὶ γυναιξίν· ἀλλήλαις ὁμιλησάτωσαν, ὡς ἄνδρες· ἀσελγῶν δὲ ὀργάνων συζυγωσάμεναι τέχνασμα, ἀσπόρων τεράστιον αἴνιγμα, κοιμάσθωσαν γυνὴ μὴ γυναικὸς, ὡς ἀνήρ· τὸ δὲ εἰς ἀκοὴν σπανίως ἥκον ὄνομα (αἰσχύνομαι καὶ λέγειν) τῆς τριβαδικῆς ἀσελγείας, ἀναίδην πομπευέτω. πᾶσα δ' ἡμῖν ἡ γυναικωνῖτις ἔστω Φιλαινὶς, ἀνδρογύνους ἐρῶσα ἀχημονοῦσα. καὶ πόσῳ κρεῖττον εἰς ἄρρενα τρυφὴν βιάζεσθαι γυναῖκα, ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν εἰς γυναῖκα θηλύνεσθαι;

29. Talia contentius, & tanquam qui movere vellet animos, cum dixiſſet Charicles, conticuit, vehemens quiddam & ferinum oculis cernens. Videbatur autem mihi piamentis quibusdam contra maſculos amores uti. Ego vero placide ſubridens conjectis in Athenienſem oculis, *Ludi*, inquam, *& riſus, Callicratide, me ſedere ra-*

71. Τὸν ἄριστον τ γραφίων Ὅμηρον] Cl. *Hemſterh.* margini adleverat, vid. *Daviſ.* ad *Cic.* Tuſc. Diſp. V. p. 387. Ed. 2. Hujus igitur notam, quia huc facit, nec longa eſt, ecce ſubjungo. *At ejus* (Homeri) *picturam, non poëſin videmus*, ſcribit ibi *Cicero*. Ad quae *Daviſ.* „ Vult Noſter, *Homerum* ita res deſcribere, „ ut eae ipſae nobis ante oculos eſſe videantur, & „ hinc ἀγαθῷ ζωγράφῳ comparatur apud *Athenaeum* „ L. IV. p. 182. A. Eumque τ ἄριστον τ γραφίων vocat *Lucian.* in Imag. h. l. Vide & ſcriptorem vitae „ Homericae in opuſculis Galeanis p. 401. Certe non „ tradit *Cicero*, ſe *Homeri* picturam ſeu faciem pictam vidiſſe; quod perperam cenſuit vir doctiſſimus *Gisb. Cuperus* Apotheoſ. p. 10. *J. F. R.*

73. Τὴν τοῦ Μενελάου μηρὸν] Non ſatis accurate, ut ex memoria, Homerum hic advocat auctor. Neque enim ille ſana & integra Menelai femora ſic deſcribit, ſed ſanguine e vulnere, quod ſub baltheo acceperat, defluente foedata. Il. Δ, 140.

Αὐτίκα δ' ἰὸν ἔρυσεν αἶψα πελώριος ἐξ ὠτειλῆς.
Ὡς δ' ὅτε τις ἐλεφάντι γυνὴ φοίνικι μιήνῃ —
Τοῖά του, Μενέλαε, μιαίνετο αἵματι μηρὼ κ. τ. λ.

J. M. G.

74. Ἐλέφαντι ἰκάσας] *Hom.* Il. Δ. 141. *M. du S.*

79. Θηβαῖ ποιητὴς] *Pindarus* Ol. VI. Sed excidit haud dubie aliquid, ſuſpicor ego ἰοβλέφαρον ſcriptum fuiſſe, ut Ἰσθ. Εἰκ. c. 26. Apud *Pindarum* certe παῖδ' ἰοδόεντος, vel ἰοπλόκαμον legimus l. c. ex quo facile ἰοβλέφαρον deduxeris. Unum obſtare videtur huic emendationi, quod Poëtam illum, quisquis eſt, de Venere uſurpaſſe dicat vocem ἰοβλέφαρον. Cum l. c. *Pindarus* de Evadna loquatur. Sed hoc leve, & forſan alibi Pindarus de Venere uſurparit. *M. du S.*

Ibid. Ὁ Θηβαῖ ποιητὴς] *Heſiodus* in Scuto Herc. 7. in deſcriptione Alcmenae,

Τὴν

nascuntur caelitus. Sed quid facientem vidisti? LYC. Librum tenebat manibus, bifariam convolutum, videbaturque alteram quidem partem illius legere, alteram vero jam legisse. Dum progreditur, disputabat cum aliquo comitantium nescio quid: neque enim ita ut exaudiri posset loquebatur. Verum ridens, Polystrate, dentes ostendebat, quomodo dicam tibi? quam albos; quam aequabiles, & sibi invicem commissos! Si quando pulcherrimum monile vidisti, de splendidissimis & aequalibus margaritis; ita ad seriem nati erant. Ornabantur autem maxime rubore labiorum. Inter illa enim nitebant, *sectili* apud Homerum *ebori* similes, non hi quidem illorum latiores, alii vero eminentes, aut distantes, quales plerisque: sed quaedam omnium aequalitas, & color idem, & una magnitudo, & aeque juncti: in universum autem magnum quoddam miraculum spectaculumque, humanam omnem pulchritudinem excedens.

τι τ̃ ἐξ ὐρανῦ γένοιτο. τί δὲ πράσσουσαν εἶδες αὐτίω; ΛΥΚ. Βιβλίον ἐν ταῖν χερσῖν εἶχεν, ἐς δύο [g] συνειλημμένον· καὶ ἐφαίνετο τὸ μὲν τοι ἀναγινώσκειν αὐτῦ· τὸ δὲ ἤδη ἀνεγνωκέναι. μέλαξυ δὲ προϊοῦσα, διελέγετο τ̃ παρομαρτούντων τινὶ, οὐκ οἶδ' ὅ, τι· ὐ γὰρ ἐς ἐπήκοον ἐφθέγγετο· πλὴν μειδιάσασά γε, ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ἐξέφηνε· πῶς ἂν εἴποιμί σοι, ὅπως μὲ λευκοὺς, ὅπως δὲ ἰσυμμέτρους, καὶ πρὸς ἀλλήλους συνηρμοσμένους; εἶπα κάλλιστον ὅρμον εἶδες ἐκ τ̃ μαλακωτάτων, καὶ ἰσομεγέθων μαργαριτῶν, ὕτως ὑπὸ στίχα ἐπεφύκεσαν· ἐκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τῷ τ̃ χειλέων ἐρυθήματι. ὑπεφαίνοντο γὰρ [h] αὐτὸ δὴ τῷ τῦ Ὁμήρυ ἐλέφαντι τῷ πριστῷ ὅμοιοι, ὐχ οἱ μὲ πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ προέχοντες ἢ διεστηκότες, [i] οἷοι ταῖς πλείσταις, ἀλλά τις πάντων ἰσοτιμία καὶ ὁμόχροια, καὶ μέγεθος ἓν, καὶ προσεχεῖς ὁμοίως· καὶ ὅλως, μέγα τι θαῦμα [k] καὶ θέαμα, πᾶσαν τ̃ ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός.

ΠΟΛ.

[g] Συνειλημμένον] Συνειλημένον uno μ *F. Ald. V2.* P. Συνειλημεμένον geminata consona *Fl. B2. Fr. P. H. S.* [h] Αὐτὸ] Sic dedi ex *Fl.* Αὐτῷ enim ceterae. [i] Οἷοι] Οἷα P. [k] Καὶ θέαμα] Desunt haec verba in *Fl.* Adsunt in cett. & P.

Τῆς δ' ἀπὸ κρήθεν, βλιφάρων θ' ὑπὸ κυανεάων
Τοῖον ἄγεθ' οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

F. M. G.

Ibid. Ἰοβλέφαρον] Ita correxerat *Solan.* in *F.* Et facile me habuit obtemperantem, neque cuiquam dubium erit, qui contulerit c. 26. *pro Imag.* f. ubi recte: ἕτερος δέ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη. *F. F. R.*

82. Τῇ χρυσῇ Ἀφροδ.] *Hom.* Il. T. 282. *M. du S.*

87. Ἅπασαι] Omnes Edd. ante *S.* hic prave ὃ πᾶσαι, habebant. Bene factum quod mutavit Benedictus. *M. du S.*

Ibid. Ὁπόσαι χάριτες — περιχορεύουσι] Ut Lucianus hic, Χάριτας περιχορεύειν dixit, ita *Anacreon* περιπίτεσθαι, de iisdem, Od. XXVIII. Περὶ λυγδίνῃ τραχήλῳ Χάριτες πίτνουσι πᾶσαι. *L. Bos.*

Ibid. Χάριτες — περιχορεύουσι] *Alciphr.* III. 1. Ipsas Gratias in vultu adolescentis saltantes fingit, ut faciem admodum pulchram describat: τὸ δὲ ἄλλον, ait, πρόσωπον αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας. Sed καὶ τοῖς ὄμμασι χαρίτων περιχορευούσῶν δίκας ex *Aristaen.* adfert ibid. *Bergl.* *F. F. R.*

90. Δίκτις] Conf. infra Ἰκαρομ. c. 2. pr. *M. du S.*

93. Συνειλημμένον] Recte P. *Ald.* & *Ven.* utraque. In reliquis prave συνειλημμένον. *M. du S.*

Συνειλημμένον] Sic legendum esse, a συνειλέω, non συνειλημμένον a συλλαμβάνω, ipsa series orationis indicat: & ita dederat *Aldus*, a quo nescio cur discessum sit. Imaginare volumen, proprie ita dictum, cujus pars evoluta sit inter legendum, sed, ne pendeat & fluctuet, denuo convoluta; altera adhuc umbilico suo s. cylindro involuta. Erant itaque duo quasi volumina cohaerentia ipsa continuatione chartae, illo ipso nempe loco, in quo legendo jam occupati sunt oculi. Hoc erit βιβλίον εἰς δύο συνειλημένον. *F. M. G.*

Συνειλημμένον] Ejeci unum μ. Nam geminatum erat in plurimis Edd. Alia enim res esset, si a λαμβάνω formatum foret, quod συλλημμένον facit; ut ap. LXX. in *Esai.* XI. 5. & *Herodian.* 2. 2. f. At quia est ab εἰλέω, *volvo*, bene monuit *Solanus*, alterum μ omittendum. *F. F. R.*

6. Αὐτὸ] Sic *Fl.* quod probum est. Reliquae omnes αὐτῷ, quod ferri quidem aliquo modo poterat; sed minus venustum est. *M. du S.*

Ibid. Ὁμήρου ἐλέφαντι] *Homer*, Od. Σ. 195. *M. du S.*

ΠΟΛ. Ἔχ' ἀτρέμας. συνίημι γὰρ ἤδη σαφῶς ἣν τινα λέγεις τὴν γυναῖκα, τούτοις τε αὐτοῖς γνωρίσας, καὶ τῇ πατρίδι· καὶ εὐνούχους δέ τινας ἕπεσθαι αὐτῇ ἔφης, νὴ Δία, καὶ στρατιώτας τινάς. τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν, ὦ μακάριε, τὴν ἀοίδιμον ταύτην λέγεις. ΛΥΚ. Τί δέ ἐστιν αὐτῇ τὄνομα; ΠΟΛ. Πάνυ καὶ τοῦτο γλαφυρὸν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἐπέραστον. ὁμώνυμος γάρ ἐστι τῇ τοῦ Ἀβραδάτου ἐκείνῃ τῇ καλῇ. οἶσθα πολλάκις ἀκούσας Ξενοφῶντος ἐπαινοῦντός τινα σώφρονα, καὶ καλὴν γυναῖκα; ΛΥΚ. Νὴ Δία, καὶ ὥσπερ γε ὁρῶν αὐτὴν, οὕτω [a] διατίθεμαι, ὁπόταν κατ' [b] ἐκεῖνό που ἀναγιγνώσκων γένωμαι, καὶ μονονουχὶ καὶ ἀκούω λεγούσης αὐτῆς, ἃ ποτοίη λέγουσα, καὶ ὡς ὥπλισε τὸν ἄνδρα, καὶ οἵα ἦν παρεμπέμπουσα αὐτὸν ὅτι τὴν μάχην.

ΠΟΛ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, σὺ μὲν ὥσπερ τινὰ ἀστραπὴν παραδραμοῦσαν ἅπαξ εἶδες αὐτὴν, καὶ ἔοικας τὰ πρόχειρα ταῦτα, λέγω δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν μορφὴν, ἐπαινεῖν. τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἀθεατος εἶ, οὐδὲ οἶσθα ὅσον τὸ κάλλος ἐκεῖνό ἐστιν αὐτῆς μακρῷ τινι ἄμεινον, καὶ θειοτέρου τοῦ σώματος. ἐγὼ δὲ, συνήθης γάρ εἰμι, καὶ λόγων ἐκοινώνησα πολλάκις ὁμοεθνὴς ὤν, καὶ

10. POL. Quiesce. Jam enim apertissime intelligo, quam mulierem dicas, his ipsis illud colligens, & patria. Dixisti autem etiam eunuchos aliquot eam secutos, & profecto etiam quosdam milites: illam Imperatoris conjugem, celebratissimam illam, dicis. LYC. Quod vero est illi nomen? POL. Valde ipsum quoque venustum, Lycine, & amabile. Est enim cognominis pulchrae illi Abradatae uxori. Nosti, crebro qui audieris, Xenophontem laudare modestam quandam & pulchram mulierem. LYC. Ita sane est, & quasi viderem illam, ita animatus sum, quoties ad illum locum legendo pervenio: ac tantum non audio dicentem, quae dixisse traditur, & ut armaverit virum, & quomodo in pugnam illum deduxerit.

11. POL. Verum tu quidem, vir optime, fulguris instar illam praetercurrentem semel vidisti, & videris ea, quae in promtu sunt, corpus & formam dico, laudare: bonorum autem animae ejus nihil vidisti: nec nosti, quam longe sit ista illius pulchritudo corporis *pulchritudine* praestantior ac divinior. Ego vero, familiaris enim sum, & saepe cum ea, popularis quippe, lo-

[a] Διατίθεμαι] Bene sic Edd. & P. Διατίθειμαι Ex. *Fl.* [b] Ἐκεῖνό που] Ἴσως ἐκεῖσε L.

17. Νὴ Δία καὶ στρατιώτας] Puto haec verba Lycini esse, adjungentis aliquid ad ea, quae supra dixerat, ubi nihil de militibus. Porro nescio quam decorum illud sit, quod Lycinus, h. e. Lucianus auctor, hic demum de nomine interrogat, cum jam audiit Smyrnensem esse, cum Caesare vivere. *J.M.G.*

18. Βασιλεῖ] L. Vero, qui ad Parthicum bellum profectus, *per singulas civitates Asiae, Pamphiliae, Ciliciaeque clariores, voluptatibus immorabatur*, teste *Capitolino* VI. *Fertur praeterea ad amicae vulgaris arbitrium in Syria posuisse barbam.* c. VIII. Quod an de hac intelligendum sit, dubito. Fuit & Anton. Pio celebris concubina, cujus tamen nomen intercidit. (Idem *Capitol.* in Anton. Pio c. VIII.) Sed junior tum Lucianus, si rite ego calculum ineo, quam ut de ea re tam scite scribere potuerit. Ejusdem amores tangit *Julianus* in Caesaribus, cum ait, σώφρων, οὐ τὰς εἰς Ἀφροδίτην, ἀλλὰ τὰς εἰς τὴν πολιτείαν. *M. du S.*

Βασιλεῖ συνοῦσαν] Pantheam Veri. Hic adulatorum dertsor Lucianus omnes adulatores vincit. *M.V. la Croze.*

22. Τῇ τοῦ Ἀβραδάτου] Τῇ Πανθείᾳ. *F.G.*

Ibid. Ἀβραδάτου] *PANTHEA* ergo dicebatur, (vide *Xenoph. Cyrop.* V. VI. VII. Nisi forsan a Luciano fictum hoc existimare malis, quo invidiam, quam L. Vero ex intempestivis deliciis oriri sciebat, callide & adulatorie amoveret: Panthea enim Xenophontis virum ad bellum fortiter ciet L. VI. quod & Noster de hac fingit. Alteram ὁμώνυμον hujus vocat cap. 20. ut dubitandi nullus superfit locus. Consule *Dion. Cass.* 57. Et *Nicasii* Diss. de nummo Pantheo. p. 34. 2. *Panthia* scribitur apud *Philostratum* p. 824. ubi imaginem ejus exhibet. ΠΑΝΘΙΑ. Meminit, inquit ibi interpres & *Isidorus Pelus.* L. II. Ep. 63. & III. Ep.

locutus. Etenim, ut ipse etiam nosti, mansuetudinem, & humanitatem, & magnanimitatem, & temperantiam, & eruditionem, ante pulchritudinem laudo: digna enim ista, quae praeferantur corpori; alioquin irrationale fuerit & ridiculum, velut si quis vestimentum prae corpore admiretur. Vera autem, opinor, pulchritudo illa est, cum in eodem homine conveniunt & animi virtus & forma corporis. Videlicet multas tibi ostenderim, quarum forma quidem bene habet, caeterum vero turpitudine formam afficientes, adeo ut vel loqui exorsis ea emoriatur, & marcescat, & ipso indecenti gestu fateatur, praeter dignitatem se cum mala domina, anima, vivere. Et sane videntur mihi tales similes esse sacris Aegyptiis. Nam ibi quoque ipsum templum pulcherrimum est & maximum, lapidibusque pretiosis exornatum, auro & picturis distinctum. Intus vero Deum si quaeras, aut simius est, aut ibis, aut hircus, aut feles. Tales, inquam, multas videre licet. Non ergo sufficit pulchritudo, nisi exornata sit justis ornamentis: dico autem non vestitu purpureo & monilibus, sed illis quae praedixi, virtute, & modestia, & aequitate, & humanitate, &

ἢ ὡς οἶδα καὶ αὐτὸς, τὸ ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μεγαλόφρον, καὶ σωφροσύνην. καὶ παιδείαν, πρὸ τοῦ κάλλους ἐπαινῶ· ἄξια μὲν προκείσθω ταῦτα τοῦ σώματος· ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τὴν ἐσθῆτα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι. τὸ δ' ἐντελὲς κάλλος, οἶμαι, τοῦτό ἐστιν, ὁπόταν ἐς τὸ αὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ, καὶ εὐμορφία σώματος. ἀμέλει πολλὰς ἄν σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν εὖ [c] ἠκούσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας τὸ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ ἀπομαραίνεσθαι, ἐλεγχόμενόν τε καὶ ἀσχημονοῦν, καὶ πᾶσ' ἀξίαν συνὸν πονηρᾷ τινι δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ. καί γε αἱ τοιαῦται ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς· κἀκεῖ μὲν, αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ καὶ γραφαῖς διηνθισμένος· ἔνδον δὲ ἂν ζητῇς τὸν θεὸν, ἢ πίθηκός ἐστιν, ἢ ἶβις, ἢ τράγος, ἢ αἴλουρος. τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεστιν. ὑ τοίνυν ἀπόχρη τὸ κάλλος, ἢν μὴ κεκόσμηται τοῖς δικαίοις κοσμήμασι. λέγω δὴ οὐκ ἐσθῆτι ἀλουργεῖ, καὶ ὅρμοις, ἀλλ' οἷς πρόσθεν ἐκείνοις, ἀρετῇ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρω-

[c] Ἠκούσας] Sic Edd. & Ex. *Fl.* Ἐχούσας ἴσως. L.

Ep. 67. Alibi not. ad 524. observat eam epici carminis argumentum suppeditasse Sotericho Asitae, de quo *Suidas* v. Σωτηρίχ. *M. du S.*

23. Ξενοφῶντος] *Xenoph.* Cyrop. L. V. *M. du S.*

50. Εὖ ἠκούσας] Suspecta mihi haec scriptura, quamvis apud *Aelianum* aliosque ita scriptum inveniatur, οὗ γένους ἦσαν, οὗ δὲ πλούτου. V. H. IV. 26, &c. mallem οὗ ἐχούσας, uti etiam ei placuisse video, qui in L. Codice ἐχούσας, ἴσως, adscripsit. Vide not. ad Ἔρωτ. c. 2. *M. du S.*

Ibid. Μορφῆς μὲν οὖ ἠκούσας] Elegans locutio, quae frequens etiam *Aeliano*, ut Hist. Anim. I. 12. οὗ ἤκουσαν σαφῶς. II. Ῥώμης δὲ ἀλκῆς οὐ ἤκουσας. V. Ἀνδρίας οὗ ἤκουσι. XIV. 26. οὗ ἤκει βάθους ὁ κάλπος. In V. H. IV. 15. οὗ μὲν γένους ἦσαν, οὗ δὲ πλούτου. In genitivis illis subintellige ἤκειν. Emenda igitur *Hesych.* apud quem: Εὐκλείων, πλούτων, οὗ πράτλων. Lege οὗ ἦσαν. *L. Bos.*

Μορφῆς μὲν οὗ ἠκούσας] Recte hanc phrasin ἠκούσας pro ἐχούσας adstruit Cl. *Bos* (etsi duo illa quae indicavit ex L. 2. & 5. invenire non potui) cujus quum notas Mss. in manibus habuerit *Solanus*, miror, qui tamen eam rejiciat. Clar. *Hemsterh.* ad Somn. §. 2. No. 29. eandem quoque probat in transitu, ne operae quidem existimans multis eam testimoniis probare, quae illi certe abunde suppetiissent. οὗ ἠκούσας μορφῆς etiam *Steph.* in Luciano legit, aliaque ex *Herodoto* similia adducit, licet haud indicatis locis. Sed sufficiant ea quae *Bos* jam dedit. *J. F. R.*

53. Ἐλεγχόμενόν τε καὶ ἀσχημονοῦν] Qui attente hanc phrasin inspexerit, ille non optime eam convinctam deprehendet. Interpretatus certe sum, quasi transpositis paullum verbis legatur, ἀσχημονοῦν τε καὶ ἐλεγχόμενον παρ' ἀξίαν σωὸν κ. τ. λ. Cum semel ἀσχημονοῦν post ἐλεγχόμενον staret, opus fuit novo καὶ, quod restituto ordine, quem verum putamus, superfluum est. *J. M. G.*

ϑρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, [a] ὁπόσοις ταῦτα ὁρᾷ ἔστιν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ Πολύστρατε, μῦθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασὶν, ἢ καὶ λῴων, δύνασαι γάρ, καί τινα εἰκόνα γραψάμενος τὴν ψυχὴν ἐπίδειξον, ὡς μὴ ἐξ ἡμισείας θαυμάζοιμι αὐτήν. ΠΟΛ. Οὐ μικρὸν, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἀγώνισμα προστάττεις· ἅ γὰρ ὅμοιον τὸ πᾶσι προφανὲς ἐπαινέσαι, καὶ τὰ ἄδηλα ἐμφανίσαι τῷ λόγῳ. καί μοι δοκῶ συνεργῶν καὶ αὐτὸς δεήσεσθαι πρὸς τὴν εἰκόνα, οὐ πλαστῶν, οὐδὲ γραφέων μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων, ὡς πρὸς τὸν ἐκείνων κανόνας ἀπευθῦναι τὸ ἄγαλμα, καὶ δεῖξαι τὴν ἀρχαίαν πλαστικὴν καλλοσκευασμένον.

Καὶ δὴ πεποίηθω. αὐδήεσσα μὴ τὸ πρὸ-

reliquis, quae ista velut finitione cognoscuntur.

12. LYC. Itaque, Polystrate, sermonem sermone compensa, *ipsa mensura*, ajunt, *vel melius etiam*, potes enim; & quandam animae imaginem depictam ostende, ne ex dimidia modo parte illam admirer. POL. Non parvam, sodalis, materiem certaminis injungis. Neque enim simile est id laudare, quod in omnium oculos incurrit, & ea quae videri non possunt sermone declarare. Et videor mihi adjutoribus ipse etiam opus habere ad hanc imaginem, non statuariis solis, neque pictoribus, sed philosophis etiam, ut ad regulas exigere possim signum, & ostendere antiqua illud arte perfectum.

13. Quin jam fiat! Eloquens primum & ar-

a Ὁπόσοις ταῦτα] Sic Edd. praeter *Fl.* quae *ὁπόσα ταύτης*. *Gr.* Ὁπόσα ταύτην. *J. Pell.* Forte pro ὁρᾷ legi possit ὁρμᾷ.

70. Αὐτῷ τῷ μέτρῳ φασὶ]. Τῷ αὐτῷ μέτρῳ, τῇ αὐτῇ * προθυμίᾳ. ἴσως δὲ παροιμιώδες. *V.*

* Προθυμίᾳ] Προμυθίᾳ editum ante, sed correctum ex C. & V.

67. Ὁπόσοις ταῦτα ὁρᾷ] Ἀρετῇ (sc. κεκόσμηται) καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅρος ἐστίν. Vertunt: *Virtute* (ita ornata) *temperantia, aequitate, humanitate, atque aliis, quaecunque his terminis comprehenduntur*, quam male, imo quam ridicule hunc locum verterint, quis tam tyro est, qui non videat! Quid enim ultima verba hic denotant, *quaecunque his terminis comprehenduntur?* aut, si possent hic aliquid significare, quomodo ex Graecis ista colligas aut exprimas? In editione Florentina: καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα ταύτης ὁρᾷ ἐστίν. Verissime: & *aliis ornamentis, quae sunt in tali* sc. foemina *perfectissima*. quae possunt in foemina omnibus numeris absoluta esse perfectissima & absolutissima. Dudum observavit magnus *Casaubonus* ad Athenaeum ὁρᾷ & πέρας alicujus rei dici quod volumus intelligi summum esse. Sic πέρας φιλίας, ὁρᾷ πενίας esse *summam amicitiam, summam paupertatem*. His potes hoc exemplum adscribere, quod non ceperunt interpretes. Mallem tamen legere ὁπόσα ταύτων ὁρίς ἐστιν. & *quae alia sunt talium ornamentorum perfectissima*. Et sic Lucianum scripsisse persuasum habeo. *J.G.G.*

Ὁπόσοις ταῦτα ὁρᾷ] Optima est lectio *Aldina* & reliquorum, sed propter interpretationes obscuras tentata a *Graevio*: qui nihil, puto, de sinceritate ejus dubitasset, si in mentem tum venisset viro magno, solere saepe apud omne genus auctores *exempla* poni loco *finis*, h. e. definitionis. Cum igitur hic commemorata sint aliquot virtutum nomina, subjungitur, etiam reliquas intelligendas, quibus exempla laudata sint pro definitione. *J.M.G.*

68. Ὁρᾷ] Vide *Plat.* Ed. *Bas.* p. 130. C. *Fl. ἐκόσα ταύτης.* Ego nihil muto. *M. du S.*

69. Μῦθον ἀντὶ μύθου ἄμειψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ] Μοῖτον ἀντὶ μοίτου, i. e. *par pari referre*, legi jubet *Menag.* in Amoen. Jur. Civ. p. 377. cum *Lindenbrogio* ad *Hesych.* quum p. 376. praemisisset: „ Ex substantivo μοῖτον, „ quod est χάρις ἀμοιβὴς, factum est μοιτᾶν, a quo „ Latinum *mutare*: a verbo deinde *mutare* factum „ τὸ *mutuum* — ut recte *Salmas.* de usuris. Quod „ adeo verum est, inquit, ut Graeci ἀμοιβὴν nomine, quod aequivalet Siculorum μοίτᾳ, *mutuum*, „ sive rem mutuo datam, appellarint, teste *Hesychio*. „ &c." *Bergler.* vero ad *Alciphr.* I. 24. f. p. 98. μῦθον ἀντὶ μύθου proverbium esse ex hoc solo Luciani loco ait, ubi *Alciphron* scripsit: καρπὸν δὲ σοφίας γενομένης, ἐπίσοιμον αὐτὸ τὸ μέτρον, καὶ λαῖνον, ἵνα τις εὐθηνία γένηται. Quo cum concinat *Hesiod.* Ἔργ. v. 350.

— τὸ δ' ἀπιδδῶναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λάσιον, καὶ ἄδοντα.

Bene quidem, ad probandum, αὐτῷ τῷ μέτρῳ usitatum & proverbialem esse locutionem, cujus exempla lon-

arguta: atque illud, *Dulcior a lingua favis*, de ipsa potius, quam de Pylio illo sene, Homerus dixisset. Omnis autem tonus vocis ut qui mollissimus, neque gravis, qui cum virili conveniat, neque tenuis omnino, qui & nimis muliebris sit, & omnino fractus; sed qualis fuerit pueri nondum pubescentis, suavis, & blandus, & placide in aurem se penetrans, adeo ut etiam cum desit, resonent adhuc verba, & reliquiae quaedam intus maneant, circumsonetque aures velut echo quaedam, producens auditum, & vestigia verborum mellita quaedam, atque persuasionis plena in animo relinquens. Cum vero etiam pul-

τον, ᾗ λίγεια, ᾗ τὸ [b] γλυκίων μέλιτ- ἀπὸ τ γλώττης, ἢ περὶ αὐτῆς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντ- ἐκείνου, ὁ Ὅμηρ- ἂν εἴρηκε. πᾶς δὲ ὁ τόν- τοῦ φθέγματ-, οἷ- ἀπαλώτατ-, ὅτε βαρὺς, ὡς εἰς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσ, ὅτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλύτατός τε εἶναι, ᾗ κομιδῇ ἔχλυτ-, ἀλλ' οἷ- γένοιτ' ἂν παιδὶ μήπω ἡβάσκοντι, ἡδὺς, καὶ [c] πρασπὴς, καὶ πρᾴως [d] παρδυόμεν- εἰς τ ἀκοὴν, ὡς ᾗ παυσαμένης ἔναυλον εἶναι τ βοὴν, καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν ᾗ περιόμβειν τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα παρατείνουσαν τ ἀκρόασιν, ᾗ ἴχνη τ λόγων μελιχρὰ ἄπλα, ᾗ πειθοῦς μετὰ ὀπὶ τ ψυχῆς [e] ἀπολιμπάνουσαν. ὁπόταν δὲ ᾗ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ,

b Γλυκίων] Γλυκίον G. Nihil mut. Edd. *c* Πρασπὴς] Bene sic P. aliaeque. Πρασιὸς male J. *d* Παρδυόμεν-] Παραδυόμεν- P. G. & marg. *AlW.* *e* Ἀπολιμπάνουσαν] Ita dedi ex *Fl. P. S.* Ἀπολιμπάνουσα J.

longe plura, tam ex Novo Foed. quam ex profanis Auctorib. possem proferre, ni res esset notissima; verum inde non conficitur, & alterum μυθον &c. se hic recte habere; neque id adeo inquisivit *Bergler.* Nec *Erasm.* in Adagio, *Eadem mensura*, ubi posteriora haec Luciani adducit, omisso μυθον. Sed quum μοῖτον conjectura tantum sit nondum satis probata, eam necdum admittere possum, ut placeat prae vulgata. (In Addendis Edit. *Graev.* tribus verbis etiam monuit *Almeloveen* de emendatione *Menagiana.*) J. F. R.

70. Ἀμύψαι αὐτῷ τῷ μίτρῳ] Vide Parœmiogr. J. B.

Ibid. Αὐτῷ τῷ μίτρῳ] Omisit de industria ἀπὸ δύπου, quod apud *Hesiodum* versum complet, Ἔργ. 348. M. du S.

78. Γραφίων μόνον] Omissa poëtarum mentio non ab ipso auctore videtur, qui jam initio statim Homerica utatur imagine. J. M. G.

84. Καὶ τὸ γλυκ.] Καὶ τὸ γλυκίον μίλιτ- λαὶ τ γλώσσης περὶ αὐτῆς μᾶλλον, ἢ περὶ τοῦ Πυλίου γέροντ- ἐκείνου ὁ Ὅμηρ- ἂν εἴρηκε. Sic Mss. Vulgo ᾗ τὸ, γλυκίων μίλιτ-, quod tamen non damno. Statim idem codex, ᾗ πρᾴως παρδυόμενος εἰς την ἀκοὴν, & sic legisse videtur interpres, qui bene vertit, *inque aurem blande se insinuans.* est enim παρδύεσθαι *blande & latenter subire, se insinuare.* pro quo mox ἀφδύεται c. 14. ᾗ ἢ κηρῷ ἐπιφράξει τὰ ὦτα, ᾗ ἀφ' τοῦ κηροῦ ἀφδύεται σοι τὸ μέλος. *Quin etiam auribus cera obturatis, per ceram etiam cantus penetrabit.* παρδυόμενος, quod in editis extat hic est ἀπροσδιόνυσον. J. G. G.

Ibid. Γλυκίων μίλιτος] *Homer.* Il. A. 249. M. du S.

93. Παρδυόμενος] Non ausim equidem, si ex bonis libris adferatur, hic damnare verbum παρδύεσθαι: sed nec substituere ei, quod adhuc omnes habuerunt, licet paullo rariori, ab auctore tamen alias etiam usurpato, quodque ad hunc locum pulchre conveniat. Tribuit Lucianus Pantheae orationem sonoram, non femineam, quae impleat aures, & quasi inferciat, ne aliud quid eodem tempore admittant, quae conticescente illa adhuc resonet. Talis vox vix παρδύεσθαι dici potest, *clanculum irrepere per alienam occasionem*, sed παρδύεσθαι ad intima usque se penetrare, & ea implere. Vim verbi satis declarant ea ipsa, quae de formula εἰς παρδύεσθαι supra p. 480, 16. observavit Cl. *Hemsterhusius.* J. M. G.

Παρδυόμενος] Alteram lect. παρδυόμενος fere praeferrem; quia blandiorem ingressum significat, & cum πρᾴως conjungitur; quum παρδύεσθαι violentiorem intrusionem notet, ut *Lexiph.* c. 24. ᾗ ζημίαν ἐγὼ, ἂν μὴ παρδύσῃς αὐτό σου. Et sic alibi non semel. At in textum nondum recipio: eoque minus, quod, his scriptis, vulgatam ab Cl. *Gesn.* defendi video. Quia tamen praemisit, se non damnare παρδυόμ. si ex bonis libris adferatur, idque jam ex iis adtulerimus; jam admittet credo. Mihi adhuc παρδυόμεν. restitui placet. J. F. R.

97. Ἄπλα] Recte hic laevigatur; ut *Timon.* §. 28. *Lexiph.* c. 5. *Rhet.* c. 16. m. At supra *Amor.* c. 17. Et *Herm.* 30. f. *Lexiph.* 14. & 21. bene adspiratur. Plura dedissem, nisi causa esset nota, & *Devarius* de partic. p. 97. id jam praecepisset, monuissetque ἄπλα esse *quaedam*, ἄπλα vero pro ἁπλᾶ, quaecumque. Auctoritatem aliquam hisce addit *Hellad.* in Chrestomath. p. m. 10. f. etsi distinctionem significationis non addit, sed pro re nata, modo adspirari, modo laevigari scribit. J. F. R.

1. Τό-

ᾄδῃ, ᾗ μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, [a] τότε δὴ τότε, ὥρα μὲ [b] σιωπᾶν [c] ταῦτα ἀλκυόσι, καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα· καὶν τὴν Πανδίονος εἴπῃς, [d] ἰδιῶτις καὶκείνη, καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν.

Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ἀμφίων, οἵπερ ἐπαγωγόταλοι ἐγένοντο τῶν [e] ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ὑπικαλέσασθαι πρὸς τὸ μέλος, αὐτοὶ ἂν, οἶμαι, εἴ γε ἤκουσαν, καλαλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας, παρειστήκεσαν σιωπῇ, [f] ἀκροώμενοι. τὸ γὰρ τὸ τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τῆς ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει, καὶ θέσει διαμετρῆσαι τὸ ᾆσμα, καὶ συνῳδὸν εἶναι τὴν κιθάραν, καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον, καὶ τὸ εὐαφὲς τῶν δακτύλων, καὶ τὸ εὐκαμπὲς τῶν μελῶν, πόθεν ἂν ταῦτα ὑπῆρχε τῷ Θρακὶ ἐκείνῳ, καὶ τῷ ἀνὰ τὴν Κιθαιρῶνα μέλαξι βουκολοῦντι, καὶ κιθαρίζειν μελετῶντι; ὥστε ἢν ποτε, ὦ Λυκῖνε, καὶ ᾀδούσης αὐτῆς ἀκούσῃ, μηκέτι τὸ

chrum illud canit, & maxime ad citharam; tum enim vero tacere *propter* ea decet halcyones, & cicadas, & cycnos: imperita enim cantus, ad illam si comparentur, *istaec* omnia. Et si Pandionis *filiam* nominés, ignara etiam illa, & rudis, etsi multipliciter sonoram vocem emittat.

14. Orpheus autem & Amphion, qui vel maxime demulcendis auditoribus valebant, ut inanimata etiam ad suum cantum alliceront, ipsi, puto, si audirent, relictis citharis adstarent silentio audientes. Servare etenim exquisitissima ratione harmoniam, ne quid rhythmum egrediatur, sed sublatione tempestiva ac positione dimensum habere cantum, & consonare citharam, & eadem tempora linguam plectrumque custodire, & faciles digitorum tactus, & molles membrorum flexus, unde haec contigissent isti Thraci, & illi *alteri* per Citharonem inter boum curam meditanti citharam. Itaque si quando, Lycine, etiam canentem illam audieris, non jam illud solum,

a Τότε] Restitui ex L. & B2. τίποτε enim erat in cett. Edd. ne *Fl.* quidem excepta. b Σιωπᾶν] Σιωπᾶν male *J.* c Ταῦτα] Constans lectio. Sed ταῖς corrigit *M. du S.* d Ἰδιῶτις] Ἠδιᾶτις male *J.* e Ἀκροατῶν] Ἀκρατῶν male *J.* f Ἀκροώμενοι] Ἀκρώμενοι male *J.*

4. Κἂν τὴν Πανδίονος εἴπῃς] Τὴν Πρόκνην, ἤτοι τὴν ἀηδόνα. *V.* Πρόκνην λέγει ἡ φιλομήλην· αὐτοῦν ἀηδόνα καὶ χελιδόνα. C.

19. Τῷ Θρακὶ] Τῷ Ὀρφεῖ. *V.*

20. Τὸν Κιθαιρῶνα] Ἀμφίονα * λέγει, ὃς τὰς Θήβας ἔκτισε τὰς Βοιωτίας, †ὑπὸ αὐλῷ € κιθάρᾳ. *V.*

* Λέγει] Non erat in Editis hoc verb. Addidit *Solan.* non dicens unde.

† Τπό] Τπ' correxerat *Solan.* & Scholio ult. hujus Dial. etiam ἀλλ' pro ἀλλά quod monuisse futile videtur; nisi tamen dicendum foret, me non obsecundasse, quia sic centies negligi apostrophum video. Et quia haec ab scribentis arbitrio pendent, ejus orthographiam non muto, nisi Codd. jubeant. Pluribus hoc egi in notis ad Lucian. non longe hinc, ad verba ἀπὸ ἰκτίνος. *J. F. R.*

1. Τότε δὴ τί ποτε] Lucianus in libello, cui nomen dedit Imaginibus, laudat feminam aliquam ab animi corporisque dotibus excellentissimis instructissimam: inter alia quoque in illa canendi dulcissime artem praedicans; ait pag. XIV. Ὁπόταν δὲ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τί ποτε, ὥρα μὲ σιωπᾶν ταῦτα Ἀλκυόσι € τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. Vehementer illud τί ποτε turbat. Suspicor si ποτε. *Tunc certe, si umquam alias, flere oportet Halcyones*, &c. *J. F.*

Τότε δὴ τότε] In omnibus fere legebatur, τότε δὴ τί ποτε . . . ταῦτα. Cui scripturae ut medicinam faceret Cl. *Jensius*, si ποτε legere jubebat, sed de ταῦτα nihil. Ego totum refingendum puto in hunc modum: Τότε δὴ τότε ὥρα μὲ σιωπᾶν ταῖς ἀ. &c. Certe in L. & B2. recte legitur τότε δὴ τότε. *M. du S.*

Τότε δὴ τί ποτε] Non concoquo illud τί, undecunque demum irrepserit: quemadmodum nec illud, quod statim sequitur, ταῦτα satis commode positum videtur. Cogitabam αὖτε, ut ad ὥρα referatur. Sed nihil ausim sine libris. Interim reddidi, quasi positum sit ταῦτα, ut alias saepe, pro διὰ ταῦτα. *J. M. G.*

Τότε δὴ τότε] Facile recepi hanc lectionem, est enim Nostro aliisque haec repetitio ἐμφάσεως caussa non aliena. Conf. not. Cl. *Hemsterh.* ad *Nigrin.* §. 6. T. I. p. 44. Sic in Ἀποφρ. c. 14. ἐχρῶν γὰρ ἐχρῶν. *Aristoph.*

lum, quod a Gorgonibus solet, tibi usu veniet, ut lapis fias ex homine; sed etiam quid fuerit illud, quod de Sirenibus narratur, intelliges. Adstabis enim, bene novi, delinitus, patriae oblitus & familiae. Et licet cera obturaveris aures, etiam per ceram penetrabit tibi cantus; talis auditio est Terpsichorae cujusdam, aut Melpomenes, aut ipsius Calliopes e disciplina, sexcentas omnis generis complexa illecebras. Uno verbo comprehendens dixerim, eum mihi cantum audire te puta, qualem esse convenit, qui per labra talia, per illos dentes egrediatur. Vidisti autem ipse, quam dico: itaque puta te etiam audisse.

15. Accuratus enim ille sermo, & Ionica puritas, & quod arguta in consuetudine loquendi, & multum Gratiarum Atticarum habet, neque admiratione dignum, cum patrium hoc illi sit, & ab ipsis tractum majoribus. Neque aliter eam oportebat, quae ipso coloniae jure, Atticae civitatis sit particeps. Neque vero illud ad-

τῶ Γοργόνων μόνον ἔσῃ παπορθὸς, λίθος ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Σειρήνων [g] εἶσῃ, οἱοῖόν τι ἦν. [h] παρεστήξῃ γὰρ, εὖ οἶδ' ὅτι, κεκηλημένος, πατρίδος καὶ οἰκείων ἐπιλαθόμενος· καὶ ἢν κηρῷ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα, καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδύσεταί σου τὸ μέλος. τοιοῦτόν τι ἄκουσμά ἐστι Τερψιχόρης τινὸς, ἢ Μελπομένης, ἢ Καλλιόπης αὐτῆς παίδευμα, μυρία τὰ θέλγητρα, καὶ παντοῖα ἐν ἑαυτῷ ἔχον. ἑνί τε λόγῳ συνελὼν, φαίην ἄν, τοιαύτης μοι δοκῶ ᾠδῆς ἀκούειν νόμιζε, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσαν. ἐώρακας δὲ καὶ αὐτὸς, ἵν' φημι, ὥστε καὶ ἀκηκοέναι νόμιζε.

Τὸ μὲν γὰρ ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς, καὶ καθαρῶς Ἰωνικὸν, καὶ ὅτι ὁμιλῆσαι σωμύλη, καὶ πολὺ τῆς Ἀττικῶν χαρίτων ἔχουσα, οὐδὲ θαυμάζειν ἄξιον· πάτριον γὰρ αὐτῇ, καὶ προγονικὸν, οὐδὲ ἄλλως ἐχρῆν, μετέχουσαν τῆς Ἀθηναίων τιμῆς τὴν ἀποικίαν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖ-

g Εἶσῃ] Ἔσῃ male *J.* h Παρεστήξῃ] Sic Edd. excepta *J.* quae παρεστήξῃ. *Palm.* emendat παρεξεστήσῃ.

ſtoph. Pl. 348. Ἐνί γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι. Et 114. οἶμαι γὰρ οἴσω. Ad quem versum plura Illustr. *Spanhem.* Recte vidit Cl. *Jens.* τί πολὺ stare non posse; & εἰκὸς non absurde conjecit. Jam vero nihil amplius desiderabit; nec Cl. *Gesner.* cujus versionem tamen intactam servavi. *J.F.R.*

2. Ταῦτα] Quia non satis certum quid Lucianus dederit, neque quis Cod. aut Ed. praeit, vulgatam exhibui. *J.F.R.*

4. Ὡς πρὸς ἐκεῖνο] Vide de hac locutione notam Cl. *Jensii* ad *Tim.* §. 15. No. 62. *J.F.R.*

Ibid. Τὴν Πανδίονος] Philomelam intelligit, respicitque ad fabulam de Procne & Philomela Pandionis filiabus, de quibus *Ovid.* in Metam. *G.C.*

6. Πολυηχίαι — φωνὴν] *Homer.* Od. T. 521. *M.duS.*

Ibid. Φωνὴν ἀφίησιν] In *Homeri* l. c. est πολυηχίαι φωνὴν χέει. Sed ἀφίει bene habet. Sic δάκρυα ἀφίειν *Long. Past.* IV. 123. Edd. *Moll.* Noster infra *merc. c.* 4. ἐλλάδα φωνὴν ἀφιεῖς. *Ach. Tat.* I. p. 3. ἀφῆσειν βοήν. *J.F.R.*

7. Ὀρφεὺς δὲ ὁ Ἀμφίονι] De Orpheo dictum antea, de Amphione, Mercurii & Antiopes filio *Horat.* in Art. poët. extatque illius simulacrum apud *Plin.* L. XXXVI. c. 5. *G.C.*

16. Ὁμοχρονεῖν] Sic supra Συγγρ. c. 50. *M.duS.*

25. Παρεστήξῃ] In addendis T. 2. Ed. *Graev.* legas: Παρεστήξῃ γάρ. (*adstabis enim*) Sic Interpres vertit. Quomodo legerit, nescio. Forte legendum est παρεξεστήσῃ, a παρεξίσταμαι, & erit, quod nos vernacula lingua dicimus: *Tu sera ravis.* *J.P.aG.*

26. Εὖ οἶδ' ὅτι,] Comma quod ante ὅτι erat, post illud removi. Est enim anastrophe usitata, potuissetque sine commate ullo scribi. *Demosth.* de Coron. p. m. 520. Οὐδ' ἂν ὑμεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι συγχωρήσαιτε. *Alciphr.* I. 38. p. 176. οὐδὲν ἐκείνης ἄμεινον εὖ οἶδ' ὅτι γένοιτ' ἄν. Ubi *Bergl.* aliud ex *Demosth.* testimon. licet haud indicata pag. adfert. *Aristoph.* Plut. 182-3.

Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος
Καὶ τῶν κακῶν ὁ τῶν ἀγαθῶν, εὖ οἶδ' ὅτι.

J.F.R.

27. Ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα] Conf. infra Ῥητ. c. 22. *M duS.*

43. Ἀποικίαν] Smyrnam a Theseo conditam sunt qui tradiderunt. Alii Ephesiorum coloniam esse voluerunt. Curiosi antiquitatum inquirant. In neminem incidi qui haec tractarit. *M.duS.*

ἐκεῖνο θαυμάσαιμ' ἄν, εἰ καὶ ποιητὴς χαίρει, καὶ τὰ πολλὰ ταύτῃ ὁμιλεῖ, τῆ Ὁμήρου πολίτις ἔσα. μία μὲ δή σοι, ὦ Λυκῖνε, καλλιφωνίας αὕτη, καὶ ᾠδῆς εἰκὼν, ὡς ἄν τις θᾶττον τὸ ἔλαττον εἰκάσειε. σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας, εἰ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκα, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν [a] αὐτὸ αὐτῷ [b] ἀνθαμιλλώμενον, ἀλλ' αἱ πᾶσαι τῆς ψυχῆς ἄρεταὶ, καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία γεγράφῃ, πρὸς τὸ ἄρχέτυπον μεμιμημένη. ΛΥΚ. Ἑορτὴν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλεις. ἔοικας δ' ἂν λῴον ὡς ἀληθῶς ἀποδώσειν μοι τὸ μέτρον. ἐπιμέτρει δ' ἂν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χαρίσαιό μοι.

ΠΟΛ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ πάντων καλῶν παιδείαν ἡγεῖῃ ἀνάγκη, καὶ μάλιστα τὸν

miratus fuerim, si poësi etiam gaudet, & multum in ea versatur, quae Homeri civis sit. Nimirum haec una tibi, Lycine, pulchri sermonis illius & cantus imago, prout possit eam aliquis in deterius effingere. Sed vide etiam reliquas. Neque enim unam uti tu e multis compositam ostendere decrevi. Minus enim hoc fuerit, etiam *propria* pictoris arte si perficiatur, tot pulchri species, & multiforme quiddam ex pluribus elaborare, quod secum ipsum *tamen* pugnet. Sed omnes animae virtutes, imagine sibi sua pingentur singulae, ad ipsum animale exemplum imitando expressa. LYC. Diem festum, Polystrate, & publicum epulum promittis. Videris re vera meliorem mihi mensuram redditurus. Admetire ergo: neque enim est in quo majorem a me gratiam inire possis.

16. POL. Quandoquidem igitur pulcherrarum rerum omnium principem esse eru-

di-

a Αὐτὸ] Deest in *Fl.* b Ἀνθαμιλλώμενον] Ἀναμιλλ. *J.* & Ex. *Fl.* Sed prius est in cett. & P. al. ἀνθαμιμώμενον G.

51. Καὶ γραφικῶς συντελ.] Obscura & insulsa est versio horum verborum; ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον, *Hoc enim perexile esset, & more graphico absolutum, tot formas, & multiforme quiddam, sibi ipsi adversans, ex multis perficere.* Haec Latina quis sanus intelligat? Quid est *more graphico.* verte totum locum: *Hoc enim perexile esset, & more pictorum factum*; (scilicet unam rem pulchram ex variis rebus compositam, uti in καλλιφωνίᾳ erat factum, nec aliter possunt pictores pulchritudinem ostendere) *Tanta pulchra, & multiforme quiddam, quod secum ipse certas* (utrum scilicet altero pulchrius sit) *ex multis perficere* scilicet decrevi. Totus locus sic est interpungendus: Σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας. εἰ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκα, ἧττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλη τοσαῦτα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελεῖν αὐτὸ αὐτῷ ἀνθαμιλλώμενον. ista verba quasi in parenthesi posita sunt, ἧττον γὰρ τοῦτο ἐ γραφικῶς συντελεσθὲν. Γράφειν est, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum. quoties in hoc ipso dialogo leguntur. Sic & Latinis scribere est *pingere. Plin.* in ep. *imagines exscribendas pingendasque. Martialis: scriptum testudine figma.* hoc est pictum, sed ἀνθαμιλλᾶσθαι, est certare cum adversario, & si de pluribus, dicitur inter se certare. ἀνθάμιλλος est aemulus, qui cum aliquo certat. Mſ. hic non audio, qui pro ἀνθαμιλλώμενον scribit ἀνθαμιμώμενον. *J. G. G.*

Γραφικῶς συντελεσθὲν &c.] Officio interpretum obscurissimus est hic locus, si quisquam in toto Luciano. Nam praeterquam quod ille graphicus mos, quem ex Ὀψοποιοῦ adoptat *Benedictus*, in Latino sermone sit nullus, vide quemadmodum haec periodus contraria sit proxime sequenti. Quum enim nunc velint dici perexile esse tot formas & multiforme quiddam ex multis perficere (quod est una pictura diversum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animae virtutum unam imaginem, & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde sequi, unum. At prorsus est adversa loquentis mens: qui quum promisisset ἐπιδεῖξαι ἐκ μίαν εἰκόνα ἐκ πολλῶν συντιθεῖσαν, pro defensione hujus suae voluntatis interponit (*minus enim illud & ex vulgata pingendi consuetudine confectum foret, tot pulchritudines*, variarum nempe partium, *& multiforme quiddam ex multis perficere ipsum secum certans*, vel cujus multiformis imaginis singulae partes ex praestantissimo sumptae & simulatae, de praestantia & imitationis perfectione dubium judicium facerent) pergit, quid facere velit, *sed omnes virtutes animae, singulatim quaeque imago*, (h. e. sic facta, ut integram picturam unaquaeque virtus habeat.) *pingetur imitationem archetypi exprimens.* In proponendis animae dotibus repudiat id quod pictor ille in corpore faciebat, qui ut Divam pulcherrimam exprimeret,

ab

ditionem neceſſe eſt, earum praeſertim, quae meditatione conſtant; age hanc quoque jam conſtituamus, variam quidem & multiformem, ut neque hac parte tua illa fingendi arte inferiores ſimus. Pingatur ergo ita, ut univerſim omnia de Helicone bona habeat, non tanquam Clio, aut Polymnia, aut Calliope, aut reliquae, unum quiddam unaquaeque ſciens, ſed quae ſunt omnium; & inſuper Mercurii, atque Apollinis *munera*. Quaecumque enim vel poëtae verſibus ornata protulere, aut retulerunt hiſtorici, aut philoſophi admonuerunt, omnibus illis exornata imago eſto, non ut colorem tantum traxerit, ſed ut alte deſcendentibus medicamentis ad ſaturitatem imbuta ſit. Atque ignoſcendum mihi erat, ſi exemplum vivum oſtendere hujus picturae non poſſem. Neque enim tale inter antiquos, quantum ad doctrinam,

των, ὁπόσα μελετητὰ, φέρε καὶ ταύτῃ ἤδη συγκοσμώμεθα, ποικίλην μὲν τοι, καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ κατ' τοῦτο ἀπολειπώμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς. καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα, οὐχ ὥσπερ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Πολύμνια, καὶ ἡ Καλλιόπη, καὶ αἱ ἄλλαι, ἕν τι ἑκάστη ἐπιστάμεναι, ἀλλὰ [c] πασῶν, καὶ προσέτι τὰ Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. ὁπόσα γὰρ ἢ ποιηταὶ μέτροις διακοσμήσαντες ἐξενηνόχασιν, ἢ συγγραφεῖς ἱστορήκασιν, ἢ φιλόσοφοι [d] παρηνέκασι, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω· οὐκ ἄχρι τοῦ ὑπεκχρῶσαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δυσοποιοῖς τισι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα. καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἐξεχέτυπον ὑποδεῖξαι ταύτης δυναίμην τοῦ γραφῆς. εἰ γὰρ ἐθ' ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, [f] παιδείας πέρι μνη-

[c] Πασῶν] Conſtans lectio. [d] Παρηνέκασι] Nil mut. Edd. & Ex. *Fl.* Παρηνέγκ. P. Item marg. *Alw.* [e] Ὅ, τι] Sic *P.* Ὅτι *S.* aliaeque quaedam. [f] Παιδείας] Sic recte *P. A.* & *Fl.* Παιδίας *J. H. S. Ald.* male.

69. Ἕν τι ἰκάσῃ] Καὶ ἢ τὰς Μούσας ἄλλην ἄλλης φασὶν ἔφορον εἶναι τέχνης λογικῆς ἢ ἐπιστήμης. Κλειὼ μὲν ἱστορίας, ἧς δὲ εὑρετὴν εἶναι φασὶ, Θαλείαν κωμῳδίας, Εὐτέρπην αὐλῶν, Μελπομένην τραγῳδίας, * Τερψιχόρην ψαλτηρίου, Ἐρατὼ κιθαρίζειν, Πολυμνίαν ῥητόρων, Οὐρανίαν ἀστρολογίας, Καλλιόπην ποιήσεως. *V.*

* Τερψιχόρην] Hic legebatur Euterpe; ſed cum hoc jam haberetur nomen, deeſſetque *Terpſichore*, manifeſtum erat feſtinantem Librarium poſteriorem hancce Muſam oblitum. Licet non conveniat Mythologis inter ſe circa Muſarum inventa, nec praeſtantiſſimi Poëtae diviſionem hanc artium inter Muſas agnoſcant, attamen quod hic dicitur de Euterpes & Terpſichores iuventis, ſatis conſentit cum *Epigram.* CXXXVIII. *Auſonii*, ad quod vide *El. Vinetum.* *J. Cler.*

Τερψ.] Recte legitur *Terpſichore* in C. *M. du S.*

ab hac puella ſumebat exemplum hujus membri vel coloris, ab alia alterius, & ſic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animae negat hic ſe ſequuturum, & ſic quoque illa omnia conjuncturum in una pictura, ſed ex ſingulis ſeparatam ſingularemque imaginem effecturum. *Καθ' ἑκάστην εἰκὼν μία* non debent per minorem diſtinctionem diſtrahi, ſed conjungi omnes quatuor voces, ſejunctae ab praecedentibus & ſequentibus, quae apponuntur, ut in tomo primo *Hermot.* c. 33. f. dixit *ξύμπασιν*, *τὸ τῷ μέρει ἕκαστον*. Ubi vide noſtra. *J. G.*

Καὶ γραφικῶς ἔστι.] Sic graphice apud *Plautum* &c. *M. du S.*

58. Λάϊον] Parodia *Heſiodi*. Locus ſupra indicatus eſt ad c. 12. *M. du S.*

70. Πασῶν] Ita in omnibus legitur; ad Muſas itaque referendum, quarum omnium artes unam ait poſſidere Pantheam. *M. du S.*

76. Δυσοποιοῖς τισι φαρμάκοις] Quae ſint *δυσοποιὰ φάρμακα*, forte intelligi melius poterit, ſi quis conferat locum e Ciceronis Hortenſio a Nonio ſervatum 4, 405. *Ut ii, qui* combibi purpuram *volunt*, ſufficiunt *prius lanam* medicamentis *quibusdam*, &c. Laudavimus nuper hunc locum, & plura de hoc argumento diximus, ad *Quinct.* 12, 10, 75. *J. M. G.*

79. Οὐ γάρ ἐθ' ὅ, τι τοιοῦτον οὐ τοῖς πάλαι, *παιδίας πέρι μνημονεύεται*] *Neque enim quidquam tale in veteribus de diſciplina memoratur* Sic ſcribendum; non, ut vulgo, ὅτι· id quod jam ſaepe monuimus etiam alibi male apud Noſtrum ſcribi; ſaepiusque monituri ſumus. *J. J.*

Ibid. Ὅ, τι] Bene Cl. *Jenſ.* vel per ſe, vel ex *Pariſ.* Ed. vidit ſic ſcribendum pro vulgato ὅτι. Recte enim ὅς τις poſt οὐκ ἔστι ſequitur, ut *Alciphr.* III. 24. p. 330. Οὐκ ἔστιν ὅστις τινα οὐκ ἀπολώλεκε. Noſter ſupra *Demon.* §. 10. Καὶ οὐκ ἔστιν ὅτου τινα οὐκ οἰκεῖον ἡγήσεται. Ne plura in re manifeſta adferam. *J. F. R.*

80. Παιδίας πέρι] Corrige *παιδίας*. *F. G.* Id jam feci, & feciſſem, ut *Fl.* non monuiſſet; nam errorem operarum tantum fuiſſe illud *παιδίας*, patet ex

μνημονεύῃ, πλὴν ἀλλὰ εἴ γε δοκεῖ, ἀναχείσθω καὶ αὕτη· σὺ μεμπτὴν μὲν, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ΛΥΚ. Καλλίστη μὲν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη.

memoratur. Verum, si videtur, ponatur haec etiam *imago*. Neque enim, puto, est reprehendenda. LYC. Pulcherrima quidem, Polystrate, & lineis omnibus absoluta.

ΠΟΛ. Μετὰ δὲ ταύτην, ἡ τῆς σοφίας καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. δέησε δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν παραδειγμάτων, ἀρχαίων τε πλείστων, ἑνὸς μὲν καὶ αὐτοῦ Ἰωνικοῦ. γραφεῖς δὲ, καὶ δημιουργοὶ αὐτοῦ, Αἰσχίνης Σωκράτους ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς Σωκράτης, μιμηλώτατοι τεχνιτῶν ἁπάντων, [a] ὅσῳ καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. τὴν δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ἣν καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς συνῆν, ὡς [b] φαῦλον συνέσεως παράδειγμα [c] προβάλωμεν, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων, καὶ ὀξύτητος

17. POL. Posthaec vero sapientiae & prudentiae pingenda imago est. Opus autem nobis hic erit exemplis pluribus, antiquis plerisque, uno quidem & ipso Ionico, pictores autem & opifices illius Aeschines Socratis sodalis, & ipse Socrates, imitandi inter artifices omnes peritissimi, in quantum etiam cum amore pingebant. Nempe illam ex Mileto Aspasiam, quicum Olympius ille, admiratione ipse quoque dignissimus, vivebat, non malum prudentiae exemplum proponamus, & quantum in il-

a Ὅσῳ] Ὅσοι adscripsit *M. du S.* b Φαῦλον] Φαύλου *Th. Mag.* vid. not. c Προβάλωμεν] Nil mut. Edd. Προβάλωμοι *Jens.* & *Pell.*

Bened. versione, quae *disciplinam* tamen recte reddiderat. Sed miror *Amstel.* edit. recte etiam παιδείας exhibere, quae alioquin jejusmodi mendas fideliter imitari, saepe augere solet. *J. F. R.*

90. Αἰσχίνης] Socraticus; de quo videndus *Diog. Laërt.* II. p. 48. & Noster Παρασ. c. 32. Libellum *Cic.* de Invent. I. 31. de hac ipsa Aspasia ab eo fuisse conscriptum testantur *Diogenes* ibid. C. & *Athen.* V. p. 220. B. *Harpocration* etiam, v. Ἀσπασία. A *Menagio* emendatus ad *Diog.* l. c. p. 65. B. Hunc autem ajunt Dialogos a Socrate scriptos pro suis edidisse. Vide Not. ad *Diog. Laërt.* II. 60. & alios a Cl. *Fabricio* in B. Gr. indicatos p. 783. *M. du S.*

91. Αὐτὸς Σωκρ.] Vide *Plut.* in Pericle. *M. du S.*

92. Ὅσῳ] Vide Φαλ. β. c. 2. Ἀλεξ. c. 2. in hoc ipso opusculo c. 21. & sequenti c. 17. Nescio tamen an non hic praestet scribere ὅσοι. *M. du S.*

Ὅσῳ] Vulgata stare potest, si interpretere: *in quantum*. Sic aperte, fin. hujus *Dial.* καὶ αὕτη ἐκείνη — ὅσῳ μὴ ξύλου — πεποίηται. Vincunt idem cetera exempla ab *Solano* adducta. Quibus plura addere liceret, nisi res esset notissima. Nec tamen adspernarer, si qui Codd. ὅσοι haberent. *J. F. R.*

94. Ἀσπασίαν] Priorem, de qua vid. *Plut.* in Pericle p. 300. qui hic Olympius, ut saepe alias, audit; rationem docet idem *Plut.* p. 315. p. 119. vid. *Fabric.* B. Gr. 785. *M. du S.*

Ibid. Ὀλύμπιος] Ὀλύμπιος est Pericles. *Diodorus Siculus.* lib. 12. Ταῦτα δὲ ῥᾳδίως συνετέλεσε διὰ τὴν δυνατὴν τοῦ λόγου, δι' ἣν αἰτίαν ἀπεμάθη Ὀλύμπιος. *Plin.* XXXV, 8. *Olympiumque ab eo pictum*; sic pulcherrime hunc locum ex Mss. emendavit sagacissimus *Fridericus Gronovius*, cum in iis legeretur *Olympium Jovem*, in editis ineptius *Clypeumque Athenis*. Sic & *Val. Max.* V. 10. *Non sine caussa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit*, ut erudite hunc locum restituit *Christophorus Colerus*, ejecto vocabulo *Jovis*. Non longe post Mss. Ἀθηναίων legitur in Mss. ἐγγὺς ἴσον, οὐδὲ ἐγγύς. Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales sunt, nec quidem proximo intervallo distant* (sed longe scilicet) *Athenienssium respublica, & ista praesens Romanorum potentia*. Edit. ὃ γὰρ ἴση, non male, sed illud magis redolet Athenas. ἴσον nimirum χρῆμα. ὃ δὲ ἐγγὺς est idiotismus Graecus, *ne prope quidem ad illum accedit, longis parasangis ab illa distat*. Utitur & in sequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τῆς τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκα γε ἔσαν. *Non enim talibus se dignam esse, ne quidem propius ab illis abesse, neque ullam aliam foeminam.* Sic enim Latinis usurpatur *propius abesse*. *Cic.* in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum.* *J. G. G.*

95. Οὐ φαῦλον συνέσεως παράδ.] *Th. Mag.* v. φαῦλος legit φαύλου. *M. du S.*

Οὐ φαῦλον συνέσεως παράδ.] Operae est verba *Magistri* addere: φαῦλον, ait, ἐπὶ τηλικοῦ κάλλους, ἢ φαύλη. Λουκιανὸς οὐ εἰκότως ἐκ φαύλου συνέσεως τοῦτο παράδειγμα. Nihil igitur probat suo Luciani testimonio, nisi aliter olim lectum fuisse constet; nam φαῦλον

illa rerum peritiae, & acuminis circa civilia negotia, & celeritatis in cogitando, & acrimoniae fuit, illud omne in noſtram imaginem accurata regula transferamus: niſi quatenus illa quidem in parva *quaſi* tabella picta erat, haec autem Coloſſaea magnitudine eſt. LYC. Quorſum illud dicis? POL. Quod nego, Lycine, aequali magnitudine eſſe imagines, ſimiles cum ſint. Neque enim par eſt, ac ne prope quidem, Athenienſium quae tum erat reſpublica, praeſenti Romanorum potentiae. Itaque licet, quantum ad ſimilitudinem, eadem ſit, tamen magnitudine haec praeſtantior, tanquam in tabula latiore depicta.

18. Alterum vero ac tertium exemplum, Theano illa, & Lesbia poëtria, & ſuper illas Diotima. Ac Theano quidem magnitudinem ſenſuum conferat ad picturam;

εἰς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας, καὶ δριμύτητος ἐκείνη προσῆκε, τοῦτο πᾶν ὅπερ ἦν μείζονα εἰκόνα μελαγάγωμεν ἀκριβεῖ τῇ σάθμῃ. πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ κολοσσιαία τὸ μέγεθος ἐστί. ΛΥΚ. Πῶς τοῦτο φῄς; ΠΟΛ. Ὅτι, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἰσομεγέθεις εἶναι φημὶ τὰς εἰκόνας, ὁμοίας οὔσας· ἡ γὰρ ἴσην οὐδὲ ἐγγὺς Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα Ῥωμαίων δύναμις. ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ, ἀλλὰ τῷ μεγέθει γε ἀμείνων αὕτη, ὡς ἂν ὅπερ πλατυτάτῳ τίνακι καλαγραμμένη.

Δεύτερον δὲ καὶ τρίτον ὑπόδειγμα, Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιὸς, καὶ Διοτίμα ὅπερ ταύταις. ἡ μὲν τὸ μεγαλόνουν, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν·

d Αὕτη] Αὐτὴ Edd. priores. *e* Ἐστι] Ἔστιν *Fl.* *f* Ἴσην] Sic Edd. conſtanter. Ἴσων Codd. G. P. L. & marg. *Al.* *g* Τῷ] Sic recte L. *P. S.* Τὸ male *Fl. J. H.*

λον hic recte ſe habet, & femin. φαύλη ac φαῦλαι ubique obvium ap. *Aelian. Thucyd. Ariſtoph. Herodian.* Velim igitur verum producatur teſtimonium, ubi φαύλῳ feminino genere uſurpatur. *J.F.R.*

96. Παράδειγμα προβέβωμον] Perperam hodie legitur, Τὴν δὲ ὑπὲρ Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ἣ ὁ Ὀλύμπιος, θαυμασιώτατος αὐτὸς, συνῶν, ἐφαύλου συνέσεως παράδειγμα προβέβωμον, quum ſenſus & ſtructura verborum poſtulent προβέβωμοι; idque jam in verſione recte obſervavit Interpres: *Porro Mileſiam illam Aſpaſiam, cum qua Olympius, ipſe quoque maxime admirandus, converſabatur, non ignobile prudentiae exemplum proponentes.* *J.F.*

Ibid. Προβέβωμον] Et ego cum Cl. *Jenſio* προβέβωμοι melius legi arbitror; ſed expecto codicum fidem. *J.F.R.*

2. Πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ ἡ Κολοσσιαῖα τὸ μέγεθός ἐστι] Plane aliud vult Polyſtratus, qui hic loquitur, quam verba haec praeferunt. Neque enim is vult dicere, imaginem illam, quam effingendam ſibi proponit, eſſe jam Coloſſiaeae magnitudinis; nec dum enim exiſtebat illa imago. At id vult: *Praeterquam quod illa quidem* (Aſpaſia) *in parva tabula picta erat, haec vero* (imago, quam ego pingam) *Coloſſiaeae ſit* (vel *eſto*) magnitudinis. Legendum itaque ἴσῃ. Poſſet & ἴσται legi, ut ſtatim, τῇ Διοτίμᾳ δὲ, ὑφ' Σωκράτης ἐπήνεσεν αὐτὴν, ἰοικυῖα ἔσται. Niſi & illic ἴσῃ ſit emendandum; ſic enim continuo ibi ſequitur, τοιαύτη σοι ἡ αὐτὴ ἃ Λυκῖνε, ἀναπλάσθω ἡ εἰκών. Sic & pag. praeced. fuerat locutus, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω. Et in eumdem modum paſſim hic Polyſtratus: nec aliter potuit; quippe qui Luciano ſignificat ordine omnia, quae huic perfectiſſimae imagini, quae vere demum venuſtam, formoſam, & omnibus animi corporisque virtutibus ornatiſſimam exhibeat feminam, ſint affingenda. In Florentina editione video ἐστὶν cuſum, quod nimirum facile ex ἴσῃ corruptum eſt. Praetermiſi ineptiſſimam hujus loci vulgatam proponere interpretationem; nam ne inſpici quidem meretur, adeo ab mente Auctoris eſt omni modo devia. *J.J.*

3. Κολοσσ. τὸ μέγ. ἐστί] Non puto opus eſſe ut ἐστὶ mutemus in ἴσῃ. Reſpicit enim re ipſa Polyſtratus, non tam ad imaginem ſuam, quam prae manibus habet, quamquam hanc nominat, quam ad ipſum exemplum, Pantheam, quod ſequentia ſatis aperte declarant, in quibus indicandi modo uti pergit. *J.M.G.*

12. Θεανώ] De hac Theano Pythagorica *Menagius* quid collegerit habes in libello quem de *mulieribus Philoſophis* ſcripſit. Pythagorae *uxorem* dicit *Diog. Laërt.* p. 224. C. Noſter *filiam* facere videtur, Ἐρωτ. c. 30. Apud *Plut.* 247. I. hoc dictum ejus fertur dicenti cuidam, καλὸς ὁ παῖς· ἀλλ' ἐ δημόσιος. Adde *Porphyr.* No. 19. & Not. At hic quidem Pauſaniae matrem intelligit, cujus hiſtoriam apud *Polyaenum* habes *Strat.* VIII. p. 630. *M. du S.*

14. Διοτίμα] Vid. Εὐτ. c. 7. & *Plat.* Συμπ. 337. C. Ab hac Socrates amatoria ſe didiciſſe illic profitetur. *M. du S.*

ἡ Σαπφὼ δὲ, τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως. τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἃ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτῇ, ἐοικυῖα ἔσται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σύνεσίν τε καὶ συμβουλίαν. τοιαύτη σοι καὶ [a] αὕτη, Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών.

ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Πολύστρατε, θαυμάσιον ὅσα. σὺ δὲ ἄλλας [b] γράφε, τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἢ τὸ ἥμερον ἐμφανιεῖ τῷ τρόπῳ, καὶ πρὸς τοὺς δεομένους προσηνές. ΠΟΛ. Εἰκάσθω ὃν καὶ αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντήνορος, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην.

Ἐξῆς δὲ μετὰ ταύτην, ἡ τῆς σωφροσύνης αὐτῆς γεγράφθω, καὶ τῆς πρὸς τὸν συνόντα εὐνοίας, ὡς κατὰ τὴν Ἰκαρίου μάλιστα εἶναι τὴν [c] σώφρονα καὶ τὴν σοφρονα, οἵαν τὴν Ὁμήρου γεγραμμένην (τοιαύτην γὰρ τὴν Πηνελόπης εἰκόνα ἐκεῖνος ἔγραψεν) [d] ἢ καὶ, νὴ Δία, κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς τὴν Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. ΛΥΚ. Παγκάλην καὶ ταύτην, ὦ Πολύ-

Sappho autem vitae elegantiam: Diotimae vero non iis solum, propter quae Socrates illam laudavit, similis erit, sed reliqua etiam prudentia & consilio. Talis tibi haec etiam imago, Lycine, proposita sit.

24. Si vero vel maxime illis ipſis *Deabus* ſimilem te dixiſſem, non mirum iſtuc fuerit, neque primus ego iſtam viam ſecuerim; ſed multi ac boni poëtae, & maxime civis ille tuus Homerus, quem nunc etiam advocatum mihi excitabo, aut fieri non poteſt, quin ipſe mecum damnetur. Interrogabo igitur illum, potius vero te pro illo (meminiſti enim, in quo bene facis, venuſtiſſima quaevis illius carminum) quid de illo tibi videtur, cum de captiva dicit Briſeide, illam aureae Veneri ſimilem luxiſſe mortem Patrocli: tum paullo poſt, quaſi non ſatis foret, ſi ſoli ſimilis Veneri ſit,

55. Εἰ δὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά σε αὐταῖς ἐκείναις εἰκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδόν, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἀγαθοὶ ποιηταί· καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν μὲν νῦν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά μοι· ἢ οὐδεμία μηχανή, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι· ἐρήσομαι τοίνυν αὐτόν, μᾶλλον δὲ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ (μέμνησαι γὰρ ἐμνημονεύεις, εὖ ποιῶν, τὰ χαριέστατα τῶν ἐρραψῳδημένων αὐτῷ) Τί ποτε δοκεῖ σοι ἐκεῖνο, ὁπότε περὶ τὴν αἰχμαλώτου λέγει τις Βρισηίδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέλη, ἐπένθει τὸν Πάτροκλον; εἶτα μετὰ μικρόν, ὡς οὐκ ἰκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσται.

Sic fatur, inquit, *lacrumans pat ſanctis femina divis.*

70. Εἶπε δ' ἄρα (φησὶ) κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

Cum igitur dicit talia, odiſtine ipſum quoque, & abjicis librum, an das illi, ut libertate in laudando utatur? Verum etſi tu

ὁπόταν οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς καὶ ἐκεῖνον, καὶ ἀποῤῥίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ καὶ σὺ μὴ

---

e Εἰκόνας] Εἰκόνας male *F.* Recte cett. & M. media brevi. *f* Σε] Reſtitut. ex W. Pa Edd. priores. *g* Συναγορεύσοντα] Συναγορεύσαντα *Fl.* male. Vulgatum tenent cett. & M.

re propter pulchritudinem, vel *pulchritudinis nomine*. Confer quae ſupra noto ad T. I. p. 580. f. *Piſcat.* c. 12. No. 22. ubi ἐπαινεθῆναι τὸ κάλλος, ἰσχύει, recte in textu, comma vero male omiſſum in nota. Adde *L. Bos* Obſ. Crit. p. 50. ibi quoque laudatum. *J. F. R.*

42. *Οὐ θαυμαστὸν γε, ὦ βελτίστη, εἰκάσαι*] Mendoſe. Scribe vel σε pro γε, vel εἰκάσαί σε. Voculam σὺ hic requiri, vix monitore eget; jamque de ſuo id ſupplevit Interpres. Eadem haec pag. idem commiſſum. Et ὅτι (male quoque, ſaltem contra conſuetudinem, vulgo legitur ὅ, τι) μάλιστά γε αὐταῖς ἐκείναις εἰκάσας. Et hic σὺ requiritur, ſive εἰκάσαί σε, ſive γε in σε mutatum malis. *J. J.*

Ibid. Γε] Recte puto Cl. *Jenſ.* conjeciſſe σὺ legendum. Etſi enim eo ſenſu tolerabilis eſt vulgata, quem Cl. *Geſn.* ei tribuit; tamen cum ſcribae in eadem particula γε, pro γε ſcribenda peccarint, ubi ad eadem verba reſpicitur, quid mirum, ſi & hic ſimiliter aberrarint? *J. F. R.*

44. *Λίθου καλοῦ* &c.] Conf. ſupra *de Imag.* c. 23. ceteraque Luciani loca ibi commonſtrata, ſi eſt operae. *J. F. R.*

49. *Οὐρανίαν Ἀφροδίτην*] De Venere Cnidia intelligo, de qua ſupra *Erot.* c. 13. & *Eik.* c. 4. non de marmorea, quae Athenis erat, Uraniae dicta ſtatua. *M. du S.*

50. *Οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν*] Πρὸ intelligitur. *F. G.*

Οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν] Pompeji enim & Caeſaris aetate vixit Praxiteles. Sic autem in omnibus ſcriptum eſt. Ego vero ὃ πρὸ πολλῶν ἐτῶν verum eſſe credo. *M. du S.*

55. Σε] W. In impreſſis omnibus prave legebatur γε ante αὐταῖς. *M. du S.*

66. *Χρυσῇ Ἀφροδίτῃ*] *Homer.* Il. T. 282. *M. du S.*

70. *Εἶπε δ' ἄρα*] *Homer.* l. c. 286. *M. du S.*

75. Οὐδ'

μὴ δῶς, ὄγε τοσοῦτος αἰῶν δέδωκεν, οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ὀπὶ τούτῳ ἠτιάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξας τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐδὲ ὁ τὰ νόθα ὀβελίσκοις ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τοῦ ὀβελοῦ. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσει, βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν, τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσαι· ἐγὼ δ', ἵνα μὴ τὸ κάλλος εἴπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν φθάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυναῖκα φαιδρὰν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλά, ὅσῳ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωποι ἔχουσιν.

Ἐπὶ μοιχῷ τοι τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὅμματα μοιχῷ, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διΐ, τῷ Ἄρει δὲ τὴν ζώνην, στέρνον δὲ τῷ Ποσειδῶνι, χεῖρας τῶν ἄνθρωπον· κατὰ μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας. καὶ αὖ πάλιν, βροτολοιγῷ Ἄρεϊ, φησὶν, ὅμοιον εἶναι, καὶ ἄλλον ἄλλῳ, θεοειδῆ Φρύγα τοῦ Πριάμου, θεοείκελον παῖδα Πηλέως. ἀλλὰ ἐπανειμι αὖθις ὀπὶ τὰ γυναικεῖα τῶν παραδειγμάτων· ἀκούεις γοῦν οἵᾳ αὐτῷ λέγοντος·

non dederis, tantum certe aevum illi dedit, nec est qui hoc illum nomine accusaverit, neque iste, qui flagellis caedere statuam ipsius ausus est, neque qui obelis adscribendis suppositititios illius versus notavit. Deinde huic licebit, barbaram mulierem, eamque plorantem aureae Veneri dicere similem: ego vero, ne de pulchritudine dicam, quod audire non sustines, non comparem statuis Dearum mulierem laeti vultus & frequenter subridentem, quod Deorum simile habent homines.

25. Verum in Agamemnone vide, quam Diis ipse pepercerit, & quam illorum imagines proportione quadam dispensarit, *qui oculis quidem & capite similem eum dicat Jovi, quod ad balteum autem Marti, ac pectus Neptuno*, in sua hominem membra dividens pro totidem Deorum imaginibus. Ac rursus *homicidae Marti similem* ait esse, & alium alii: *Dei specie* Phrygem Priami, *Dei similem* saepe *natum* Pelei. Sed redeo rursus ad exempla muliebria. Audis enim sane illum dicentem:

Dia-

a Τοι] Γε W. b Ἄρει] Ἀρῆ *Hom.* At prius Edd. Luciani, & M. c Ἄλλῳ] Ἄλλως W. d Θεοείκελον] Καὶ θεοείκελον W.

76. Οὐδὲ ὁ μαστίξας] Ὁ μὲν μαστίξας ὁ * Ζηνόδοτος ἐπεκλήθη, ὠδίσας δὲ ἀδοτήσας πολλὰ † τῶν ὁμῶν ἐπῶν. *V.*

* Ζηνόδοτος] Restitutum ex C. Ζηνόδωρος enim Edit. *Cler.* † Τῶν] Τοῦ legebatur in editis. Mutavit *Selan.* cui obsecundavi, etsi non addidit unde habeat, quia res est parvi. *J.F.R.*

75. Οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν — ἠτιάσατο] Zoilus Aristarchus. Quique notas spurias versibus addiderat. Vide *Olearium* hunc locum inepte interpretantem Ed. novae *Philostrati* p. 649. *M.V. la Croze.*

76. Ὁ μαστίξας] *Zoilus* hoc, non *Zenodotus*, designavit, quamquam Scholiastes hoc aliter tradit. Vid. *Galen.* Therap. I. c. 3. ubi idem de Zoilo narratur (p. m. 37.) Neque Cl. *Oleario* credas alium sensum comminiscenti; qui a vero nimium quantum recedit praef. ad *Philostr.* Heroica p. 648. Versus spurios obelis etiam notarant Zenodotus & Aristarchus, ipso nostro monente Ἰσ. β. c. 20. *M. du S.*

85. Ὄπῃ θεοῖς] Φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. *F.G.*

86. Ἀγαμέμνονος] Conf. supra Σύγχρ. c. 8. *M. du S.*

89. Ὁμμάδιε &c.] *Homer.* Il. B. 478. *M. du S.*

93. Καὶ αὖ πάλιν &c.] Ego nomen Hectoris, aut alius cujusvis, excidisse hic puto. Vide *Homer.* Il. N. 802. M. 130. A. 295. Γ. 16. A. 131. *Odyss.* P. 37. T. 54. Z. 102. P. 51. *M. du S.*

8. Ἐξαλαλίφθω] Vulgatam bene se habere vid. ap. Grammaticos; nam ἀλάλιμμαι, ἀλάλισται fit praet. pass. ab ἀλείφω, & ἀπάλισται ab ἀπαλείφω, ne confundatur cum ἀπολείπω, ab quo ἀπαλείφθη formatum legas aoristum *Navig.* c. 4. & sexcenties alibi. Ignoscat Lector puerilia haec proferenti, ad quae adigimur variante scriptura. *J.F.R.*

13. Τῶν βοῶν] Alludit ad frequentissimum Epithetum Junonis, βοῶπις. *M. du S.*

14. Ἔτιμος] *Pindarus* haud dubie, quem supra Poëtam Thebanum vocavit Εἰκ. c. 8. ubi vide not. *M. du S.*

15. Ῥοδοδάκτυλος] *Hom.* Il. A. 477. &c. *M. du S.*

19. Τὰς

Dianae similis, vel quae Venus aurea fertur, &
Qualis Diana in montibus errat.

26. Non solum autem ipsos homines Diis facit similes, sed Euphorbi etiam comam *Gratiis similem* dixit, eamque infectam sanguine. Atque in universum tot sunt in hoc genere, ut nulla poëseos pars sit, quin divinis imaginibus exornetur. Itaque aut illa etiam deleantur, aut nobis quoque audere similia concessum esto. Adeo autem illa imaginum & similitudinum ratio a censura libera est, ut Homerus Deas ipsas non dubitaverit laudare a deterioribus. Junonis enim *oculos* comparavit *bubulis:* alius autem aliquis *superciliis violaceis* Venerem dixit: *roseis* enim *digitis insignem* quis eorum ignorat, qui vel pauxillum in Homeri poëmatibus versati sunt?

27. Quamquam, quae ad formam pertinent, adhuc moderatiora sunt iis, si quis Deo similis esse dicatur: verum ipsas appellationes Deorum quot *jam* imitati sunt, Dionysii, & Hephaestiones, & Zenones, & Posidonii & Hermaei cognominati? Latona autem mulier quaedam fuit Evagorae

Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, ἠΰ,
Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ὄρεα.

Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς θεοῖς ἀπεικάζει, ἀλλὰ καὶ τὴν Εὐφόρβου κόμην ταῖς Χάρισιν ἀπείκασε, καὶ ταῦτα, αἵματι δεδευμένην. καὶ ὅλως, τοσαῦτά ἐστι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι κεκοσμηται, ὥστε ἢ καὶ ἐκεῖνα ἐξαληλίφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφείσθω. ὅτω δὲ τὸ κατὰ τὰς εἰκόνας καὶ τὰς ὁμοιώσεις ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὥστε Ὅμηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς οὐκ ὤκνησεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τὰς γοῦν τῆς Ἥρας ὀφθαλμοὺς, τοῖς τῶν βοῶν εἴκασεν. ἕτερος δέ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη, τὴν μὴ γοῦν ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τὴν κἂν ἐπ' ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ἐμπλεκόντων;

Καίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγοιτο· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες, καὶ Ζήνωνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ [f] Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενοι; Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου

[e] Ἐξαληλίφθω] Sic *J. Fl. H. P.* &c. Ἐξαληλιίφθω W. [f] Ἑρμαῖοι] Sic Edd. omnes. Ἑρμαῖ W

19. Τὰς προσηγορίας] Insignis ea de re *Clementis Alex.* locus est p. 22. A. Οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην δὴ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀναγόρδυον, ταύτῃ κακεῖνος διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατῶς διδάσκουσι. Κηῦξ μὲν Αἰόλου ΖΕΥΣ ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικὸς. Ἀλκυόνη δὴ αὖθις ὑπὸ τῆς ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορδυομένη. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τέταρτος ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἐκαλεῖτο. καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς ΔΙΟΝΥΣΟΣ καὶ αὐτὸς. ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ κεραοφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ κριὸν ἀνθρώπῳ ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι. καὶ ὅτι γε βασιλεῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐσήμηναν. Deinde recenset Menecratem *Jovis*, Alexarchum *Solis*, Nicagoram *Mercurii*, nomina & partes assumentes, & quos gentes ut Deos coluerunt vivos, Philippum Macedona, Demetrium *Deum*. Menander de Rege εἷλεν δὴ βασιλεὺς ἐξ ἔμψυχος θεοῦ. *M. du S.*

21. Διονύσιοι καὶ Ἡφαιστίωνες] Pendebam animi aliquando, essent ne haec nomina Latine convertenda ipsa quoque, ut eorum vim scilicet lector Graecorum rudis assequatur. Sed cum id genus lectoribus pereat eadem historia nominum, ut *Bachium* non cogitent tyrannum utrumque Syracusanum, *Vulcanium* non amicum Alexandri, *Jovianos* non Eleatem illum, & alterum Stoicae sectae principem, &c. sed quosvis alios: melius videtur relinquere Graeca suspicioni & inquisitioni eorum, qui primo conspectu eorum possent origines ignorare. *J. M. G.*

22. Ἑρμαῖοι] Reliqua nomina satis nota: hoc an reperiatur, nescio. *Hermeas* quidem multos, Hermaeum nullum legere me memini. In W. Ἑρμαῆ, quod minime probo, quia nondum eos recenset, qui ipsa Deorum nomina, sed eos tantum, qui paululum mutata assumsissent. Ego itaque Ἑρμαίους legendum censeo. *M. du S.*

23. Εὐαγόρου] Vide an apud *Diodorum Siculum*, qui multa de hoc Rege narrat, de uxore aliquid etiam reperiatur? *M. du S.*

γόρᾳ τῆ [a] Κυπρίων βασιλέως, ἢ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ Θεὸς, δυναμένη λίθον αὐτὸν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν εἰς κόρον ἐπιχρωμένους. χεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐστίν.

Ὥστε σὸν πρόσωπον τοιοῦτον, ψοφοδεῶς λίαν πρὸς τὸν ἔπαινον. εἰ γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι πεπλημμέλημαι εἰς τὸ θεῖον, σὺ μὲν ἀνεύθυνος αὐτοῦ, ἐκτὸς εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι, ἐμὲ δὲ ἀμυνοῦσιν οἱ θεοὶ, ἐπειδὴν πρὸ ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἀμύνωνται. ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριστον [b] τῶν φιλοσόφων ἠμύναντο, εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι. Πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα μὴ ἀπομνημονεῦσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα.

ΠΩΛ. Οὐκ οἶδα, εἰ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι, ὦ Λυκῖνε· μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ [c] ἐγχυόμενον· πειράσομαι δ' ὅμως ὑπομνησθῆναι αὐτῶν. καὶ

Cypriorum regis : & tamen non indignata est Dea, cum posset illam, Niobes instar, lapidem facere. Omitto enim Aegyptios, qui quidem omnium sunt superstitiosissimi; tamen divinis nominibus ad satietatem abutentes. Fere enim pleraque apud illos de caelo sunt.

28. Itaque tuum non est, meticulosè adeo affectam esse ad laudes. Si quid enim in scripto adversus numen peccatum sit, tu quidem rea minime illius es: nisi quam putas etiam auditionis poenam esse. Me vero tum Dii punient, cum ante me Homerum & alios poëtas ulti fuerint. At illi nondum nec optimum philosophorum ulti sunt, qui Dei imaginem esse dixit hominem. Multa adhuc ad te dicenda cum habeam, Polystrati hujus caussa desinam, ut meminisse possit dictorum.

29. POL. Nescio si adhuc possim hoc, Lycine, Longa enim a te habita est oratio, idque ultra infusam tibi aquam. Studebo tamen illorum meminisse, & ut vides jam ad

a Κυπρίων] Κυπρίᾳ P. sola. Et mox αὐτῷ pro αὐτοῦ. & M. c Ἐγχυόμενον] Restitutum ab *Solano*. Ἐγχεο. Edd. priores. Ἐγχούμενον *V2*.

b Τῶν] Deerat artic. in Edd. additus nunc ex *Coll.*

38. Ἄριστον τῶν φιλοσ.] Τὸν Πλάτωνα δηλονότι. *G.*

27. Αἰγυπτίους] Vide *Spanh.* 431. 434. *M. du S.*

38. Ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Vide *Platonem* Alcib. II. p. 46. E. quamquam ibi quidem non diserte dicitur *Imago*; & de Rep. VI. p. m. 431. B. Adde *Lactant.* II. 10. (mihi II. p. 150.) Τῶν autem interui, quod habent Coll. & M. *Sanctum* esse in *Minoë* Ed. *Bas.* p. 509. B. C. Tribuitur tamen hoc Diogeni apud *Diog. Laërt.* 150. A. *M. du S.*

Τὸν ἄριστον φιλοσόφων] Platonem ita signari, vix est dubium. Atque apud illum esse, quae huc referri possunt, constat V. G. de rep. 6. p. 476. A. ubi probat illud Homericum Θεοειδές τι ἐ θεοείκελον. κ. τ. λ. Sed ipsa tamen haec verba nondum invenire potui, nec apud ipsum, nec apud quemquam, qui concordiam rationis & fidei testimoniis philosophorum demonstrarunt, *Augustinum Stenchum* dico, *Vossium*, *Huetium*, *Pfannerum*. *J. M. G.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων — εἰκόνα τοῦ ἀνθρ.] *Diog. Laërt.* §. 52. *Grotius* in Genes. c. 1. *M. V. la Croze.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Non sic invenies locum *Diog. Laërt.* ab Cl. *La Croze* indicatum. Quare adi illius L. VI. Segm. 51. p. 340. T. I. Edit. *Amst.* ubi de Diogene Cynico ait: Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν εἶναι εἰκόνας εἶναι· τὸν ἄφρονα, γελαζόντων ἀχολίων. *J. F. R.*

45. Ἐγχυόμενον] Vide not. ad c. 15. Prave hic etiam legebatur ἐγχ. *M. du S.*

47. Ἀποσοβῶ παρ' αὐτὸν] *Th. Magist.* h. v. haec Luciani profert, ut hic leguntur, item alia quibus demonstret ἀποσοβῶ non solum esse ἀποδιώκω, verum & στοχάζομαι ἐ θαμβαλέως ἀπέχομαι. Adde Nostrum infra *Navig.* c. 4. ἀποσοβοῦντα ἐς τὸ ἄντρον. De σεσοβῆσθαι autem de quo *Thom.* ibid. agit, videbimus in *Lapith.* Hoc loco ἀποσοβῶ παρ' αὐτὸν, *deferam ad illam*, verterat *Obsop. Deferre propere Benedict.* male uterque. Est enim *abibo*, vel *abeo*, *propere ad illam*, *Alciphr.* I. ep. 34. p. 142. Εἰς τὸν Ἀκαδημίαν σοβεῖς, ubi *Bergl.* „ σοβεῖν de insolenti, fastuoso & concitatiore incessu, „ cum jactatione quadam corporis. Exempla anno-

„ tav-

ad illam abire festino, obturatis auribus, ut ne quid incidens aliud ordinem illorum confundat, ac deinde accidat mihi, ut exsibiler a spectatoribus. LYC. Ipsi tibi curae erit, Polystrate, ut optime agas. Ego vero quandoquidem semel personam tibi tradidi, nunc statim discedam. Cum vero sententias renuntiabunt judicum, tum jam ipse quoque adero, visurus quis certaminis exitus futurus sit.

ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποσοβῶ πας' αὐτιὼ, ὑπεκβυσάμενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τ τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συρίττεσθε συμβῇ πρὸς τῶν θεατῶν. ΛΥΚ. Αὐτῷ σοὶ μελήσει, ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρινῇ· ἐγὼ δὲ, ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα παρεδέδωκα, νῦν μὲν ἐκ πόδων ἀποστήσομαι· ὁπόταν δὲ τὰς ψήφους ἀναχειρότωσι τ κριτῶν, τότε ἤδη κὴ αὐτὸς παρέσομαι, ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τῦ ἀγῶνος ἔσται.

TOXARIS SEU AMICITIA.

MNESIPPUS ET TOXARIS.

M N E S I P.

AIn' tu, Toxari, sacra facitis Oresti ac Pyladi vos Scythae, & Deos esse illos, creditis? TOX. Sacra facimus,

ΤΟΞΑΡΙΣ, Η ΦΙΛΙΑ.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΤΟΞΑΡΙΣ.

Μ Ν Η Σ Ι Π.

ΤΙ φής, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς; ΤΟΞ. Θύομεν, ὦ

„ tavit *H. Steph.* in Thes. interdum simpliciter *prope*, „ *ro.* Lucian. *pro Imag.* fin. &c.". (non *in Imag.* ut ibi editum.) Addo eumd. *Alciphr.* III. 51. p. 392. Ἀλλ' ἴτω μοι ἐνθυδὶ ἀπὸ σοῦ, καὶ σπεύδειν ὡς ἡμᾶς. *J. F. R.*

54. Ἐκ ποδῶν] Lege ἐκποδών. *F. G.* Et sic *Stephanus* in Thes. scribi jubet, quando *è vestigio*, *statim*, significat. Sed in *Suid.* Ed. *Hagen.* Lit. E. Ἐκ ποδῶν quoque scribitur, & ἐκποδών uno verbo (prius autem ibi errorem tantum typograph. esse, ex sequentibus adparet) ait autem. Ἐκ ποδῶν τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον ἐκστέλλεσθαι. Ἀριστοφάνης· Οὗτός ἐγὼ οὐ ζητοῦμαι. Ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Καὶ αὖθις· Ἀργεῖοι δ' Θηβαῖοι ἐκποδὼν ἔστησαν. Καὶ παροιμία· ἀνὴρ κακὸς πρόσωπον ἐκποδὼν φίλου. Ἐκποδὼν γενέσθαι, φυγεῖν. ἢ ἐξαλεῖφεσθαι. ἢ οὐ τῷ μέσῳ γενέσθαι. Si adverbii more junctim scribas, ἐκποδών cum *Gujeto* ac *Stephano* praeferrem; sed nihil hic suadet, ut exponamus *illico*, *e vestigio*, verum *e medio*, *e conspectu* sensus postulat; ideoque vulgatam minime mutandam arbitror. Nam & Noster alibi; ἀλλ' ὑμεῖς μὲ οὐκ ποδῶν, notante Fratre *G. O. Reitzio*, in Belg. Graeciss. qui locus est ex *Reviv.* c. 32. Addamus alia, ut *Amor.* c. 5. ubi οὐκ ποδῶν *statim* est, & *Toxar.* c. 9. f. αὐτίκα μάλα ἅστερ τὰ ὀπίσθια ἔχοντας ὑμῶν οὐ ποδῶν ἀποστάφημεν, ubi iterum discretim recte scribitur. Nec ibi *confestim* significare, patet, quia id per αὐτίκα μάλα enuntiatur. Sed pro arbitrio scribentis videtur modo sic, modo aliter exaratum; nam vicissim ἐκποδὼν ἄπειμι scriptum sine varietate video deinde, in *Pseudolog.* c. 4. post med. Ac tamen Latine ab *Micyllo* conversum, *abi è medio*. Et in *Eurip.* Hecub. 52. ἐκποδὼν χωρήσομαι junctim exaratum vertitur: *procul abibo*. Immo nihil interest, utrumque est ejusdem originis, si non prorsus idem; nam ut in singulari οὐκ ποδὸς διάκειν nulla est controversia, quid obstat quin οὐκ ποδῶν simili ratione scribamus semper, quum illa conjungendi aut dirimendi mutandique accentus ratio sit inventio posterioris aevi? Interim relinquamus hujusmodi orthographiam, qualem suis locis invenimus. *J. F. R.*

TOΞΑΡΙΣ] De vero Toxari in *Scytha* multa. Vide cap. 1. Hic autem fictus Toxaris Romanorum Imperatorum aetate vixisse ponitur. Quamquam alicubi etiam ad veterem respexisse patet, ut c. 57. Vid. *Schott.* Obs. p. 138. *M. du S.*

2. Ὑμεῖς οἱ Σκύθαι] Quorum inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Cercassii dicti, eos nonnulli Ziccos esse volunt. *G. C.*

ὦ Μνήσιππε, θύομεν· ὑ μὴν θεὺς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. ΜΝΗΣ. Νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν ὥσπερ θεοῖς; ΤΟΞ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. ΜΝΗΣ. Τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; ὑ γὰρ δὴ ἐπ' εὐμενείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε ὄντων. ΤΟΞ. Οὐ χεῖρον μὰ ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· ὑ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ [a] τιμῶντες ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ ὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι.

Mneſippe, ſacra facimus: verum non quos Deos arbitremur eſſe, ſed viros bonos. MNES. Lex autem apud vos viris etiam bonis poſt mortem ſacrificare tanquam Diis? TOX. Non *hoc* modo, ſed diebus feſtis etiam celebritatibusque illos honoramus. MNES. Quid inde venantes? Neque enim ſane, ut propitii vobis ſint, ſacrificatis illis, utpote mortuis. TOX. Fortaſſe neque iſtuc male, ſi mortui etiam ſint nobis propitii. Veruntamen etiam viventium ratione melius nos arbitramur facturos, ſi memoriam virorum praeſtantiſſimorum uſurpemus, mortuos etiam honore proſequentes; putamus enim, ſic futurum, ut plures nobis illorum ſimiles velint fieri.

2. MNES.

a Τιμῶντες ἀποθ.] Τιμῶμεν Edd. omn. male. Τιμώμενοι *Fenſ.* At reſtituta lectio eſt in *Coll.*

5. Ἀλλὰ ἄνδρας] Ἀλλὰ ſeq. vocali, etiam α. ſine apoſtropho ap. Noſtrum fere ubique, rariſſime cum eo. Forſan ne confundatur cum adjectivo ἄλλος. Confer ὥσπερ αὐτοῦ deinde c. 32. ubi plura damus. *F.F.R.*

12. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admiſſum ineptiſſimum in verſione errorem, quem a prioribus acceperunt, *iis quae in vita ſunt*, quum & res ipſa & Graeca poſtulent maſculinum. *F.G.*

13. Πρὸς τοὺς ζῶντας] Eraſmus tamen recte: *his qui in vita ſunt.* In *Bened.* itaque verſione illud *quae* vitium tantum typographicum eſt, *ἀδύνατον* enim arbitror, id eum per ignorantiam aut oſcitantiam ſic vertiſſe. *F.F.R.*

14. Καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας] Samoſatenſis noſter peculiari libello conſcripturus eminentiſſima quaedam fidae amicitiae exempla, inducit Toxarin & Mneſippum, hunc ex Graecis, illum ex Scythis, quorumdam, qui in ſe ſummae fidei & nulla calamitatum violentia infracti amicitiae vinculi documenta dederunt, hiſtoriam texentes. Mneſippo itaque miranti, quod apud Scythas Pyladi & Oreſti ſacra fierent, quum ab iis, utpote mortuis, nihil utilitatis humano generi poſſet accedere, reſpondet inter alia Toxaris, Scythas ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum praeſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant, etiam poſt mortem manere bene factorum praemia. Graeca verba quaedam labes inſidet emaculanda. Ait, §. 1. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Sed legendum (idque nemini non perſpicuum eſt) μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμώμενοι ἀποθανόντας. *Quin putamus nos id melius quoque iis, qui in vita ſunt,* (πρὸς τοὺς ζῶντας, oſcitabundus Interpres verterat, *iis quae in vita ſunt.* quem errorem jam caſtigavit Cl. *Gronovius*) *facturos, ſi optimorum memores ſimus, & honore proſequamur mortuos.* Apprime huic Scytharum inſtituto, claris viris & Deis juxta honorem habentium, convenit, quod de Octavio Auguſto, proximum Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtante, qui imperium populi R. ex minimo maximum feciſſent, memorat *Suetonius* cap. 31. eum *nempe ſtatuas omnium* eorum ducum *triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicaſſe; edicto profeſſum, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar & ipſe, dum viveret, & inſequentium aetatum principes erigerentur a civibus.*

Mneſippo itaque & Toxaride, ſingulis ex ſua gente relaturis quosdam fideliſſima amicitia memorabiles, & inter ſe exemplis nobilibus quaſi certaturis, rogat Mneſippus, utrum in exemplorum multitudine, an in excellentia conſtitura ſit victoria. Reſpondet Toxaris c. 11. m. ſe potius velle, ut exemplorum dignitas ſpectetur. καὶ εἰ τοιούτους (pergit) φαίνοιτο αἱ σαὶ [φιλίαι] τῶν ἡμῶν ἴσαι τῷ ἀριθμῷ ὦσι, καφιούσας δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Reddit Interpres, *ut ſi tuae meis acutiores appareant, quamvis numero ſint pares, magis lethalia vulnera infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo.* Inſcita & a mente Auctoris aliena verſio. Verte, *Et ſi tuae* (amicitiae) *meis videantur acutiores, ſi pares etiam numero ſint, haud dubie magis lethalia mihi infligent vulnera, & ad illos ictus citius inclinabo ac cedam.* Non videtur intellexiſſe hoc in loco Interpres, quid ſit ἐνδίδωμι, ubi de pugnis & certaminibus ſermo eſt. Ἐνδίδωμι videlicet dicitur acies, quae inclinatur, & retrolabitur. Noſter in eodem hoc libello c. 54. p. m. Γινομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐν-

2. MNES. Recte iſta ſtatuitis. Sed quo in primis nomine admirati Oreſten ac Pyladen honore Diis aequaſtis, idque, apud vos advenae cum eſſent; & quod maximum, hoſtes? qui quidem, cum illos naufragio ejectos, qui tum erant Scythae, comprehenſos abduxiſſent, immolandosque Dianae, inſidiati carceris cuſtodibus, ſuperatoque praeſidio, & regem interfecerint, & adſcita ſibi ſacerdote, quin ipſa derepta Diana, navigio, deriſa communi Scytharum lege, evaſerint. Itaque propter iſta ſi honoratis illos viros, fieri non poteſt, quin

ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲ ὀρθῶς γινάσκεις. Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνα μάλιστα θαυμάσαντες ἰσοθέους [b] ἐποιήσατε, καὶ ταῦτα, ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας, ἢ τὸ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καθαγίσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τὴν φρουρὰν ὑπερατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν περιλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ὑποσυλήσαντες, ᾤχοντο ὑποπλέοντες, καταγελάσαντες τῷ κοινῷ τῶν Σκυθῶν [c] νόμῳ. ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολ-

[b] Ἐποιήσασθε] Ἐποιήσατε Ex. *Fl.* Nihil mut. Edd. nec P. [c] Νόμῳ] Deeſt in *Fl.*

30. Οὐκ ἂν * φθάνοιτε] Ἀντὶ τοῦ, τάχιστα ἂν πάντας ἐπὶ τὰ ὅμοια ὠθηκαλίσητε. *V.*

* φθάνοιτε] φθάνητε Ed. *Cler.* quod mutavimus, ut Lucianeo textui congrueret. *J. F. R.*

ἐνιεῖσθαι ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ παριέναι τὴν φάλαγγα· ubi aliquanto melius Interpres, *Noſtri terga dabant*; quamquam id non prorſus eſt *terga dare*. *Plutarchus* in Romulo, Ἐνίεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλάντιον ἴχοντο ἐξωθούμενοι τῷ ἐπιπέδῳ. Sic ventus, flatum remittens, dicitur ἐνιέναι ab Noſtro in 2. *Vera Hiſt.* hoc Tom. II. c. 29. f. Μαλακῶς ἐνιέντος τοῦ πνεύματος, καὶ σωιζόντος. At contra ἐπιέναι dicitur ventus, ubi increbeſcit. *Laxare frenum* Graecis quoque dicitur χαλινὸν ἐνιέναι. Noſter in *Deorum Dial.* pag. 182. δεῖ σωιέχειν ἀνάγκη τὸ χαλινόν. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς, ἴσως ſcilicet. Similiter Ἐνδοῦναι πόδα, quae phraſis eſt nautica, uſurpat Lucianus in *Contemplant.* c. 3. pr. pro remittere funem, quo remiſſo, velum a latere navis recedit, & minori violentia in velum irruit ventus. Verba Luciani ſunt, Ὁπόταν δὲ τὸ πνεῦμα καλαγίσωσιν πλαγίᾳ τῇ ὁδῷ ἰσχύσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὀψαλὲς ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' αἰσιας κελεύετε τὴν ὁδὸν σχίζειν, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τῷ πόδι, ἢ σωικδραμεῖν τῷ πνεύματι. Belgae dicimus, den ſchoot uitlaten. Quod hic vocat Noſter σωικδραμεῖν τῷ πνεύματι, id eodem prorſus modo Belgae met den wind uitloopen. *J. J.*

Καὶ τιμᾶσθαι ἀξιοῦτε.] Nondum poſſum accedere *Jenſianae* emendationi; cum nondum mihi conſtet, τιμᾶσθαι media vel paſſiva terminatione ſignificare poſſe ſimpliciter honorare; & nihil hic ſit in oratione Scythae, quod non optime cohaereat: ἄμεινον οὖν ἡμεῖν — μεμνημένοις — καὶ τιμᾶσθαι — ἡγούμεθα γάρ. Si τιμᾶσθαι inveniatur in libro antiquo, illud vero arripiam. *J. M. G.*

Καὶ τιμᾶσθαι ἀξιοῦ.] Recte divinavit *Geſn.* τιμᾶσθαι alicubi inveniri poſſe. Quare laudabit factum, quod ad id etiam verſionem nunc adcommodaverim. *J. F. R.*

Ibid. Τιμᾶσθαι] Ita *Coll. Gall.* optime. Antea legebatur τιμᾶσθαι. Cl. *Jenſius* mutandum ſenſit. *M. du S.*

28. Ἀποκλείσας, καλαγελάσαντες] Duo participia ſine copula habuimus etiam ſupra hoc Tom. *Alex.* c. 19. ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος. Ubi addidi ſimilem conſtructionem videri poſſe in *Euang. Luc.* c. V. 25. & 28. Item *Alciphr.* I. 4. p. 20. Jam aliquanto plura additurus ipſa auctorum verba etiam ſubjungam. Ait enim Euangeliſta: Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν. Ac deinde: Καὶ καλαλιπὼν ἄκανθα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. *Alciphr.* autem l. c. Τί δὴ ἂν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα — ἄχυδι θαμίζεις; adde *Euang. Marc.* VIII. 23. Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτόν. Ibid. X. 16. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, εὐλόγει αὐτά. Ibid. VI. 54. 55. — εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν, περιδραμόντες ὅλῃ τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο &c. Addo Lucian. T. I. *Somn.* §. 2. ἀγανακτήσας, σκυτάλην λαβὼν — μοῦ κατῆξατο. Infra *Apin.* c. 37. ἀπορίψαντες, τὴν κεφαλὴν ἐλίσσοντες. Vel tria denique jungit *Alciphr* III. ep. 43. pr. ξυράμενοι τὰς κεφαλὰς — λησάμενοι εἰς τὸ Σηραγγεῖον βαλανεῖον — δρόμου ἀφέντες, εἰς τὸ προάστειον — ἀνῳμεθα. Intricatius paullo Idem III Ep. 7. pr. Ἀκεσίλαος ὁ ἰατρὸς ἡμιθνῆτα, μᾶλλον δὲ αὐτοτεκρὸν διασάμενος, ἵνα τὸ κάτω, μαθηταῖς ἐπιτάττων, φοράδην ἀνιλὼν, ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἴκαδε. Quod ſic in omnibus ſuis Codd. inveniri teſtatur *Bergl.* qui tamen ἐπίταττεν, καὶ ἤγαγεν legendum exiſtimat. Sed vide anne ex ſuperioribus vulgata ſe tueri poſſit. *J. F. R.*

30. Οὐκ ἂν φθάνοιτε] Conf. ſupra notata ad T. I.

πολλὰς ὁμοίας αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τὐντεῦθεν αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλὰς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καλαίρειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν ὕστως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν λοιπῶν θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ἐκθειάσετε καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν [a] ὄσι θύσετε ὡς θεοῖς.

Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴτῳ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πάλαι μὲ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτοὺς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι. ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μέν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γοῦν, δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ὅσοι τὴν Ἀργῶ εἰς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἷα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν οἰκητόρων· καὶ ἐπειδὰν ἐλθόντες ὕστως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ πράγματι, καὶ

multos illis reddatis similes. Atque hinc ipsi jam ad antiqua respicite, utrum bene vobis eveniat, multos in Scythiam Orestes & Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipsi & sine Diis futuri, si reliqui Dii eodem modo e vestra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro Diis omnibus viros, qui eorum educendorum caussa venerint, consecrabitis, & sacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam Diis sacra facietis.

3. Quod si enim non harum rerum caussa Oresten ac Pyladen honoratis; verum aliud forte, Toxari, beneficium vobis praestitere; quo tandem nomine illos, cum olim Deos non haberetis, jam contra ea sacrificando Deos judicastis, atque his, qui parum aberat, quin ipsi fierent tum victimae, victimas nunc offertis? Ridicula enim istaec videri possunt, & rebus olim gestis contraria. T O X. Etiam ista quidem, Mnesippe, generosa illorum virorum *facta*, quae enarrasti. Quod enim, duo cum essent, magnum adeo facinus ausi, longam adeo a sua patria navigationem ingressi, expeditionem in Pontum suscepere, intentatum adhuc Graecis, praeter illos, qui Argo *vecti* bellum Colchidi intulerant; nec perhorrescentes *portentosas* de illo fabulas, neque appellationem timentes, cum Inhospitalis vocaretur, feris nimirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod capti cum essent, viriliter adeo in ea re

[a] Οὕτω] Non adest in *Fl.*

Vit. Auct. c. 26. No. 6. *Alciphr.* III. Ep. 3. f. μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ καταπλῆναι. Ubi negatio tamen pertinet ad priora. *non, etsi prius fame contabescendum esset.* *J. F. R.*

32. Πρὸς τὰ παλαιὰ] Ego haec verba glossam esse τῷ τύπτεσθαι, existimo. *M. du S.*

34. Καταίρειν] Jussit *Solan.* conferri T. I. *Jud. Voc.* §. 1. Ibi invenio καὶ καταίρουσιν ἔνθα μὴ δεῖ. Et paret inde vis verbi καταίρειν, quam supra l. c. male acceperant ac verterant Interpretes, reddentes, *auferre*; hic tamen recte *appellere*, dederant. Καταίρειν enim proprium esse de navibus in portum invectis, Cl. *Hemsterh.* ibi docuit. Cui tantum addo *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 174. Οἶδα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ Σορίας δεῦρο καταίροντα. Quod recte quoque ibi conversum: *a Syria huc appulerat.* *J. F. R.*

43. Εἴτῳ τι ἄλλο] Hunc locum, si propius inspicias, haud sincerum invenies. *M. du S.*

Εἴτῳ τι ἄλλο] Sic habere omnes Edd. notarat in variantt. *Solanus.* Habebant autem αὐτῷ τι, quem accentum tamen ego mutavi, non ferens duos acutos in syllabis contiguis. Quod autem ait, non sana esse verba, haud satis capio; mihi certe plana videntur, & sensus vel ex versione Cl. *Gesneri* patebit

re ſe geſſerunt, nec ſatis habuere, ſi incolumes ipſi evaderent, verum vindicata regis injuria, & ablata Diana inde ſolverunt: quomodo haec non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna? Verum non iſta nos in Oreſte & Pylade ſpectantes pro Heroibus illos tractamus.

4. MNES. Dic ergo jam, quid praeclarum & divinum aliud perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores oſtenderim, & inter hos maxime Phoenices, non in Pontum modo, neque ad Maeotida usque & Boſporum navigantes, ſed utique & Graecum mare percurrentes & Barbarum. Omne enim iſti litus, & oram omnem, ut ita loquar, perſcrutati ſingulis annis, ſero auctumni domum ſuam revertuntur. Hos tu eadem ratione Deos puta, idque, cum caupones & ſalſamentarii ſint eorum forte plerique.

5. TOX. Quin audi, cariſſime, & vide, quantum barbari nos aequius de bonis viris quam vos judicemus: quandoquidem Argis & Mycenis neque monumentum nobile videre eſt Oreſtae aut Pyladis: apud nos autem & templum illis exſtructum eſt ſimul ambobus, ut conveniebat ſodalibus, & ſacrificia offeruntur, & alius omnis honos *habetur*. Neque quidquam obſtat, quod peregrini, non Scythae fuerunt, quo minus boni viri judicati ſint.

μὴ ἀγαπῆσαι εἰ [b] ἀμφυλάξουσι μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τὸν ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια οὐχὶ πάντων, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα.

ΜΝΗΣ. Λέγοις ἂν [c] ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο ἐξειργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας [d] αὐτῶν, οὐκ εἰς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχῆ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης πλανωμένους· ἅπασαι γὰρ ἴσμεν ἀκταὶ, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τοῦ μετοπώρου εἰς αὐτῶν ἐπανίασιν, ὡς κἀγὼ τὸν αὐτὸν λόγον θεοὺς νόμιζε, καὶ ταῦτα, κατήλους καὶ ταριχοπώλους, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

ΤΟΞ. Ἄκουε δὴ, [e] ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου καὶ Πυλάδου· παρ' ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε ὄντι· καὶ θυσίαι προσάγονται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὶ κεκριμένοι.

[b] Ἀμφυλάξουσι] Sic Edd. Ἀμφυλάξαι L. rectius. [c] Ἤδη] Deeſt in Fl. [d] Αὐτῶν] Adeſt hoc in J. Fl. Fr. Fa. Bz. P. H. S. [e] Ὦ] Non adeſt in Fl. [f] Γε] Τε Fl. male.

bit unicuique. J. F. R.

59. Ἄξιον] Ovid. Triſt. IV. 4. vſ. 55. & Strabo VII. Eur. Ἰφ. A. p. 402. C. 406. B. 407. B. 410. A. M. du S.

62. Μὴ ἀγαπῆσαι] Non contentum eſſe ſignificare; in quo tamen deinde errarint Interpretes, vid. mox, ad c. 62. J. F. R.

Ibid. Ἀμφυλάξαι] Ita L. Codex, uti antea conjeceram legendum, pro ἀμφυλάξουσι. M. du S.

Ἀμφυλάξαι] Mallem & ego cum Solano ἀμφύλαξαι. tau. Verſio Cl. Geſn. utramque lectionem complexa eſt. Hinc nihil mutavi; neque enim nego ἀμφυλάττεσθαι eſſe ſalvum manere, incolumem ſe ſervare; ſed quia ad fugam e cuſtodia magis pertinet hiſtoria, & fuga ipſa hic etiam evaſiſſe incolumes ſatis indicat, & egregius Cod. hanc lect. ſuppeditat, magis ad illam feror. J. F. R.

73. Αὐτῶν] Abundat illud αὐτῶν, niſi cum Φοίνικας conjungas. M. du S.

ὃ γ' ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ κ' ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείως αὐτοὺς ἀπὸ τ' ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καλαπλαγέντες τ' ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι ὄντοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθ', κ' τοῖς ἄλλοις νομοθέται καθεστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, [a] κ' ὑπὸ Σκυθῶν τ' ἀρίστων θεραπεύεσθ'.

Neque enim inquirimus, cujates honesti bonique viri sint, neque invidemus, licet amici non fuerint, si honesta perpetrarunt. Dum vero quae fecere laudamus, nostrates, quantum ad res gestas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc est, quod nobis visi sunt amici hi optimi omnium fuisse, & velut legislatores aliis constituti, quomodo oporteat in societatem omnis fortunae cum amicis venire, & *sic* ab optimis quibusque Scytharum coli.

Καὶ ἅ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, κ' νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα κ' παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τ' στήλην ταύτην, κ' τὰ ἐπ' [b] αὐτῆς γεγραμμένα ἀπομνημονεύσαι. θᾶττον γὰρ τὸνομα ἕκαστος αὐτῶν ὁπλάδοιλο τοῦ παιρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου κ' Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ κ' ἐν τῷ προβόλῳ τοῦ νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηponit ἀπηρτημένοι. Nec variant Mss. Ἐκπεμπτήμενοι τ' πηδαλίων dicit *Lucianus* in Toxari (h. l.) „ Apud *Theophrast.* in Hist. plantar. 9. καλαπεφυκότες). *J. F. R.*

5. 6. Et, quae secum invicem aut pro se subierunt, ea relata in literas majores nostri in aerea columna dedicarunt in Orestei, lata lege, primam disciplinam & institutionem pueris nostris esse hanc columnam, & quae scripta in illa sunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius sui patris nomen unusquisque illorum obliviscatur, quam Orestae atque Pyladis facta ignoret. Sed in consepto etiam templi eadem, quae columna in-

a Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν &c.] Nihil mutare *J. Fl. Fr.* notarat *M. du S.* Sed & ita *P. H. S.* b Αὐτῆς] Αὐτῶν male *Fl.*

3. Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τ' ἀρ. θερ.] Aut mutila oratio est, aut haec verba loco suo mota sunt, & alio referenda. *M. du S.*

18. Συνειλημμένοι, κ' πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένοι] Συνειλημμένους, κ' πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους. *Th. M.*

20. Κατάρχει) αὐτῶν] Apud *Eur.* Iph. in Taur. 40. de hac ipsa fabulae parte loquitur Iphigenia,

Κατάρχομαι δ' σφάγια δ' ἄλλοισι μέλει.

Vide Scholia & not. Clar. *Barnesii*; aut adi Ἐνταν. c. 3. & quae illic annotata sunt. *M. du S.*

Κατάρχει) αὐτῶν] Verti *immolat.* Servius ad Aen. 10, 541. *Immolari proprie dicuntur hostiae non cum caeduntur, sed cum accipiunt molam salsam.* Et laudat statim locum Catonis in Origg. *Boves immolatos priusquam caederentur profugisse in Siciliam.* Jam hoc esse κατάρχεσθαι satis docebit ipse poeta Od. Γ. 445. & ibi Eustathius. Nempe Nestor ibi χείρεσσι τ' ἐλοχέτας τε κατήρχετο. *J. M. G.*

26. Ἐκπεμπτεύμενοι] Utitur etiam *Thucyd.* VII. 75. p. 496. τ' δὲ ξυσκήνων ἤδη ἀπίοντων ἐκπεμπτεύμενος. Ubi *Hasius* haec notat: „ Habet *Suid.* in ἐκπεμπτεύμενος, & ex-

3. 27. Τῶν πηδαλίων] Plurali numero utitur, etsi de una navi tantum sermo est. Ita rursus infra *Navig.* c. 6. μικρὸς τις ἀνθρωπίσκος ἦρεν ἄδην — τὰ πηδάλια ἐξεῤῥίφη. Et sic in *Act. Apost.* XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τ' πηδαλίων. Nec abs re erit addere quae Rever. *J. Elsner.* ad eum locum notavit dicens: „ *Beza* πηδάλια *gubernacula dixisse* Lucam „ notabat, *plurali num. pro sing. quum unius navis* „ *plura non essent gubernacula.* Sed fallitur Vir Do„ ctissimus, antiquum navium modum ex sui tem„ poris consuetudine interpretatus; nam utique in „ antiquis navibus bina erant gubernacula, suum cui„ que lateri, ut recte monuit *Grotius.* *Aelian.* Var. „ Hist. L. IX. c. 40. duos gubernatores singulis navi„ bus constituisse Carthaginienses ait — vid. ad il„ lum locum *Perizonium.* Et *Apulejus* L. 2. Me„ tam. p. 50. *Navis turbinibus procellarum quassata* „ *UTRO QUE REGIMINE* amisso demersa est. „ Ubi mirus ille Commentator in usum Delphini no„ tat: *malo scilicet & gubernaculo quibus navis regi-*

„ *tur.*

indicat, picturis expressa ab antiquis, ostenduntur: navigans Orestes simul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehensus, & ad sacrificium paratus; & Iphigenia jam illos immolat; e regione vero in altero muro, jam exutus vinculis depictus est, Thoantem interficiens, & Scytharum multos alios; ac denique ut solvunt, Iphigeniam habentes ac Deam; Scythae autem frustra manus injiciunt navi jam eunti, suspensi e gubernaculis, ac tentantes inscendere; tum ut nihil proficiunt, partim jam vulnerati, partim ejus rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis quantam sibi invicem benevolentiam in conflictu cum Scythis exhibuerint. Fecit enim pictor utrumque, negligentem oppositos sibi hostes, depellentem autem, qui irruunt in alterum, & pro-

πλοῖ, γραφαῖς ὑπὸ τ᾽ παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυ᾽. πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς ἀμφθαρείσης [c] αὐτῶν τ᾽ νεὼς [d] συνειλημμένην, καὶ πρὸς τ᾽ θυσίαν παρεσκευασμένην, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχει᾽ αὐτῶν· καλαύλικρὺ δὲ ὅπι τῷ ἑτέρῳ τοίχῳ, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπ᾽, καὶ φονεύων τ᾽ Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τ᾽ Σκυθῶν· καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τ᾽ Ἰφιγένειαν, καὶ τ᾽ θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ὑπιλαμβάνον᾽ τῇ σκάφῃ ἤδη [e] πλέοντ᾽, ἐκκρεμαννύμενοι τ᾽ πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ᾽ οὐδὲν ἀνύσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχον᾽ πρὸς τ᾽ γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. ποιήσας γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμελοῦντα μὲν τ᾽ καθ᾽ ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ὑπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαν-

[c] Αὐτῶν] Αὐτῷ Exc. *Fl.* Sed cum vulgata consprat P. [d] Συνειλημμένην &c.] Συνειλ—ας & παρεσκ—ας *Marc.* Nil mut. Edd. [e] Πλέοντ᾽] Πλέοντας Exc. *Fl.* male. Vulgatam adserit P.

„ *tur*. Sed vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. c. 1. pag. „ 452. Et *Graevium* ad *Hesiod.* p. 9. Hinc in plurali „ fere πηδαλίων meminerunt auctores. *Galenus* Pro„ trept. ad scient. p. 1. ἐκτετρύψας τὰ πηδάλια κυβερνή„ τῃ τυφλῶ. *Lucian.* Tox. (h. l. & *Navig.* supra jam „ indicato.) Vide & *Aristoph.* Equit. vs. 539. & „ *Achill. Tat.* L. III. p. 159. Et *Orph.* Argon. vs. „ 1178. Ἀγκαῖος δ᾽ εὐκλεὴς ἐκτετραμένος ἐτήτυνε. *Ancaeus vero clavos docte gubernavit.* Ita etiam Lati„ ni *gubernacula* dicunt: *Petron.* c. 114. p. 531. Vid. „ & *Munker.* ad Hyg. fab. 14. p. 50. Et *moderamina* „ Ovid. III. *Metam.* 644.". Haec ille. plurima recte & ad Lucianum adposite, quare descripsisse non piguit. Sed quod poëtae *gubernacula ac moderamina* dicant, inde non probes duo revera fuisse; hi quippe *ora* pro *os*, & simil. de uno homine dicere amant. Res tamen satis certa est ex aliis; nam & *Heliod.* Aethiop. V. c. 15. pr. ἅτε τι πηδαλίων δύοιν ἀντεχόντων &c. quem cum aliis ab *Elsnero* adductis indicat *Schefer.* de milit. naval. p. m. 146. docens duo, tria, quatuorve gubernacula habuisse naves majores. Verum & alia navigia duplici gubernaculo non a puppi, sed a prora & puppi instructa fuisse, ut accedere & retrocedere possent sine conversione, monuit *Scholiast.* Luciani ad *Amor.* c. 6. v. διωρύττων. Interim cum *Schefero* credo, minoribus navigiis unum tantum fuisse gubernaculum. Et plura congerere jam eo minus gestio, quo id facilius fore sentio. Unum addo ex *Achill. Tat.* III. fol. 62. Τέλος ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν ῥίπτει μὲν τὰ πηδάλια ἐκ τ᾽ χειρῶν. Haec si conferas cum Luciani verbis, supra ex *Navig.* prolatis, rogabis quomodo unus vir utrumque gubernaculum regere potuerit? Nec tamen de parvo adeo navigio est sermo, in quo tot vectores enumerat Achilles T. Sed nec nimis magnum fuisse oportet, quod vectores ante legantur saepe locum jussu nautarum mutasse, ut navem ad alterum latus inclinare tentarent. Quare suspicor nec in solutae orationis scriptoribus semper necessario plura gubernacula intelligi, quoties plurali numero utuntur; sed quia ordinario duo erant, usum invaluisse, ut pluralem etiam de uno loquentes retinerent. Nam si in magna navi duo erant gubernacula, etiam bini erant gubernatores, ut *Meibom.* de fabrica triremium aliique jam observarunt. At in mediocri fieri potuit, ut perticae versatiles utrique gubernaculo ad latera puppis dependenti ita essent connexae, ut iis dextra sinistraque manu ab uno gubernatore prehensis, utrumque simul vel alterutrum per vices moveri potuerit. *J. F. R.*

ἁπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ πρὸ ἐκείνου ἑαυτὸν ὑποτιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὸν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι.

Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὸν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' εὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαναστῶσιν, εἰ μὴ ὁπόσης κοινωνήσουσι τῆς ἡδέως· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν [a] ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοὺς κινδύνους ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ ἂν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ [b] ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοὔνομα ὅτι τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ [c] φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

illo occurrere tentantem telis, & nihili curantem, si ipse moriatur, modo servet amicum, & intentatam illi plagam suo corpore *velut* praeripiat.

7. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, & malorum communionem, & fidem, & socialitatem, & veritatem firmitatemque amoris mutui; haec, inquam, non humana esse putavimus, sed praestantioris cujusdam animi, quam est in plerisque his hominibus, qui, dum secundus est cursus, indignantur amicis, si non in aequam jucundorum partem veniant: si vero vel paullum quiddam illis reflaverit, *ilicet* abeunt, solos periculis relinquentes. Etenim ut hoc etiam scias, nihil Scythae amicitia majus esse existimant; nec est in quo Scythes magis sibi placeat, quam si cum amico laborare illi contingat, & in societatem adversorum illius venire: quemadmodum majus nullum apud nos probrum, quam si quis prodidisse amicitiam videatur. Propter haec Orestem honoramus & Pyladem, qui praestiterint Scytharum bonis, & in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur. Etiam nomen propterea illis posuimus, ut Coracos appellaremus; id autem est nostra lingua, ut si quis praesides amicitiae genios dicat.

8. MNES.

a Ἀντιπνεύσειεν] Ἀντιπνέοι *Fl.* b Ταῦτα] Τοῦτο Exc. *Fl.* Nil. mut. Edd. nec P. c Φωνῇ] Φωνῆ *J.* male.

42. Φιλέταιρον] * Φιλέταιρ⊙ ℭ φιλεταῖρ⊙. *G.*

* Φιλέταιρ⊙] Corrige, φιλέταιρ⊙. Nam videtur tantum indicare voluisse diverso accentu φιλέταιρ⊙ & φιλεταῖρος posse scribi, ut ἀγροικος & ἀγροῖκος, de quo deinde. Nisi quis φιλεταίρους legere malit, quod longius tamen a scriptura codicis abit. *J. F. B.*

61. Κοράκους] De veterum Scytharum lingua quis scripserit nescio. *M. du S.*

Κοράκους] Forsan κοκάνους Sarmatice. *M. V. la Croze.*

Κοράκους] De Scythica lingua, ni fallor, scripsit *Theoph. Sigefr. Baijerus*, quem laudat *Gesnerus* supr. ad *Alexandr. seu Pseudom.* c. 51. No. 28. *J. F. B.*

75. Ἐν Σκύθαις· ἀστὶ ἀξένοις] De Scytharum in hospites crudelitate, quos mactatos comedebant, confer Noster. supra *Deor. Dial.* XVI. p. 245. T. I. Et Rev. *Jac. Elsner.* ad Epist. ad *Colass.* III. 11. ubi a barbaris distinguuntur, quod maxime sint barbari, seu barbarorum barbari, licet postea aliqua quoque justitiae laude celebrati legantur. Patet saltem ἀξένους omnino legendum, ut probe etiam Cl. *Gesner.* cum *Solano* vidit. Vid. *Ovid.* IV. Trist. IV. 56. *J. F. B.*

76. Ἀτὰ γὰρ ξένους, καὶ ἀγρίους] In ξένος nihil est, quod suspicionem praebeat *feritatis*; neque apparet, quomodo populus aliquis totus, in sua patria vivens, possit ξένος vocari. Quaesivit σοφὸν φάσμακον *Erasmus*, & vertit *Barbaros*: sed praeter vim nominis, pu-

8. MNES. Igitur non sagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythae, & rebus bellicis praestantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem sentienti, jam & ipsi recte facere videmini, cum divinis adeo honoribus Orestem Pylademque afficitis. Sed nesciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum esse. Lucidissime enim nobis, quae sunt in Oresteo, imagines ostendisti, & pugnam virorum, & *quae* pro se invicem *excepere* vulnera. Verum neque hoc putabam, ita studiose coli inter Scythas amicitiam, quippe ut inhospitales & agrestes, in inimicitiis semper versari *illos arbitrabar*, & ira, & excandescentia; amicitiam vero neque inter conjunctissimos suscipi; colligens *ista* tum e reliquis, quae de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, ἐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, ἢ τὰ πολεμικὰ ⸗ ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ ἢ ῥῆσιν εἰπεῖν ἁπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γὲν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη ἢ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, ὅτως Ὀρέστην ἢ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, ἢ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. πάνυ γὲν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, ἢ τ μάχην τῶν ἀνδρῶν, ἢ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾠήθην ἂν ὅτα ποτὲ πεπαίδαγτον εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἄτε γῶ [d] ἀξένους ἢ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρᾳ μὲ ἀεὶ συνεῖναι, καὶ ὀργῇ ἢ θυμῷ, φιλίαν δὲ [e] μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους [f] ἐπαναιρεῖσθ'. τεκμαιρόμενον τοῖς τε ἄλλοις ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, ἢ ὅτι καθεθίουσι τοὺς πατέρας τοὺς τεθνηκότας.

9. TOX. Utrum in reliquis etiam nos & justiores adversum parentes Graecis, & religiosiores simus, de eo in praesenti tecum non contenderim. Amicos autem Scythas multo Graecis amicis fideliores esse, & majorem amicitiae rationem inter nos esse, quam apud vos, demonstratu facile est. Et, per ego te Graecorum Deos oro, ne moleste me audias, si quid eorum di-

ΤΟΞ. Εἰ μὲ ἢ τἄλλα ἡμεῖς τ' Ἑλλήνων ἢ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τ' Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, ἢ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· ἢ πρὸς θεῶν τ' Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν καλαγνόημα, πρὸ-

70. Καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα τ' Χαλκιδέα. ἢ τοῦτον ἑταῖρον αὐτοῦ] Videntur mihi enervare hunc loquendi modum, dum sic distinguunt, & vertunt, *& cum ipso Damon Chalcidensis, ejus amicus.* In his certe nulla significatio vocum ἢ τοῦτον. Distinguo & verto, ἢ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα, τ' Χαλκιδέα ἐκ τούτου, ἑταῖρον αὐτοῦ, *& in eis Damonem, hunc quoque Chalcidensem*, (aeque ut Euthydicus) *amicum ejus.* Sic solent, quum duo in eodem conveniunt. *J.G.*

83. Ἀπὸ ψιλῆς τ' κεραίας] Contractis nempe nautarum ministerio, aut celeritatis caussa abscissis, aut abruptis denique a vento velis, *nudae sunt antennae.* Hoc est in *Actis Apostolicis* XXVII, 12. χαλάσαι τὸ σκεῦος, ut recte explicat *Scheff.* de mil. nav. 1, 4. p. 35. *J.M.G.*

84. Σπί-

ἔτι καὶ [a] σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τὴν ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷον ἐν τοσούτῳ σάλῳ ναυτιάσαντα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς τὴν θάλασσαν· εἶτα, οἶμαι, τὸ νεὼς βιαιότερον ἐς τὸ κεκύφος μέρος ἐπικλιθείσης, καὶ τῷ κύματι συναπώσαντος, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ὅπη τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, καὶ γυμνὸν [b] τὸ ἄθλιον, ὡς ἂν ῥᾷον δύναιτο νεῖν· εὐθὺς οὖν βοᾶν ἀπιγόμενον, καὶ μόγις ἑαυτὸν ὑπερέχοντα τῶν κλύδωνος.

Τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε (τυχεῖν δὲ γυμνὸν ἐν τῇ εὐνῇ ὄντα) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγορεύοντα (φαίνεται δὲ ἐπιπολὺ ταῦτα, τῆς σελήνης καταλαμπούσης) συμπεριπλακῆναι, καὶ συγκυφίζειν. σφᾶς δὲ ἐπιθυμεῖν μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὴν συμφορὰν τῶν ἀνδρῶν, μὴ δύνασθαι δὲ, μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους· πλὴν ἐκεῖνά γε

& ſpiras quasdam ad impetum undae excipiendum trahentes, media circiter nocte, nauſeantem, ut in tanta agitatione, Damonem vomuiſſe proclinato verſus mare corpore. Tum navi, puto, violentius in eam partem in quam incubuerat, inclinata, & fluctu ſimul depellente, praecipitem excidiſſe in pelagus, ne nudum quidem miſerum, ut natare poſſet facilius. Statim igitur clamaſſe jam ſuffocandum, & vix ſupra fluctus ſe tenentem.

20. Euthydicum vero cum audiſſet, (fuiſſe autem forte in cubili nudum) abjeciſſe ſe in mare, & comprehenſo Damoni, jam victo ac deſpondenti animum, (videri potuiſſe autem pleraque fulgente luna) adnatasſe, eumque ſublevaſſe. Illos autem cupiiſſe quidem opem ferre, & miſeratos caſum hominum, ſed non potuiſſe, a magno vento actos: at illa certe feciſſe, ſubo-

[a] Σπείρας τινὰς ἐπισυρ.] Nil mutare *S. Fl. Fr. P.* not. *Solan.* Sed & ſic *H. S.* &c. [b] Τὸν] *Fl.* omiſit.

84. Σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους] Primo audiamus *Plutarchum* περὶ ἀδολεσχίας p. 900. Νεὼς ἀφαγισθείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται, σπείραις καὶ ἀγκύραις τὸ τάχος ἀμβλύνοντες. Σπεῖρα igitur adhibetur in tempeſtate ad curſum navis retardandum, & frangendum obtundendumque quaſi impetum. Sed quid eſt σπεῖρα; Scholium ad Odyſſ. Z, 269. σπείρας interpretatur μεγάλους κάλως, δι' ὧν ἕλκουσι αἱ ναῦς. Nempe funes magni nautici, in ſpiram convoluti, mari innatantes, impediunt aliquantum, ne ita celeriter abripi, ita facile everti navis poſſit. Emendandus eſt *Heſychius*, apud quem ſub voc. σπεῖον continuatur oratio, οἱ περὶ τὴν βάσιν λίθοι, quae σπεῖρας explicatio eſt, non minus, quam ea quae ſequuntur, & niſi fallor ad hunc noſtrum locum pertinent, καὶ τοὺς σπεῖόν τι, καὶ σόφισμα ἢ χοινίν. Sequitur, ἢ ῥάκη, καὶ ἱμάντια, καὶ ἱστίαν. haec σπεῖον vocant Homerici interpretes. Excipere itaque ſe debent apud *Heſychium*, σπεῖον, σπεῖρα, σπεῖρον. Sed redeamus ad *ſpiras* noſtras. Retinui in interpretatione hoc nomen, auctoritate Feſti, qui inter alia *ſpira*, inquit, *funis nauticus in orbem convolutus*, & laudat *Pacuvii* verſum, haud dubito quin in tempeſtatis deſcriptione a poëta poſitum, *Quid ceſſatis ſocii ejicere ſpiras ſparteas?* Huc refero etiam *Iſidori* verba Orig. 19, 4. *Spirae, funes quibus in tempeſtatibus utuntur, quos nautici ſuo modo curcubas vocant.* Servata res ad recentiora usque ſaecula. Laudantur in Gloſſario *Dufreſniano* Voc. *Spera* n. 3. Gloſſae ad *Fr. Barberini* Documenti d'amore, p. 273. *Ligantur plures faſces & projiciuntur in aquas retro naves, ut non ſic naves currant, fractis themonibus: & dicuntur ſperae, quaſi res, quae faciunt tardare progreſſum.* Praeſtant ergo *Spiras* navi jactatae, quod plauſtris in deſcenſu arduo alligata a tergo ſarmenta, *Schlepp-reiſs* vocant ruſtici. *J. M. G.*

6. Ἐπὶ τούτων] Minus rectum videtur quod *Fl.* habet, ἐπὶ τούτοις. Locus enim aut res ſuper quibus ſedemus, genitivum poſtulant poſt ἐπὶ. Namque ἐπὶ τούτοις ita quidem ſignificabit *ſuper illis*, ut conditionem vel cauſſam deſignet, & valeat *propter* vel *praeterea*. Nam licet Grammatici recentiores vulgo in Syntaxi praepoſitionum ad ἐπὶ cum dativo loci, in quo vel ſuper quo ſedemus, inſiſtimus, adferant illud *Aeliani*, (V. H. I. c. 30.) ἐπὶ ἵππου, id merito tamen ſuſpectum eſt Cl. *Perizon.* qui ἐφ' ἵππου malit, ut eſt in *Hiſt. animal.* XII. 34. Vid. ejus notam in Edit. majore; (nam in minore omiſſa erat, licet in ejus Indice ad hanc notam remittatur lector.) Et ſic recte apud *Long. Paſt.* IV. 112. Ed. *Mall.* ἐφ' ἵππου ἐκ legitur bis. Interim non negaverim, & alicubi ἐπὶ cum dativo pro *ſuper loco* reperiri, ſaltem in Novo Foed. *Epheſ.* 2. 20. Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων. Et in proverb. βοῦς ἐπὶ σταμνῷ. Inde autem non conſequitur ἐπὶ τούτοις & ἐπὶ τούτου permutandum, aut prius hic in Luciano admittendum. Verum & illud ἐπὶ σωρῷ aeque recte vertas: *bos APUD acervum*, (quod

eris fruſta multa illis projeciſſe, & contos aliquot, ut illorum ope enatarent, ſi quid illorum nanciſcerentur, & ipſum denique navis pontem non parvum. Cogita jam, per Deos, quod quis aliud ſpecimen oſtendat firmius benivolentiae adverſus amicum, delapſum noctu in mare adeo efferatum, quam ſi in mortis ipſius ſocietatem veniat? Et intuere mihi animo fluctus inſurgentes, ſonum aquae fractum, circum ferventem ſpumam, noctem, deſperationem: deinde illum jam ſuffocandum, & vix capite eminentem, tendentemque manus amico: hunc vero deſilientem ſtatim, & natantem una, ac metuentem, ne ante ſe Damon pereat: ſic enim diſcas minime ignavum me tibi hunc etiam amicum narraſſe, Euthydicum.

21. ΤΟΞ. Utrum vero interierunt, Mneſippe, illi viri, an aliqua illis ex in-

ποιῆσαι, φελλέας τε καὶ πολλὰς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τῶν κοντῶν τινας, ὡς ὑπ' ἐκείνων ἐπανήξαιλο, εἴ τινι αὐτῶν ἐπιτύχοιεν, καὶ τέλος καὶ τὴν ἀποβάθραν αὐτίκα, ἢ μικρὰν ὖσαν. ἐννόησον τοίνυν πρὸς θεῶν, ἢν τινα ἄν τις ἄλλην [d] ἐπίδειξιν ἐπιδείξαιλο εὐνοίας βεβαιοτέραν πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος ὕτως ἠγριωμένον, ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου; καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων, τὴν ἦχον τοῦ ὕδατος ἐπικλωμένου, τὸν ἀφρὸν περιέοντα, τὴν νύκτα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀποπνιγόμενον ἐκεῖνον, καὶ μόγις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ, τὴν δὲ [e] ἐπιπηδῶντα εὐθὺς, καὶ συνέχοντα, καὶ δεδιότα μὴ προαπόληται αὐτοῦ ὁ Δάμων. ὕτω γὰρ ἂν μάθοις, ὡς οὐκ ἀγεννῆ σοι καὶ τοῦτον φίλον τὸν Εὐθύδικον διηγησάμην.

ΤΟΞ. Πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε, οἱ ἄνδρες, [f] ἤ τις αὐτοῖς ἐκ παλαιλόγου

c Τούτων] Sic Edd. & P. Τούτους Ex. *Fl.* d Ἐπίδειξιν] Non habet hoc nomen *J.* Habet *Fl. H. P. Ald. S.* e Ἐπιπηδῶντα] Et *Fl.* ſic habere notat *M. du S.* f Ἤ τις] Ἤ τίς Ex. *Fl.* Nil vulgatam mutat P.

13. Καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν] Διατύπωσις αὐξητικὴ τοῦ πάθους. *V.*

(quod *Eraſm.* in Adag. fecit) atque alterum βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, *Bos AD praeſepe.* Et ſic ἐπὶ νηοῖ non eſſe *in navibus*, ſed *apud naves*, diximus ſupra ad *Quom. Hiſt.* c. 28. No. 73. Interim non repugno, quin ἐπὶ φάτνῃ recte etiam vertatur alibi, *in praeſepi*, ut apud *Long.* L. III. haud ita longe a pr. (p. 69. f. *Moll.*) Τότε βοῶν ἐπὶ φάτναις φροντὶς ἦν ἄχυρον ἐδιόντων· αἰγῶν δὲ προβάτων σὺν τοῖς σηκοῖς φυλλάδας· ὑῶν σὺν τοῖς συφειοῖς ἄκυλον δὲ βαλάνους. *Tunc boves curabant in praeſepibus palea, capras ovesque in caulis fronde* — &c. *veſcentes.* Quid enim hic differat ab σὺν quocum connectitur, nullus video. Et licet plura ſimilia adferre poſſem, ad ambiguitatem vitandam tamen plurimum intereſſe ſentio, ut diſtinguamus ἐπὶ τινὸς & ἐπὶ τινί. Quae enim confuſio foret, ſi ἐπὶ τραπέζῃ κάθηται idem eſſet atque ἐπὶ τραπέζης. E. c. ap. *Iſocr.* Trapez. p. 711. al. 860. Τὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ καθήμενον, eſt, *qui ad menſam ſedet*, non, qui *in ipſa*. Ap. *Achill. Tat.* ipſo init. Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις. *Sidon urbs ad mare.* Qui non diſtinguit, etiam inde fecerit urbem in ipſo mari conditam, quales ſunt *Venetiae*. Ut itaque in loco ex N. T. adducto nulla ambiguitas, ita alibi magna foret. Quare noſtra culpa eam non augeamus, quippe Graecarum praepoſitionum paucitas jam ſatis difficultatis parit. At, at, ἐπὶ τραπέζῃ, quod *Iſocrati* l. c. eſt *ad menſam*, Noſtro tamen eſt *IN*, *SUPER menſa*, infra *Aſin.* c. 47. poſt med. Ἐπείλα τράπεζάν μοι παρθεῖναι ἔπτα, καὶ εἶναι ἐπ' αὐτῇ πολλὰ ὅσα μὴ δυνατὸν ἄλλῳ ὄντι καλαφαγεῖν. Ita ibid. c. 29. f. ἐπ' ἰμοὶ καθίζων. Conf. c. XI. g. Immo ἐπὶ φάτνῃ etiam eſſe *ob, propter praeſepe*, apertum ex *Epict.* Sent. XXVI. p. 102. Οὔτε ἵππῳ ἐπὶ φάτνῃ, καὶ φαλάρεις, καὶ τάπησιν· οὔτε ἔριις ἐπὶ κρόκῃ — γαυριᾷ. *J. F. R.*

15. Ἐπικλωμένου] Vix operae foret exponere quid hoc ſit, niſi caſu viderem (ubique enim priſtinam verſionem examinare non eſt animus) *Eraſmum* vertiſſe, *imminentes procellas*, *fragorem aquae ſeſe agglomerantis*, non adeo male ad rem ipſam, minus commode ad Graeca. Ἐπικλωμένου eſſe *fractam* ſive *infractam* aquam, ipſum verbum ſatis indicat, de quo vid. ſupra, pro *Imag.* c. 13. adeoque colliſionem undarum ab vento diſjectarum, ſonitumque hinc ortum ſignificari, quilibet videt. Adde tamen id manifeſto declarantem *Alciphr.* I. 1. p. 4. καὶ ἐπιφέρει μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος, τοῦ ὕδατος δὲ ἀφρὸς ἐξηθήκει, παῖλαχοῦ τὴν θαλάσσης ἐπ' ἀλλήλων ἐπικλωμένων τὰ κύματα, τὰ μὲν ἠδὴ ταῖς πέτραις προσιράσσοντα, τὰ δὲ εἴσω ἀνοιδοῦντα ἐρρόγησε. Ad quae verba Doctiſſ. *Bergl.* & hoc Luciani adducere non eſt oblitus. *J. F. R.*

λόγυ σωτηρία ἐγένετο; ὡς ἔγωγε ὑπὲρ μετρίως δέδοικα ὑπὲρ αὐτῶν. ΜΝΗΣ Θάρρει, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν, καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν, ἄμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος καὶ ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἃ ποτε εἶδε τὸ νυκτὸς τὸν μὲν ἐκπίπτοντα, τὸν δὲ ὑπο-πηδῶντα, καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, φελλοῖς τισι προσπεσόντας, ἀνέχειν ὑπὲρ τούτων ἑαυτοὺς, καὶ ἀπονήχεσθαι πονηρῶς· ὕστερον δὲ τὸν ἀποβάθραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, προσνήξασθαί τε αὐτῇ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιβάντας, εὐμαρῶς προσενεχθῆναι τῇ Ζακύνθῳ.

Μετὰ δὲ τούτους οὐ φαύλους ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, ἄκουσον ἤδη τρίτον ἄλλον οὐδέν τι χείρονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας Κορίνθιος Ἀρεταίῳ τῷ Κορινθίῳ καὶ Χαριξείνῳ τῷ Σικυωνίῳ φίλοις ἐχρῆτο εὐπόροις οὖσι, πενέστατος αὐτὸς ὤν· ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, καταθήκας ἀπέλιπε, τοῖς μὲν ἄλ-

sperato salus contigit? nam haud mediocriter equidem illis metuo. MNES. Bono esto animo, Toxari: servati sunt, & nunc adhuc sunt Athenis, ambo Philosophi. Simylus enim haec sola habuit dicere, quae quondam illa nocte viderat, excidere alterum, alterum saltu istum sequi, natare ambos, quantum videre noctu poterat: reliqua ipse narrat Euthydicus: primo quidem cum in suberis quaedam frusta incidissent, illis se sustinuisse, & aegre natasse: postridie autem ponte navis conspecto, versus lucis exortum, ad illum adnatasse, eoque conscenso, quantum supererat spatii, facile ad Zacynthum appulisse.

22. Post hos autem non malos, ut ego dixerim, audi jam tertium alium, nihil illis deteriorem. Eudamidas Corinthius Aretaeo Corinthio & Charixeno Sicyonio amicis usus fuerat, copiosis hominibus, pauperrimus ipse. Moriens autem testamentum

a Ὑπὲρ] Περὶ Ex. Fl. Vulgatae consentit P. b Ἐπιπηδῶντα] Sic etiam Fl. c Διηγοῦνται] Consentire Fl. Fr. & J. notat M. du S. d Ποιητῶς] Ποτηρῶς Exc. Fl. & marg. Aiw. Vulgatae adstipulatur P. e Χαριξένῳ] Χαριξένῃ P. Nil mut. Fl. f Ἐκέχρηλο] Sic Fl. V2. B2. P. Ἐκέχρειλο male J. H. Fr. S. Ἐκέχριλο Amst.

42. Εὐδαμίδας] Nihil de his invenio. M. du S.

61. Αὐτῷ] Per hunc cave Charixeinum intelligas. De Eudamida enim hoc dicitur. M. du S.

Ibid. Ἐν παιδιᾷ — ἐποιοῦντο] Ita supra habuimus in Quom. Hist c. 22. ἐν γέλωτι ποιήσασθαι. Pro Imag. c. 17. pr. ἐν μεγάλῃ τιθεμένην, & passim. J. F. R.

68. Διαιτῶντες] Duplicem hujus loci scripturam dederunt editores. Primi Florentini dedere Ἀφιτοῦντες, Aldus Ἀφιτῶντες· qua Aldina lectione, quam sequiores recte sequuti sunt, locum hunc sanum & sincerum arbitror. Διαιτῶντες non ab Ἀφιτέω, sed Ἀφιτάω, deducendum. Amicissimi inter se erant Aretaeus, Charixenus & Eudamidas; horum Eudamidas moriens reliquit Aretaeo alendam matrem suam; Charixeno vero reliquit locandam cum dote filiam suam. Mortuo Eudamida, *heredes, quibus haec delegata erant, simul audierant, venerunt, illico curantes ea, quae in testamenti tabulis perscripta & demandata erant.* Aretaeus scilicet aluit Eudamidae matrem, Charixenus ejusdem cum dote elocavit filiam. Sic expono Ἀφιτῶντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφεθέντων. Quamquam Ἀφιτάω plerumque significat *vivo, versor, dego*; dubitari non potest quin & natura sua significet *dispono, ordino, compono, discepto*, & saepe in ea significatione usurpetur. Noster T. I. in *Abdicato* c. XI. Ἢν δέ τινες ἐκόντες αὐτοὶ σωθῶσι δικάσας, καὶ προειλόμενοι ἐπιτρέψασι Ἀφιτᾶν. Perspicuum est, quid hic sit Ἀφιτᾶν, nempe *discepture, cognoscere causam*. Sic apud *Dionysium Halicarn.* l. IV. Ἀρχαιολογ. δικασταὶ καθιζόμενοι δίκην. Hinc judex passim Ἀφιτητὴς dicitur, & δίκαια non raro *arbitrium, judicium* notat: sic apud Nostrum in *Deor. dialogis* T. I. D. XX. 1. Jupiter contendentes de formae praestantia tres Deas ad Parin rejiciens, ἐγὼ δὲ, inquit, ἀπαθοῦμαι τὴν δίκαιαν· & iterum ead. pag. εὖ γ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς, ait Juno Veneri, ἐπιτραπὴ τὴν δίκαιαν. Adde quae habet *H. Stephanus*, qui inter alia hunc ex *Thucydide* disertum affert locum, καί τοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα διήτημαι, πολλὰ δ' ἐξ ἀνθρώπους δίκαια ἐς ἀνεπίφθονα. Hic διαιτᾶν est *administrare, ordinare*, plane ut in Luciani loco, quo de agimus. Legitur autem apud *Thucydidem* διεδιήτημαι pro διήτημαι. Vide iis quae supra ad Tom. I. de usu perfectorum in Passivo apud Graecos disputavimus. J. J. (διεδιήτημαι legitur in *Thuc.* & *Steph.* J. F. R.)

Διαιτῶντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφεθέντων] Rarior usus verbi Ἀφιτᾶν in tali re videtur induxisse virum summum, Grae-

tum reliquit, aliis forte ridiculum; tibi vero nescio an tale videatur, viro bono & magni amicitiam aestimanti, & de primo illius praemio certanti. Scriptum autem in illo erat, *Relinquo Aretaeo alendam matrem meam curandamque illius senectutem; Charixeno autem filiam meam collocandam dote, quam maximam dare e re sua familiari poterit.* Erat nempe illi mater anus, & puella nuptiis jam matura. *Si vero alterutri illorum,* sic pergit, *aliquid humanitus interea accidat, etiam illius partem alter habeat.* His apertis tabulis, qui paupertatem scirent Eudamidae, amicitiam autem, quam cum illis viris habuerat, ignorarent, pro ludo rem habere, & nemo non ridens abire. *Quantam*, inquiebant, *Aretaeus & Charaxenus, beati illi, hereditatem accipient, si quidem solvent Eudamidae, & viventes ipsi heredem habebunt mortuum.*

23. At heredes, quibus relicta ista fuerant, cum audissent, veniunt statim, here-

λοις ἴσως γελοίοις, σοὶ δὲ οὐκ οἶδα εἰ τοιαύτη δόξουσιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ φιλίαν τιμῶντι, καὶ περὶ τὸ ἐν αὐτῇ πρωτεῖον ἀμιλλωμένῳ. ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν, Χαριξείνῳ δὲ τὴν θυγατέρα μου ἐκδῶναι μὲν προικὸς, ὁπόσην ἂν πλείστην ὀφείλῃ παρ' αὐτοῦ δύνηται (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβύτις, καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου) ἢν δέ τι ἄτερον αὐτοῖν ἐν τοσούτῳ πάθῃ, [g] καὶ τὰ ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων [h] ἀναγνωσθεισῶν τῶν διαθηκῶν, οἱ μὲν πενίαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν φιλίαν δὲ, [i] ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πραγμα ἐποιοῦντο, καὶ ἁδεὶς ὅστις ὁ γελῶν ἀπηλλάττετο, οἷον Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξενος οἱ εὐδαίμονες κλῆρον διαδέξονται, λέγοντες, σεῖο δ' ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδα, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομηθήσονται τοῦ νεκροῦ.

Οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα καλελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον εὐθὺς [k] διαιτῶντες

[g] Καὶ] Deest καὶ in *Fl.* [h] Ἀναγνωσθεισῶν] Ἀ——σῶν male *J.* [i] Ἣ] Recte sic *Fl. P. H.* &c. Ἡ male *J.*
[k] Διαιτῶντες] Sic Edd. omn. praeter *Fl.* quae διαιτοῦντες.

56. * Ἐν τοσούτῳ] Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ μεταξύ. *V.*

* Ἐν τοσούτῳ πάθῃ ante editum; sed merito πάθῃ delerat *Solan.* etsi in C. rectius πάθῃ cum Luciano legebatur: nam ipsum scholion ad πάθῃ nihil pertinet, nec substantivum esse, sed a πάσχω derivandum, quilibet videt. *J. F. R.*

Graevium, ut aliquid hic mutari vellet. Est autem διαιτᾶν aequo arbitrio rem aliquam tractare. *Suidas*, διαιτᾶν, δικάζων. καὶ διαιτᾶν, τὸ ἴσον νέμων. Convenerunt viri ad cernendam dividendamque ex aequo, & mutuo quasi arbitrio, hereditatem. Judicialis illa significatio pervulgata: sed usum, huic Luciani & Suidae rationi plane simillem, aliunde adhuc firmari velim, de quo nec dubito. *J. M. G.*

Διαιτῶντες] Prorsus ab Luciani mente est alienum quod Cl. *Graev.* No. 84. subsitituit, ἀπαιτοῦντες, & vulgata lectio omnino melior est. Non enim aderant Aretaeus & Charixenus ut aliquid petituri aut partem ablaturi ex hereditate; neque enim id ab homine pauperе, vel ante apertum testamentum sperabant; neque jam, dum adcurrunt, incognitum testamenti ab Luciano statuitur argumentum; neque adeo narrat quando id fuerit apertum; sed ipse ejus contenta jam narrando patefecit, idque jam innotuisse, disertis verbis praemittit, risumque aliorum insueto legandi more audito exortum commemorat. Adveniunt igitur heredes isti de onere sibi impositio jam edocti, non lucro inhiantes, verum amicitiae memores, & onus contra vulgi opinionem susceperuri; quo narrationis filo observato, verbum διαιτᾶν est aptissimum; quod *res ordinare, constituere, disponere, disceptare*, significat, adeoque cum sequentib. ἐκ διαθηκῶν connexum, significabit rem ita dirigere, ut testamento satisfiat. Quam significationem τοῦ διαιτᾶν, nescio an sit adeo necessarium testimoniis comprobare: certe sic διαιτᾶν de schlichten. *Aristoph.* Eccl. 669. Τὴν δὲ διαιτὰν τίνα ποιήσεις; ΠΡ. Κοινὴν πᾶσιν. τὸ γὰρ ἄγαν Μίαν οἴεσθαι φημὶ ποιῆσαι συμφοράν εἰς ἐν ἅπαντα. — Τὰ δικαστήρια ἐᾶν τοὺς ξένους &c. Ac pro *arbitrio* Vesp. 522. quod expressis verbis a judicio distinguit *Liban.* Ep. 118. Σὺ δὲ, εἴτ' ἐκ διαίτης, εἴτ' ἐκ δικαστηρίου δήσεις, δίξον, &c. Sed hoc posterius pueri norunt, quum vel Grammatici habeant, ἐπιτρέπομαι τὴν διαιταν, *permittitur mihi arbitrium.* At *Thucyd.* VII. c. 77. πολλά τε ἐς θεοὺς πρὸ-

τες τὰ ἐκ τῶν ἀθηκῶν. ὁ μὲν [a] Χαρίξενος πέντε μόνας ἡμέρας ὀφειλὰς, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμων γενόμενος, τῷ τε ἐκείνου καὶ τῇ αὐτοῦ μερίδα προσαλαβὼν, τρέφει τε τὴν Εὐδαμίδα τὴν μητέρα, καὶ τὴν θυγατέρα ἣ πρὸ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ Φίλου ὀφειλὰς, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχήται, τοσαύτα κληρονομήσας, καὶ μὴ προδοὺς τὰς ἀθήκας τοῦ φίλου; ἢ τίθεμεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἶναι; ΤΟΞ. Καὶ οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ τὴν [b] Εὐδαμίδαν πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τῆς θάρσους, ὃ εἶχε [c] περὶ τοὺς φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ καὶ ἐν ἀθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἄλλων ἦκεν ἂν ἄγραφος κληρονόμος τοιούτων.

ditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque solis diebus superstes moritur: Aretaeus autem optimus heredum, tum illius, tum sua parte adscita, & matrem alit Eudamidae, & filiam nuper elocavit, de quinque, quae habebat, talentis duo quidem filiae suae, duo autem amici *filiae* in dotem tribuens, nuptiis utrarumque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretaeus hic, parvumne se exemplum amicitiae praestitisse, tanta hereditate adita, non prodito amici testamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus sit? TOX. Etiam hic honestus. At ego Eudamidam multo magis admiratus sum fiduciae caussa, quam de amicis habuit. Ostendit enim, se quoque eadem pro illis fuisse facturum, etiamsi non scripta essent ista in tabulis, sed ante alios nec scriptum talium heredem venturum fuisse.

24. MNES.

a Χαρίξενος] Nihil jam a vulg. abit *Fl.* b Εὐδαμίδαν] Ex emend. *Graev.* Εὐδαμίδα Edd. priores. c Περὶ] Ἐπὶ male L. P. Ἐπὶ τοῖς φίλοις marg. *AIW.*

νόμιμα διτιήτημαι. Quod *Scholiast.* exponit, ἐπιτίθεσα· πιτολιτόμμι νομίμως. Adeoque ad Luciani mentem adpositissime. Pro *discepture*, *componere*, *Dion. Hal.* Isaeo. p. m. 107. ὁδὶ λόγον ποιήσαι, ὁδὶ διαιτᾶν ἐπιτρέψαι. Et Antiq. VII. p. 457. f. τοὺς πατρικίους τὰ νίκη διαιτᾶν. Adde *Harpocrat.* v. *διαιτηταί.* p. 124. Conf. nott. *Valesii* p. 19. Plura adderem; sed his scriptis video Cl. *Jensium* idem fere egisse. Nec tamen poenitet, quia res jam videbitur tanto manifestior. *J.F.R.*

75. Ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε] Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim vides eum vertisse, ut dicat filiam datis quinque talentis quae habebat, elocavisse. Quae talia plane non sunt in Graecis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hereditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamidae, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, quae possidebat, duobus in propria filiae dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita superat talentum unum in alimenta matris Eudamidae, sapientissima ratione. *J.G.*

84. Εὐδαμοίδα] Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἐγὼ δὲ τὴν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους. scribendum Εὐδαμίδου. Est enim ab Εὐδαμίδης. In eadem pagina paullo ante fine sensu legitur, εἰ κληρονόμοι δὲ οἷς ταῦτα καλαλέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ὠὰ τῶν διαθηκῶν. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num διαιτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπαιτοῦντες τὰ ὠὰ τῶν διαθηκῶν, *petentes quae in testamento illis erant legata.* Nam διαιτᾶν non memini apud quenquam inveniri. sed ἀπαιτᾶν Luciano est familiare. *J.G.G.*

Εὐδαμίδαν] Perperam legebatur Εὐδαμίδα. V. *Graevii* Not. *M. du S.*

Εὐδαμίδα] Εὐδαμίδου. In addend. Ed. *Graev.* *AE. M.* Item *Gujet.* *J.F.R.*

87. Ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς] Monente in marg. Cl. *Hemsterhusio* adii *L. Bos* ad Act. Ap. V. 35. vidique illum hoc adducto Luciani loco docentem, & Apostoli verba similiter construenda, exponenda; quum interpretes vulgo male construxerint προσέχειν ἐπὶ ἀνθρώποις, pro προσέχειν τί μέλλειν πράσσειν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τινος. *J.F.R.*

24. MNES. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei F. Maſſilienſem. Oſtenſus autem eſt mihi in Italia, cum legatione pro patria fungerer, vir honeſtus, & magnus, & dives, ut videbatur. Aſſidebat autem illi mulier jumentis junctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, & excuſſo oculo foeda, contumelioſiſſime habitum a fortuna, & cui appropinquare nolles, terriculamentum. Deinde cum admirarer, quod pulcher iſte & formoſus ſuſtineret vehi ſecum talem mulierem, ille qui virum mihi oſtenderat, qui accurate noſſet omnia, Maſſilienſis & ipſe, neceſſitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati, nimirum ait, patri deformis iſtius mulieris amicus erat Zenothemis, diviti, honorato, ejusdem ipſe quoque faſtigii. *Procedente* vero tempore Menecrates judicio facultatibus ſuis privatus eſt, quo tempore etiam honos illi a ſexcentis *ſenatoribus* ademtus, ut qui ſententiam contra leges tuliſſet; ita autem, inquit, Maſſilienſes punimus, ſi quis contra leges aliquid

ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δὲ αὐτῷ γυνὴ ὅτι ζεύγεσι ὁδοιπορέοντι, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν [d] ἐκκεκομμένη, πανλώβητόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολύκειον. Εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς [e] οὗτος καὶ ὡραῖος ὢν ἀνέχεται παροχούμενον τοιαύτῃ αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὴν ἀνάγκην τῶν γάμων, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γάρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, οὕτω καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον. οὕτω δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις παράνομα γράψειεν. ἐλυπεῖτο δὲ

[d] Ἐκκεκομμένη] Recte *P. S. B2.* Ἐκκεκομένη male *F. Fl. H. Fr.* [e] Οὗτος] Αὐτὸς *Fl.*

2. Παροχούμενον] Ἢ παρὰ τὴν πλησιόπλουν. *G.* Corrupte. Forſan, ἢ παρ' αὐτὸν πλησιόπλουν.

92. Ζηνόθεμιν] Vera haec eſſe crediderim & a Luciano viſa. *M. du S.*

93. Ἰταλίᾳ πρεσβ. De ſe ipſo loqui hic ſub perſona Lucianum putem; confer cum his, quae in *Somnio* habet c. 9. *M. du S.*

99. Παναθῆται] Enumeratur inter verba in *Steph. Theſ.* deficientia, ab Cl. *Fenſio* in longa illa nota ad *Imag.* Nec habent *Poll. Suid. Heſych. Harpocr.* Nec ego alibi legi. *Hemſterhuſianis* arculis opus foret ad talia aliunde probanda, niſi compoſitum fictum ſit ab Luciano; ſed λωβητὸς notum, & ex eo alterum ſatis intelligitur, neque auctoritatibus ad id. opus eſt. *J. F. R.*

10. Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Vid. *Dionyſ. Voſſii* notas in L. F. Caeſ. de Bell. Civ. p. 302. *M. V. la Croze.*

Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Quid prohibet *Voſſii* notam ab Cl. *La Croze* indicatam compendioſe deſcribere. *Caeſ.* enim B. Civ. I. c. 35. dixerat: *Evocat ad ſe Caeſar Maſſilienſium* xv. *primos*, &c. ad quae Voſſ. „ παντὸς καὶδικα προεστῶτας. Nam ut ex *Strabone* diſcimus L. IV. διοικοῦν] ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων „ σύνεδροι ἐκ τῶν πλουσιωτάτων συνέδριον, ὃς βίου „ ταύτην ἐχόντων τὴν τιμὴν, ὃς Τιμούχους καλοῦσι. Πεντε„ καιδεκα δ' εἰσὶ τῷ συνεδρίῳ προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ „ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται· πάλιν δὲ τῶν μὲ προκαθημ) τρεῖς „ οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. Igitur ſexcenti Senatores Maſſilienſibus, in his xv. viri, quos Τιμούχους vocant, praecellebant, & inter Τιμούχους tres praeſidebant. Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem egit, in *Toxari*, h. l. &c. Etiam *Valer. Max.* L. II. c. 6. ait: *Venenum datur ei, qui cauſſas ſexcentis (id enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit*". Sed & de Atticis Sexcentis mentio fit in inſcript. quam adfert *Spon.* de pag. Atticis, p. m. 29.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟ . . . .
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ . . .
&c. &c.

Quamque ſic ſupplendam arbitratur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ. &c.

J. F. R.

ὢν ὁ Μενεκράτης, ᾗ ὅπι τῇ καλαδίκῃ, [a] ᾗ ἐπεὶ ἐκ πλουσίᾳ πένης, ᾗ ἐξ ἐνδόξου ἄδοξος καὶ ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἐνία θυγάτηρ αὕτη, ὅπ' ἐγαμοῦντο ἤδη, καὶ [b] ὀκτωκαιδεκέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ μὴ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καλαδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε [c] ἀγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καλαπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην.

promulget. Triſtis ergo Menecrates tum propter damnationem, tum quod ex divite pauper, & ex nobili ignobilis parvo adeo intervallo factus eſſet; maxime cruciabatur ob filiam hanc, nubilem jam & duodeviginti annorum, quam nec cum omni patris ſubſtantia, quam ante damnationem habuerat, voluiſſet aliquis vel ignobilium & pauperum facile, cum infelici illa forma, ducere. Dicebatur autem etiam concidere ad Lunae incrementa.

Ὡς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν [d] ἀπωδύρετο, Θάρρει, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, ὅτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιὼν, λαβόμενος [e] αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, [f] ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τὰ τε ὑπάρχοντα πολλὰ ὄντα ἐνείματο πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι κελεύσας, εἱστία τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτη, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς γαμεῖσθαι τὴν κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδειπνήκεσαν αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μέσην αὐτῷ τὴν Φιάλην προτείνας, Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, παρὰ τοῦ γαμβροῦ φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν σὴν θυγατέρα Κυδιμάχην· τὰ προῖκα δὲ πάλαι εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι. τοῦ δὲ ἀπαγε λέγοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω

25. Haec cum deploraret apud Zenothemin, ille, *bono*, inquit, *animo eſto, Menecrates, nec enim neceſſaria tibi deerunt, & filia tua dignum ſuo genere ſponſum inveniet:* ac cum his dictis dextra illius prehenſa domum ſecum ſuam illum deducit: ſuasque opes, quae magnae erant, cum illo dividit, & coena parari juſſa amicos excipit convivio, ipſumque Menecratem, velut amicorum alicui perſuaſiſſet puellae nuptias. Cum vero coenati eſſent, & Dis libaſſent; hic plenam illi phialam propinans, *Accipe*, inquit, *a genero poculum amicitiae! ducam enim ego hodie tuam filiam Cydimachen, dotem accepi olim, talenta quinque & viginti.* Illo vero dicente, *Apage, noli hoc facere Zenothemi, nec ita ego inſaniam, ut videre te*

a Καὶ] Abeſt a *Fl.* b Ὀκτωκαιδικάτις] Ὀκτωκαιδεκάτις *Fl.* Vulgatae adſentitur P. c Ἀγενῶν] Reſtitut. ex P. L. *J. V2.* marg. *A1.* & Mſ. *Gr. Εὐγενῶν* male *Fl. Ald. Fr. B2. H. P. S. A.* d Ἀπωδύρετο] Ex *B1.* & 2. Ἀποδ. cett. omnes. e Αὐτοῦ] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. f Ἦγεν] Reſtitut. ex L. Ἤγετ P. Ἤγε Edd. omnes.

20. Εὐγενῶν] De Menecratis filia deformi, ἣν οὐδὲ μὴ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καλαδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε εὐγενῶν & πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris ſubſtantia, quam ante mulctam poſſederat, dignatus fuiſſet quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma eſſet tam infelici.* Sic Eraſmus vertit. Non eſt mirum nullum τῶν εὐγενῶν hoc ſpinturnicium voluiſſe ducere. Omnino ſcribendum ex Mſ. τῶν ἀγενῶν, *obſcurorum, ex ima plebe.* *J.G.G.*

Ἀγενῶν] Debetur haec genuina ſcriptura MS. Gr. P. L. & Edd. *J.* & *V2.* nam depravatiſſime in reliquis legitur εὐγενῶν. *M.du S.*

21. Παραλαβεῖν] Proprium eſſe de uxore recipienda, domum deducenda, multis docet Rev. *Elſner.* ad *Euang. Matth.* I. 20. ubi legas: μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου. *J.F.R.*

24. Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret.* Id Salmurii futiliter degeneravit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri. *J.G.*

Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο] Turpis macula. Scribe ocyus ἀπωδύρετο. Vertit Salmurienſis *declararet*; quam futilem verſionem jam caſtigavit Cl. *Gronovius* pag. 904. Ed. *Graev.* *J.J.*

Ibid. Ἀπωδύρετο] Hanc vocem emaculavimus. In omni-

te possim, juvenem & pulchrum, puellae turpi & male affectae junctum. At ille, haec dicente *patre*, ablata sponsa in thalamum abit, & inde prodit paullo post virginitate illius interfecta: & ab illo inde tempore cum illa vivit vehementer illam amans, & ubique, uti vides, illam secum circumducens.

26. Et tantum abest, ut hujus eum matrimonii poeniteat, ut potius glorianti eo videatur similis, ostendens contemni a se vel pulchra vel turpia corporis, & divitias, & splendorem; respici vero amicum & Menecratem, quem non putet deteriorem ad amicitiam suffragiis sexcentorum factum. Veruntamen pro his hoc jam ipsi praemium fortuna retulit: puer enim illi pulcherrimus ex turpissima hac natus est. Et nuper, cum suis illum manibus intulisset in Senatum pater, ramo *olivae* redimitum, & pulla veste indutum, ut miserabilior videretur pro avo *deprecans*, arrisit Senatoribus puer, & plausum manibus dedit. Fractus autem *eo spectaculo* senatus, damnationem remisit Menecrati; & jam honoribus restitutus est, advocato tali apud Senatum usus. Talia, Massilienses dixit, acta a Zenothemi in amici gratiam, non

μανείην, ὡς θεοῖδεῖν σε νέον καὶ καλὸν ὄντα, κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαλαζευγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος, ἀράμενος τὴν νύμφην, ἀπῆει ἐς τὴν θάλαμον· καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθε, ἀφηκορήσας αὐτίκα. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου σύνεστιν ἀφραγαπῶν, καὶ πάντη ὡς ὁρᾷς θεραγόμενος αὐτίκα.

Καὶ οὐκ ὅπως [g] οὐκ αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος ὡς καλαφρονεῖ μὲν τὸν ἐν σώμασι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, καὶ πλούτου, καὶ δόξης, ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην· ἐδὲ οἷός τε χεῖρα πρὸς φιλίαν ἀπὸ τοῦ ψήφου τῶν ἑξακοσίων γεγονέναι. πλὴν ἤδη γε τούτων ὅτως αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο· καὶ πρώην γε, ἐπεὶ ἐράμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ [h] εἰς τὸ βουλευτήριον, θαλλῷ ἐστεμμένον, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινότερον φανείη ὑπὲρ τοῦ πάππου, τὸ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς βουλευτὰς, καὶ συνεκρότησε τὼ χεῖρε· ἡ βουλὴ δὲ ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφίησι τῷ Μενεκράτει τὴν καταδίκην, καὶ ἤδη [i] ἐπίτιμός ἐστι, τηλικούτῳ συνηγόρῳ χρησάμενος πρὸς τὸ συνέδριον. ταῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὰ Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς,

ὃ

[g] Οὐκ] Non adesse in suo Cod. adlevit collator in marg. *Alii.* [h] Εἰς] Restitui ex *J.* & *S.* Nam omissum in *P. H.* &c. [i] Ἐπίτιμος] Et sic habere *Fl.* ac *Fr.* cum *J.* notat *Solan.* Sed habent etiam *P. H. B2.* aliaeque.

omnibus enim exceptis *Bass.* ἀπὸ —— legebatur. *M. du S.*

Ἀπαδύρατο] Quod *Gronov.* monet, *cavebunt posteri*, id Cl. *Gesner.* vel sine hac monitione praestitisset, ut praestitit: quod Bened. *declararet* dederit., id vitium typographicum credo, quum *declamaret* voluerit; idque forsan eadem notione accipi voluit, qua *deplorare*; nam Graeci verbi vim ei incognitam fuisse, prorsus est ἀδύνατον, quod vero *Graeviana* Ed. id servarit, magis culpandum. *J. F. R.*

29. Ἦγεν] Sic recte L. In P. ἦσεν. In impressis vero ἦκεν. *M. du S.*

43. Συγκαλαζόυγνύμενον] Qui nescit τὸ ζεύγνυμι ejusque composita de matrimonio junctis aut jungendis adhiberi solitum, adeat Rever. *Jac. Elsner.* ad *Euang. Marc.* X. 9. *J. F. R.*

63. Βουλή..] Citat haec verba *Suidas* in ἐπίτιμος. Sed ibi corrupte pro αὐτὸ legitur αὐτὸν. Quod cum Doctissimo Editori contubernali tum indicassem, & cum pauculis aliis in schedula annotatum tradidissem, ea casu aliquo deperdita, in ea Editione omissum fuit: quod tamen ei fraudi esse, tantillum cum sit, ob alia & multa laude sane digna, in ea Editione ab eo summo labore praestita, nolim. *M. du S.*

65. Ἐπίτιμος] Bene monuit Cl. *Hemsterh.* in marg. adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* p. 339. No. 25. Cum enim & *Thucyd.* V. c. 34. habeat, καὶ οἵτινες ἐπίτιμοι, & Cl. *Duk.* illud verbum ex *Th. Mag. Suid.* atque auctore Etymologici, hocque Luciani loco probet, satis patet probam esse Luciani vulgatam, neque id in ἐπιτίμιος mutandum; sed significare, *qui integra fama & existimatione est.* *J. F. R.*

70. Παλ-

ὐ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γενόμενα· οἵγε καὶ τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται.

parva, ut vides, neque a Scythis multis expectanda, qui quidem pellices etiam pulcherrimas cum cura dicantur eligere.

Λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τοῦ Συνιέως ὑπιλαθόμενος. συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ, συνῆν καὶ συνεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν τὴν Κυνικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δὲ Ἀντίφιλος ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. καί ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἐπιδημῶν καὶ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας, ὑψηλὰς οὔσας, μὴ παρέχεσθαι σκιάν· τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀναπεπλεύκει καὶ τὸν Νεῖλον, ἕκτον

27. Supereſt nobis quintus: & videor mihi non alium dicturus, Sunienſi Demetrio praetermiſſo. Cum navigaſſet enim in Aegyptum Demetrius cum Antiphilo Alopecienſi, ſuo a pueris inde ſodali & aequali, *ibi* una vivebat atque inſtituebatur, Cynicas ipſe ſectatus exercitationes, ſub Sophiſta illo Rhodio; Antiphilus autem medicinam meditabatur. Aliquando Demetrius peregrinatur per Aegyptum Pyramidas viſurus & Memnonem. Audierat enim illas, quantumvis altas, umbram non praebere; Memnonem autem ad Orientem ſolem exclamare. Horum ergo cupidus, nempe videndarum Pyramidum, ac Memnonis audiendi, adverſo Nilo ſextum jam men-

a Ἀλωπεκῆθεν] Conſtans Edd. lectio.

70. Παλλακὰς] Plures fuiſſe Scythis uxores & concubinas, infra clarius patebit c. 39. Idem de Thracibus ex *Menandri* fragmento conſtat a *Strabone* in eam rem adducto, calculoque ſuo comprobato, Lib. VII. p. 297. Ed. *Par.* qua de re infra pluribus. *M. du S.*

73. Δημητρίου] Idem de quo *Philoſtratus* IV. 24. qui VI. 33. in quibusdam Codd. Σωνιεὺς pro vulgato Κώων dicitur; vide etiam noſtrum Ὀρχ. c. 63. Unicus reſtat ſcrupulus, quod Demetrius iſte, quicunque tandem eſt, etiam tum, cum Auctor haec ſcriberet, in vivis fuiſſe videtur, vide c. 33. & 34. *M. du S.*

75. Τῷ Ἀλωπεκῆθεν] *Alciphr.* III. Ep. 37. pr. ἦκεν εἰς Ἐρμαφρόδιτον, τὸν Ἀλωπεκῆθεν ταύτῃ ἀναθήσοντα. De pago autem Attico Ἀλωπεκὴ vel Ἀλωπεκαὶ vid. *Meurſ.* de pag. Att. Et reliq. Att. p. 7. Ubi ex *Aeſchine* docet abfuiſſe ab Urbe ſtadiis circiter duodecim. Et ex *Ariſtaen.* I. Ep. 4. Ἱππίας ὁ καλὸς, ὁ Ἀλωπεκῆθεν &c. adfert, qui eod. modo adverbialiter cum articulo ponit, ut Lucian. *J. F. R.*

76. Ἐκ παίδων] Modo ἐκ παιδὸς, ut *Alciphr.* I. p. 30. modo ἐκ παίδων. Pluralis tamen hic frequentior. Supra c. 12. φίλος ἐκ παίδων ἦν. Adde *Demon.* c. 3. & alibi. *Herodian.* III. 15. 11. At ibi ἀμφοτέρους praemittitur, adeoque nihil mirum. Sed quid plura in re nota? Latini aeque *a pueris* dicunt atque *a puero*, & prius quidem frequentius. *J. F. R.*

78. Ῥοδίῳ —— σοφιστῇ] Quis ille Rhodius Sophiſta Cynicus? An Agathobulus ille, de quo Δημων. c. 3. & Πῳ. c. 17.? Sed ſi *Cynicus*, cur *Sophiſta* audit? Niſi forſan *Impoſterem* intelligat, ut Πῳ. c. 13. & paſſim. *M. du S.*

84. Μέμνονα βοᾶν] Exſtabat revera Luciani tempore decantata illa Memnonis ſtatua. Vide Φιλοψ. c. 33. *Philoſtr.* p. 232. & lege omnino *Strabonem*, qui ipſe ſe eam Thebis vidiſſe narrat XVII. p. 816. *M. du S.*

86. Πυραμίδων — Μέμνονος] Pyramides ſtructurae ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplae, in ſummo acutae, atque in altam molem evectae, ad nihil quam ad effundendum opes inventae. Memnonis autem hujus cineres in aves transmutati feruntur, quae magnis gregibus e diverſis locis ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis convolare, atque ibi primum querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. *Ovid.* Lib. XIII. Metam. *Lucian.* in Philopſ. *G. C.*

87. Ἀνεπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον ἤδη ἕκτον μῆνα] Adſumpſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat.* Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea coeperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Jove Tragoe-

menſem navigaverat, relicto Antiphilo, quem via & aeſtus deterruerant.

28. At hic interim in calamitatem incidit, quae maxime generoſo amico indigeret. Servus enim illius Syrus nomine & patria, ſocietate cum ſacrilegis quibusdam inita, ingreſſus cum illis eſt templum Anubidis. Hi ſpoliato Deo, phialas ex auro duas, & ſceptrum aureum ipſum quoque, & canino capite ſigilla Dei argentea aliaque id genus, deponunt apud Syrum omnia. Deinde incidentes *in vincula* (deprehenſi enim fuerant vendentes aliquid) omnia ſtatim, rota cum torquerentur faſſi ſunt, ductique in hoſpitium Antiphili venerunt, protuleruntque res furtivas ſub lectulo quodam in obſcuro jacentes. Syrus ergo vinctus ſtatim eſt, & herus illius Antiphilus; hic quidem, dum magiſtrum audit, ab-

ἤδη μῆνα, ὀκνήσαντα πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ τὸ θάλπος, ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον.

Ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα γενναίᾳ τινὸς φίλῳ δεομένῃ. οἰκέτης γὰρ αὐτῷ Σύρος, καὶ τέκνωμα, καὶ τὴν πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνουβείδιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ [b] κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπεσόντες (ἐάλωσαν γάρ τι [c] ἀπεμπολῶντες) ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον στρεβλούμενοι ὅπῃ τοῦ τρόχου, καὶ ἀγόμενοι ἦκον ὅπῃ τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φώρια ἐξέφερον [d] τινὶ ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅ, τε [e] ἦν Σύρος ἐδέδετο εὐθὺς, καὶ ὁ δεσπότης αὐτοῦ Ἀντίφιλος· ἔτος μὲν καὶ μέλαξιν ἀκροώμενος τοῦ διδασκάλου [f] ἀναστραθείς· ἐβοήθει δὲ

b Κυνοκεφάλους] Κυνοφάλους P. & marg. *A1.* Nil mut. *Fl. J. P.* &c. *c* Ἀπεμπολοῦντες] Deſerui ſcripturam Ed. *P.* quae ἀ—πωλοῦντες media longa. pro qua *o* eſt in *J.* aliisque. *d* Τινὶ] Τῇ *Fl.* Τινὶ etiam P. Cod. cum cett. Edd. *e* Οὗν] Deeſt in *Fl.* *f* Ἀναστραθείς] Ἀναστραφθεὶς *Fl.* cum marg. *A1.* Vulgatae ſuffragatur P.

goedo ſcribens, τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, & ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ τῷ Δάμιδι. *J. G.*

Ἀναπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον] *Adverſo Nilo* & nos interpretamur, non quo κατὰ τὸν Νεῖλον hoc ſignificet; ſed ob verbum ἀναπεπλεύκει, & ipſam rationem itineris, ab Alexandrea, ut apparet, in Aegypti interiora inſtituti. Scrupulum de ſex menſibus ipſe jam vir doctus bene removit. Adverſo fluvio navigavit Demetrius, ſed non uno tenore ſcilicet, verum ut paſſim, quoties videretur, ad dextram, ad ſiniſtram, excurreret &c. ut Phoenices, qui Africam primi circumnavigarunt, triennium ei rei impenderunt apud *Herod.* 4, 42. Quin plusquam perfecti ratio etiam hic habenda: ſermo eſt de profectione; jam poterat eſſe occupatus in reditu. Sex menſes enim ſatis ſuperque his, quae de Antiphilo jam narrabuntur, ſufficiunt. Recte igitur *adverſo Nilo* ſervavit etiam *Solanus.* *J. M. G.*

96. Κυνόκεφαλους] Sic Libri omnes; forſan tamen aliud quid ſub hac voce latet, quod fine Codd. MSS. ope eruere non poſſum. *M. du S.*

98. Ἐμπεσόντες] Jufſerat in marg. *Solan.* conferri infra Διαπ. §. 5. Ibi invenias: ἐς ἀγρίους τοὺς ἐνδικωτάτους, καὶ ἐς τὸ διαφωτάτιον ἐμπεσών. Sed ἐμπίπτειν εἰς τινὰ eſt *irruere in aliquem*, *invadere.* Supra *Tim.* c. 23. & paſſim. *Long. Paſt.* 2. p. 78. λύκος ἐμπεσὼν, de lupo irruente in gregem. At oppoſito ſenſu pro incidere in quem, quaſi in rete, Noſter *Tim.* §. 25. Nec non pro *incidere*, *obviam venire*, *Long. Paſt.* I. p. 25. (al. 18.) ἡ μὲν — ἐπανθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο. Ubi forte tamen ἐπ' ἀνθοῦν diſcretim ſcribendum, ſed legitur ἐπανθοῦν in tribus quas conſului Edd. *J. F. R.*

99. Ἀπεμπολοῦντες] Etſi ſimplex πωλῶν *vendo* primam habet longam, ideoque ſuſpicor, verius ad etymon accedere ſcripturam Ed. *P.* quae ἀπεμπωλ. dedit; tamen ab ea receſſi, non modo quia cett. Edd. recedunt, ſed quia & alibi apud Noſtrum aliosque media correpta ſcribitur conſtanter, ut ſupra T. I. *de Merced. Cond.* c. 23. pr. c. 24. verſ. 34. Item *Alciphr.* III. Ep. 3. p. 280. Et eod. Lib. Ep. 46. p. 376. Ut alia teſtimonia brevitatis ergo omittam. Veniam igitur oro erroris in *Piſcat.* c. 27. verſ. 27. ſupine admiſſi; quandoquidem ibi *Pariſinae* Editionis orthographiam, ἀπεμπόλησιν media longa exhibentis, ſum ſecutus, dum & ibi ceterae recte brevem haberent, quas tamen ideo adcuratius perſpicere neglexi, quod corrupte ἀμπεμπολ. haberent. At hoc levius eſt, quam quod ibid. Codd. quoque in nota *Solani* dicantur ita exhibere mediam longam; quod ego, non ſatis inveſtigans confuſiorem notarum iſtarum ſcripturam, arbitrabar ita eſſe. Jam vero iſta recognoſcens, & ad margines librorum revertens, in quibus collationes codicum ſunt conſignatae, invenio in his adcurate notatum, Miſſ. O. P. L. omnino habere ἀπεμ-

δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς τὸ Ἀνουβείδιον σεσυληκότα, καὶ ἀσέβημα αὐτοῖς ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιον ὅλοι ἢ συνειστιάθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τοῦ οἰκέτου, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες.

Ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον, ἁπάντων, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἶναι δοκῶν. καὶ ὁ ἀπὸ τῶν δεσμῶν Αἰγύπτιος, δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾤετο χαριεῖσθαι καὶ τιμωρήσειν τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. εἰ δ' ἀπολογοῖτό τι λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἰργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ὅτι τοῦτο ἐμισεῖτο. ὑπενόει τοιγαροῦν ἤδη, καὶ πονηρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθευδόντα, καὶ τὴν νυκτὸς οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ [c] καλαχεκλεισμένα· τὴν μὲν γὰρ ἡμέρας ὀλιγοις ἤρκει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὴν νυκτα ἔδει ὅλον καλαδεδέσθαι· καὶ μὴν καὶ τοῦ οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ τὸ πνίγος, ἐν ταυτῷ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τοῦ σιδήρου ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα, οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει, καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν.

Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ σῖτον

stractus, auxiliante nemine, sodalibus qui adhuc fuerant, eum, velut qui Anubidis aedem sacrilegio violasset, aversantibus, impiatosque se putantibus, si quando cum ipso compotationem aut coenam obiissent. Caeteri autem servi duo, convasatis, quae in domo erant, omnibus, aufugere.

29. Vinctus igitur miser Antiphilus jam satis diu, & pro impurissimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat: & commentariensis Aegyptius, superstitiosus homo, putabat gratum facere se Deo, & illius ulciscI injurias, si gravis insta-ret Antiphilo. Si vero quando caussam diceret, se nihil tale feciisse, impudens videbatur, majorique eam ipsam ob caussam erat in odio. Jam igitur aegrotabat aliquantum, & male habebat, ut probabile erat qui jaceret humi, & ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, incluforum nempe nervo: interdiu enim numella sufficiebat, & manus altera compedita: noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam foedus odor carceris, & aestus, multis in eodem loco vinctis & anguste confertis, vixque respirantibus, & ferri stridor, & parum somni; haec omnia difficilia erant atque intolerabilia, velut insueto talium viro, & ad durum adeo victum non exercitato.

30. Jam desponDebat animum, jam nec ci-

a Δεσμῶν] Et sic habere *Fl.* cum *J.* & *S.* notat *Solan.* Sed & sic *P. H.* &c. b Ἀπολογοῖτό] Et hic vulgatae adsentiri Coll. *Fl. J.* notat idem. c Καλαχεκλεισμένα] Ἀπεκλ. *Fl.* Vulgatam tuetur P.

πλέον, aeque ac in ceteris Luciani locis modo adlegatis. Plura igitur ex aliis auctoribus non addam, praeter unum hoc *Aristophanis* Acharn. vers. 373. Καὶ ταῦθα λαθάνω' ἀκριβολαμβάνων, unde etiam patet, syllabam πολ. in versu brevem esse. *J. F. R.*

17. Ὁ ἐπὶ τῶ δεσμῶν] Cur *Solan.* varietatem quaesierit, nescio. Quidni enim ὁ ἐπὶ τῶ δεσμῶν *custodiae praefectum* significet, aeque ac apud LXX. *Dan.* VI. οἱ ἐπὶ τῶ βασιλέως *praepositos regno, satrapas aut praesides* notat, non video. Plenius *Herodian.* III. 3. 12. οἱ ἐπὶ φύλακος φύλακες. Sed & saepe οἱ ἐπὶ, sine substantivo personae usurpari, ut ὁ ἐπὶ τῶ ἐπιστολῶν, ὁ ἐπὶ τῶ ξύλου, ex *H. Steph.* de L. Graec. & Gall. conv. p. 91. Obs. 6. notavit Frater cariss. *G. O. Reitz.* in Belg. Graeciss. p. 471. —2. *J. F. R.*

25. Τῷ ξύλῳ καλαχεκλεισμένα] Ex mala interpunctione mala olim versio nata; quum enim comma post νυκτὸς esset positum, dederant, *utpote qui humi cubaret, idque etiam noctu*, quare id comma sustuli, probe monente Rev. *J. Elsnero* ad Act. Apost. XVI. 24. ubi habemus: τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Qua occasione plura adfert ad explicandum captivos ligno vinciendi morem; eum igitur adeat curiosus Lector, cum Commentatoribus ad *Aristophanis* varia loca ibi producta. *J. F. R.*

26. Ὁ κλοιὸς ἤρκει] Haec instrumenta intellexisse arbi-

cibum capere volebat; cum tandem redit etiam Demetrius, nihil eorum sciens quae contigissent. Ubi vero rescivit ut erat, curriculo statim veniens ad carcerem, tum quidem non admittitur: erat enim vespera, commentariensis clausa diu janua quiescebat, custodia reliqua servis tradita. Mane autem, cum multum supplicasset, intromittitur. Ingressus ergo diu requirit Antiphilum, qui jam prae malis nosci vix poterat, & circumiens singulos vinctorum inspicit, ut solent qui suos mortuos, jam corruptos, requirunt in acie. Et nisi nomen exclamasset, Antiphilum Dinomenis F. diutius etiam, quis esset, ignoraturus erat, adeo malis illis immutatus fuerat. Cum vero voce agnita exclamaret, & illi accedenti, dimovens atque abducens a vultu comam squalidam conciliatamque, se quis esset ostenderet; ambo quidem statim, vertigine ab inexpectato spectaculo correpti, concidunt. Spatio autem temporis recipiens se pariter, atque Antiphilum *recreans* Demetrius, distincte singula uti se haberent ab eo cum sciscitando comperisset, bono illum animo esse jubet, & diviso palliolo dimidia ipse parte amicitur, alteram dat illi, detractis sordidis detritisque, quos habuerat, pannis.

αἰρεῖ δ' ἐθέλοντα, ἀφικνεῖταί ποθε καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ὅτι τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθὼν, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ ὁ [d] δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε, φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις παρακελευσάμενος· ἕωθεν δὲ εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας καὶ παρελθὼν ὅπιπολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγενημένον, καὶ σκιὰν ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ [e] εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἐώλων ὄντων ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. καὶ εἴ γε μὴ τύχημα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένης, καὶ ὅπιπολὺ ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν, τοσοῦτον [f] ἄλλαξε πρὸς τὸ δεινὸν. ὡς δὲ τὴν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε, καὶ προσιόντα, ἀφελκύσας τὴν κόμην, καὶ [g] ἀπαγαγὼν τῆς προσώπου αὐχμηρὰν καὶ συμπεπιλημένην, ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἅμα μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἐκπλαγέντες ὅτι τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐκπυθόμενος παρ' αὐτοῦ, θαρρεῖν τε παρακελεύεται· καὶ διελὼν τὸ τριβώνιον, τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ ἐκείνῳ δίδωσιν, ἃ εἶχε πιναρὰ καὶ [h] ἐκτετρυχωμένα ῥάκη ἀποσπάσας.

Καὶ

Multi igitur pro illo more cum libassent, & petiissent *puellam*, & regna sua atque divitias enumerassent, ultimus poculo petito Arsacomas, non ille quidem libavit: (neque enim solemus effundere vinum, quae contumelia potius in Deum videatur) sed epota hausta uno phiala, *Da mihi, Rex*, inquit, *filiam tuam Mazaeam, ut uxorem habeam, multo hisce magis idoneo quantum ad divitias & possessiones.* Admirante autem Leucanore, qui sciret pauperem esse Arsacoman & de vulgo Scytharum, atque interrogante, *Quot autem armenta, aut quot plaustra habes, Arsacoma? hae enim vestrae divitiae. At ego*, inquit, *neque plaustra habeo, neque greges: sed sunt mihi amici duo honesti bonique viri, quales Scytharum alii nemini.* Tunc igitur derisus propter ista est, & contemtus, & pro ebrio habitus. Altero autem mane praelatus caeteris est Adyrmachus, abducturus sponsam in Maeotidem ad Machlyes.

Ὁ δὲ Ἀρσακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε, μηνύει τοῖς φίλοις, ὡς ἀτιμασθείη ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ γελασθείη ἐν τῷ συμποσίῳ, πένης εἶναι δόξας. καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τ̀ πλοῦτον, ὁπόσον ὅσοι μοι, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα, καὶ Μακέντα, καὶ τ̀ εὔνοιαν τ̀ ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω καὶ βεβαιοτέραν τ̀ Βοσπορανῶν δυνάμεως. ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος, ἡμᾶς μὲν ἐχλεύαζε, καὶ

46. Domum vero reversus Arsacomas indicat amicis, quam contemtim habitus esset a rege, quam derisus in convivio, eo quod pauper visus esset: *Cum tamen*, inquit, *narrarem illi meas divitias, quantae sunt, vos nempe, Lonchates & Macentes, & benivolentiam vestram, praestantiorem longe & firmiorem Bosporanorum opibus. Haec vero cum dicerem, vos ille quidem derisui & contem-*

a Ὅς τις] Restitut. ex P. Ὅς τις Edd. priores omnes. b Ἀλλ' οὐχ] Οὐκ ἀλλ' *Fl.* male. c Ἐς τ̀ν Μαιῶτιν, παρὰ] Παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἐς P.

80. Ὅς τις ἢ γένους — ἔχοι] Legendum videtur ὡς τις eo sensu quem interpretatione expressimus. Possum interrogare Graece, quod satis constat, πῶς ἔχεις. πλούτου, γένους, δυνάμεως; *quam dives es?* &c. sed possumne etiam, τίς ἔχεις πλούτου; *J.M.G.*

Ὡς τις ἢ γένους — ἔχοι] Adleverat *Solan.* conferendam pag. 1. T. I. Ibi φύσεως ἔχων δικαίως legas; quod tamen non satis convenit cum vulgat. ὅστις ἔχοι, nisi quod ἔχων similiter cum genitivo construitur. Propius accedit hoc *Herodiani* I. 7. 7. Γένους μὲν ὢν ὁ Κόμμοδος ἄστεως εἶχε. Nec tamen plane idem est; nam cum ἄστεως, πῶς, ac similibus adverbiis est satis obvium, ut ibid. IV. 9. 9. πῶς ἔχοι ἱλικίας; cum τις vero, ut τίς ἔχοι, pro εἴη, non aliunde succurrit; Quare ex P. ὡς recepi, ut probe Cl. *Gesn.* divinarat. *J.F.R.*

83. Καὶ πλούτους] De hoc plurali vid. ad *Hermot.* c. 9. No. 97. Adde *Diod. Sic.* I. c. 71. f. καὶ μυρίους πλούτους ἔχων. *J.F.R.*

93. Και

temtui habuit, atque Machlyi Adyrmacho abducendam tradidit sponsam, quod aureas se phialas habere decem diceret, & plaustra quaternorum lectorum octoginta, & oves bovesque multas. Sic ergo praetulit viris bonis pecudes multas, & pocula vanae pretiositatis, & plaustra gravia. At ego, amici, duplici de caussa angor: etenim amo Mazaeam, & contumelia in tot hominum conspectu mihi illata profunde in animum meum descendit. Nec minori autem vos injuria affectos arbitror. Tertia enim contumeliae pars ad vestrum unumquemque pervenit; si quidem ita vivimus, ut, a quo tempore coiimus, unus simus, doleamus iisdem rebus, laetemur iisdem. Non hoc solum, subjungit Lonchates, *verum unusquisque nostrum totus injuria affectus est, cum ista tibi evenerunt.*

47. *Quomodo igitur*, Macentes inquit, *in praesens consulimus? Dividamus*, ait Lonchates, *opus. Et, ego quidem polliceor Arsacomae caput me allaturum Leucanoris: te autem oportet sponsam illi adducere. Sic fiat*, inquit ille. *Tu vero*, pergit, *Arsacoma, interea, cum credibile sit exercitu post haec & bello opus fucturum, hic manens, coge & para arma, & equos & reliquas copias quam amplissimas. Facillime autem plurimos tibi conciliaveris, cum & ipse sis vir bonus, & nos non paucos habeamus familiares: maxime vero si bubulam pellem insederis.* Placuerunt ista. Atque e vestigio, ut erat in Bospo-

χαλεφρόνι, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μάχλυϊ παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς [d] γε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα, καὶ ἁμάξας τετραχλίνους ὀγδοήκοντα, καὶ πρόβατα καὶ βοῦς πολλούς. οὕτως ἄρα προετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν βοσκήματα πολλὰ, καὶ ἐκπώματα ἄεργα, καὶ ἁμάξας βαρείας. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα ἀνιῶμαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας, καὶ ἡ ὕβρις ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις μετρίως με καθίκετο· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπίσης ἠδικῆσθαι. τὸ γὰρ τρίτον μέτρον ἑκάστῳ [e] ὑμῶν τῆς ἀτιμίας, εἴγε οὕτω βιῶμεν, ἐς ἃ φ' ἓν συνελήλυθαμεν, εἰς ἄνθρωπος ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνιώμενοι, καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. εἰ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἡμῶν ὅλος ὕβρισται, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες.

Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον. καὶ ἐγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομιεῖν τὴν Λευκάνορος, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπαναγαγεῖν αὐτῷ. Οὕτω γινέσθω, ἔφη. σὺ δὲ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ (εἰκὸς γὰρ καὶ στρατείας καὶ πολέμου τὸ μὴ τοῦτο [g] δεῖσθαι) ἡμᾶς αὐτοῦ παραμένων συνάγειρε, καὶ παρασκεύαζε ὅπλα, καὶ ἵππους, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. ῥᾷστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις, αὐτός τε ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων· μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ἐπὶ [f] βύρσης τοῦ βοός. ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Βοσπόρον ὁ Λογχάτης.

[d] Γε] Τα S. & H2. [e] Ὑμῶν] Sic L. & Fl. Ἡμῶν vulgo cett. [f] Οὕτω] Non adest in El. Adest in cett. & P. [g] Δεῖσθαι ἡμᾶς] Sic sine commate habere Edd. notat Solan. Plurimae δεῖσθαι ἡμᾶς, sine parenthesi.

93. Καὶ Σκυθῶν τὴν πολ.] Sic supra Σκυθ. c. 1. M. duc.
25. Ὑμῶν] Alibi Ex. Fl. sive Excerpta Florentina Solani concinunt cum Edit. Flor. Et saepe ab ipso pro eodem ponuntur. Hic discrepant. Causssam inquiremus in praefatione, ἡμῶν autem hic melius se habere, nexus ipse satis indicat. J. F. R.
38. Δεῖσθαι, ἡμᾶς] Sic interpunge; ἡμᾶς enim melius cum παρεμένων conjungetur, quam cum δεῖσθαι. M. duc.
43. Ἐπὶ τὴν βύρσης τοῦ βοός.] J. supplex implorat auxilia: natum adagium a consuetudine sedendi in tergore bubulo: Scythae enim dissecto in minimas partes bove foedus jungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuisse testatur Zenodotus. G. C.
Ibid. Βύρσης] Quid hoc rei sit, ipse mox enarrabit; unde & Suidas quae habet in Ἐπὶ βύρσης, consarcinavit. M. duc.

της· ὁ Μαχέντης δὲ ἐπὶ τὸς Μάχλυας, ἱππότης ἑκάτερος· ὁ δὲ Ἀρσακόμας, οἴκοι μένων, τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο, καὶ ὡπλιζε δύναμιν ἀμφὶ τὸν οἰκείων· [a] τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸ βύρσης ἐκαθέζετο.

Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὸ βύρσαν ὅτως ἔχει. ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου, ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν, βοῦν ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα καλαχάψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὸ βύρσαν, κάθηται ἐπ' αὐτῆς, εἰς τὸ πίσω [b] παραγαγὼν τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. παραχειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βοὸς, προσιόντες οἱ οἰκεῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος, μοῖραν ἕκαστος λαβὼν, ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸ δεξιὸν πόδα, ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας [c] ἢ πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν, ὁ πενέστατος. ἀθροίζεται γοῦν ὅτι τὸ βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε, καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεβαιότατόν τε ὅτι συμμεῖναι, καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς, ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν. τὸ γὰρ ὑπόβηναι τὸ βύρσης, ὅρκος ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται δὲ, καὶ πεζοὶ, συναμφότεροι δισμύριοι.

rum pergit Lonchates: Macentes vero ad Machlyes, in equo uterque. At Arsacomas domi manens agit cum aequalibus, & familiarium copias armat: tandem etiam pelolem insidet.

48. Caeterum illa apud nos de pelle consuetudo ita se habet. Si quis injuria laesus ab alio, & ulciscì volens, videat se per se imparem bello esse, sacrificati bovis carnes concisas coquit. Ipse vero stratam humi pellem insidet, manibus post tergum rejectis, ut qui in ipso brachii flexu revincti sunt. Et haec sanctissima apud nos supplicandi ratio. Appositarum vero carnium bovis, accedentes familiares, & caeterorum quisquis vult, parte unusquisque sumta, inscendens dextro pede pellem, pollicetur pro viribus, hic quidem quinque equites se praebiturum, quibus neque cibaria ille neque stipendia debeat; alius decem; alius plures; alius armatos, *aut* pedites, quotcumque possit; alius, pauperrimus nempe, se ipsum. Cogitur ergo in illa pelle magna interdum multitudo: ac talis exercitus cum firmissimus est ad una manendi constantiam, tum invictus hostibus, juratus quippe; cum pellem inscendere sacramentum sit. In his ergo *occupatus* erat Arsacomas, collectis ad ipsum equitibus ad quinquies mille, armatorum vero, & peditum in summa viginti millibus.

49. Cum

a Τίλος] Τίλως male *J.* sola. b Παραγαγὼν] Παράγων P. Περιαγαγὼν *Suid.* Nil mut. *Fl. J. H. P.* &c. c Ἢ] Non aderat in Edd. Inseruit *M. du S.*

57. Παραγαγὼν] *Suidas* l. c. περιαγαγὼν. P. vero παράγων. *M. du S.*

65. Ὁπλίτας πεζοὺς] Narrat Toxaris memorabilem Scytharum morem, ubi quis injuria accepta, ulciscendo sibi ipse impar, aliorum auxilium implorat: eum nempe, immolati bovis carne in frusta multa dissecta & tosta, in extenso tergore considere, rejectis in terga manibus; appositarum vero carnium portionem quicumque sumat, eum dextro pede in tergus impositio, promittere se pro facultatibus, alium quinque equites suo sumptu; alium decem; alium plures; alium quot possit, pedites praebiturum. In verbis Graecis male conjuncti sunt ὁπλίται & πεζοὶ, quasi sint iidem, cum sint hic aliquo modo diversi. ὁπλίται nempe sunt milites graviter armati, πεζοὶ vero videntur hic sumi pro ψιλοῖς, sive levis armaturae militibus: quamquam & ipsi ὁπλίται sunt πεζοὶ, (pedites) tamen alteros ab alteris distinguit Lucianus; alioquin supervacaneum foret totum vocabulum πεζοί. Mox quoque sequitur, ὁπλίται δὲ & πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι. nullae duae res aliae disertius possunt distingui, quam hic ὁπλίται & πεζοί. Sic scimus apud Latinos saepe milites distingui ab equitibus, & tantum de peditibus intelligi; quamvis equites & ipsi quoque sint mi-

49. Cum Lonchates ignotus in Bosporum delatus adit regem pro imperio agentem aliquid, & venire se a communi Scytharum ait, privatim autem res illi magnas ferre. Dicere autem jussus, *Scythae*, inquit, *communia illa & quotidiana postulant, ne vestri pastores in suos campos transgrediantur, sed intra Trachonem maneant: latrones autem illos, a quibus percursari vestram regionem querimini, negant publico consilio mitti, sed privatim sui unumquemque lucri causa latrocinari: si quis autem illorum deprehendatur, penes te esse illum punire. Haec quidem illi nuntiare me jusserunt.*

Ὁ δὲ Λογχάτης ἀγνοούμενος παρελθὼν ἐς τ Βόσπορον προσέρχεται τῷ βασιλεῖ διοικουμένῳ τι τ ἀρχῆς, καὶ φησὶν ἥκειν μὲ ἀπὸ τῶν κοινῶν τ Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. τῶν δὲ λέγειν κελευσάντων, Οἱ μὲ Σκύθαι, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ ἐπιβαίνειν τὰς νομὰς ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τῶν Τράχωνος νέμειν· τὰς δὲ ληστὰς, οὓς αἰτιᾶσθε ὡς καταπρέχοντας ὑμῶν τ χώραν, ἃ φασιν ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐπὶ τῷ κέρδει κλωπεύειν· εἰ δέ τις ἁλίσκοιτο αὐτῶν, σὲ κύριον εἶναι κολάζειν· ταῦτα μὲ ἐκεῖνοι ἐπεστάλκασιν.

50. *At ego indico tibi, magnam impressionem in vos faciendam ab Arsacoma Mariantae F. qui legatione non ita pridem apud vos functus est, & indigne fert, puto, quod expetitam sibi a te filiam tuam non impetravit, & jam septimum diem pellem insidet, collectumque habet exercitum non parvum. Audiveram*, inquit Leucanor, *ipse quoque colligi in pelle copias; contra nos vero coire, & Arsacoman ducem esse, ignorabam. Enimvero contra te*, Lonchates ait, *apparatus ille. Meus vero Arsacomas inimicus est, & indignatur me sibi praeferri ab honoratioribus, & omnibus rebus haberi praestantiorem. Si*

Ἐγὼ δὲ, μηνύω σοι μεγάλην ἔφοδον ἐσομένην ἐφ' ὑμᾶς ὑπ' Ἀρσακόμα τῦ Μαριάντα, ὃς ἐπρέσβευε πρώην παρὰ σὲ, καὶ, οἶμαι, διότι αἰτήσας τ θυγατέρα οὐκ ἔτυχε παρὰ σῦ, ἀγανακτεῖ, καὶ ὅτι τ βύρσης ἑβδόμην ἡμέραν ἤδη κάθηται, καὶ συνηγμένον στρατὸν οὐκ ὀλίγον αὐτῷ. Ἤκουσα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ αὐτὸς ἀθροίζεσθαι δύναμιν ἀπὸ βύρσης· ὅτι δ' ἐφ' ἡμᾶς συίσταται, καὶ ὅτι Ἀρσακόμας ὁ ἐλαύνων ἐστὶν, οὐκ ἠγνόουν. Ἀλλ' ὅτι σὲ, ἔφη ὁ Λογχάτης, παρασκευή· ἐμοὶ δὲ ἐχθρὸς ὁ Ἀρσακόμας ἐστὶ καὶ ἄχθεται διότι προτιμῶμαι αὐτῦ παρὰ τῷ γεραιτέρων, καὶ ἀμείνων τὰ πάντα δοκῶ εἶναι·

milites. De hoc vide *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* XXVI. 19. Excidit ergo vel καὶ, inter duo haec vocabula, vel ὁ δὲ, ut fuerit, ὁ δὲ ὁπλίτας, ὁ δὲ πεζοὺς, ἱππέας δὲ δύπτους. vel denique commate tantum haec duo vocabula dividenda & ἀσυνδέτως legenda. Mox ait Toxaris, καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲ ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλίτας, &c. διαμύριοι. Interpres Latinus vertit ἱππεῖς ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους *equitum quingenta millia*. idque non hic modo, sed & in *Navigio* seu Votis cap. 28. fin. Καὶ τὸ πᾶν εἰς πέντε μυριάδας τὸ ὁπλιτικὸν, ἱππεῖς δὲ ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, vertit, *postremo tota armatorum summa, quinquaginta millia; equitum autem circiter quingenta millia*. Nova profecto militiae ratio ubi equites plus decem partibus peditibus numerosiores sunt. Caeterum ut stupor ejus, qui tam inficetam terfissimi scriptoris nobis concinnavit versionem, amplius pateſcat; is qui in memorato Navigii loco πεντακισχιλίους ἱππεῖς reddit *quingenta millia equitum*, paginae seq. fine verba haec, ἱππαρχῶν γάρ σε τ πεντακισχιλίων ὑποφανῶ, vertit, *Nam te quinque millibus equitum praeficiam*; recte quidem; sed ita, ut pauciſſimis lineis ante, se turpiſſime dormitasse, ipse quasi confiteatur. I nunc, Lector, & versionibus tuto crede. *J. J.*

Ὁπλιτ. ἢ πεζοὺς] Cum ὁπλίτας & πεζοὺς mox distinguat, hic etiam ita distingui par erat. *M. du S.*

84. Τῶν τράχωνος] Id est asperam regionem, a τράχων est Τραχωνίτις, subintellecto γῆ. *F. G.*

Τράχωνος] Vid. *Is. β.* c. 30. unde discès, non esse nomen urbis, quod *Erasmo* fraudi fuit. *M. du S.*

Τῶν Τράχωνος] Τῶν Τράχωνος uncialis T inchoatum habebant Edd. quasi nomen proprium esset, id praeeunte *Solano* mutavi in hac Edit. *J. F. R.*

καὶ εἰ δέ μοι ὑποδοίης τὴν ἑτέραν σου θυγατέρα Βαρκέτιν, ὅτε τἆλλα ἀναξίῳ ὑμῖν ὄντι, οὐκ εἰς μακρὰν σοι ἥξω, τὴν κεφαλὴν αὐτῆς κομίζων. Ὑπισχνοῦμαι, ἔφη ὁ βασιλεὺς, μάλα εὐδιὴς γενόμενος· ἔγνω γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς τοῦ Ἀρσακόμα, τὸν ἐπὶ τῷ γάμῳ, καὶ ἄλλως ὑπέπτηττεν ἀεὶ τοὺς Σκύθας. ὁ δὲ Λογχάτης, Ὄμοσον, ἔφη, μὴν φυλάξαι τὰς συνθήκας, μηδὲ ἀπαρνήσασθαι. τότε ἤδη τούτων γενομένων, καὶ ἐπειδὴ ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν ἤθελεν ὀμνύειν, Μὴ σύγε ἐνταῦθα, εἶπε, μὴ καί τις ὑπίδῃ τῶν ὁρώντων ἐφ' ὅτῳ ὀμοσόμεθα, ἀλλ' εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄρεως τουτὶ εἰσελθόντες, ἐπικλείσαντες τὰς θύρας, ὀμνύωμεν, ἀκουσάτω δὲ μηδείς. εἰ γάρ τι τούτων πύθοιτο Ἀρσακόμας, δεδιὰ μὴ προβύσηταί με τῷ πολέμῳ, χεῖρα οὐ μικρὰν ἤδη προβεβλημένος. Εἰσίωμεν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, ὑμεῖς δὲ ἀπόστητε ὅτι τροῤῥωτάτω· μηδεὶς δὲ παρέστω εἰς τὸν νεών, ὃν τινα μὴ ἐγὼ καλέσω· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν εἰσῆλθον, οἱ δορυφόροι δὲ ἀπέστησαν, σπασάμενος τὸν ἀκινάκην, ἐπισχὼν τῇ ἑτέρᾳ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσειε, παίει τοῦ μαστόν· εἶτα ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν, τῷ τῇ χλαμύδι ἔχων, ἐξήει, μέλλειν δῆθεν λέγων ὅθεν αὐτῷ. καὶ ἅμα ταχέως ἥξειν λέγων, ὡς δή τι ἐπὶ τεμφθεὶς ὑπ' ἐκείνου. καὶ ὅτε ἐπὶ τὸν τόπον ἀφικνοῖτο, ἔνθα δεδεμένον [b] καλαλείποι τὸν ἵππον, ἀναβὰς, ἀφιππάσατο εἰς τὴν Σκυθίαν. διαιτὴς δὲ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ, ὑποπτεύσαντων τὸ γεγονὸς τοῦ Βοσπορανῶν, καὶ ὅτε ἔγνωσαν, ὑπὲρ τῆς βασιλείας στασιάζόντων.

Ταῦτα μὲν ὁ Λογχάτης ἔπραξε, καὶ τὴν

vero mihi promiseris alteram filiam tuam Barcetin, qui nec aliis rebus indignus vobis gener sum, non ita multo post veniam caput tibi illius adferens. Promitto, ait rex, valde perterritus, qui causam irarum Arsacomae, de nuptiis, sciret, & alioquin semper formidaret Scythas. Lonchates vero *jura*, inquit, *servaturum te pacta, neque negaturum.* Hic, dum ista jam fierent, & ille extensa in caelum *manu* jam juraturus esset, *Ne hic*, inquit, *ne quis forte videntium suspicetur, quae de re juremus: sed in hoc Martis templum ingressi, clausis post nos januis juremus, audiente nemine. Si quid enim horum audiat Arsacomas, metuo ne ante bellum me caedat, qui manum non parvam jam circa se habeat. Intremus*, rex ait: *Vos vero longissime recedite, neque in templo adsit quisquam, quem ego non vocavero.* Cum vero ipsi quidem intrassent, recessissent autem satellites: stricto acinace, altera manu os ne clamaret occludens, ferit ipsum ad mammam, tum caput abscissum tegens chlamyde exit, inter *exeundum* velut loquens cum illo, & statim se rediturum, dicens, ac si ad aliquid missus ab illo esset. Et sic delatus ad illum locum, ubi revinctum equum reliquerat, eo conscenso Scythiam curriculo repetit. Ac ne quidem persecutus illum quisquam est, quid actum esset diu ignorantibus Bosporanis: tum ubi rescissent factiose de regno decertantibus.

51. Atque ista quidem Lonchates fecit, im-

a Ὀμοσοτεῦμεν] Et sic esse in *Fl.* ac *Fr.* notat *Mediol. S.* Sed & est in *J. P. H.* &c. b Καλαλείποι] Consentire *Fl.* notat idem.

14. Ἤ μὴν] *Par.* ἦ cum puncto subscripto: sine illo *Fl. J. H. S.* Omnes tamen discretim. Alibi ἦμὲν junctim; tumque significare volunt *haud dubie*; prius vero esse jurandi formulam. Sed quis non videt vanam hanc esse differentiam? Et recte ἦ μὴν disjungi, & ὄντως significare, satis docuit *Budd.* in Comment. p. 520. f. & 521. *J. F. R.*

64. Ὁμόσκαδος ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν.] Erasm.

implevitque promiſſum tradendo Leucanoris capite. Macentes autem, audito in ipſa via, quid in Boſporo geſtum eſſet, pervenit ad Machlyes, & annuntiata primum morte regis, *Civitas*, inquit, *te, Adyrmache, generum regis ad regnum vocat. Itaque tu quidem praecepto itinere regnum occupa, turbatis rebus praeſens auxilium: puella vero poſt te in plauſtris ſequatur. Facilius enim ſic Boſporanorum tibi vulgus conciliaveris, regis filiam ſi viderint. Ego vero Alanus ſum, & virginis a matre cognatus: etenim noſtri generis Maſtiram duxit Leucanor: Et jam a Maſtirae tibi fratribus venio, qui ſunt in Alania, hortantibus te, ut quam celerrime venias in Boſporum, nec patiare transferri imperium in Eubiotum, qui frater nothus Leucanoris, Scythis ſemper amicus, infeſtus autem eſt Alanis.* Haec Macentes dixit, armis & lingua Alanorum ſimilis, communia enim iſta Alanis & Scythis, niſi quod non omnino Scytharum inſtar comati ſunt Alani. Verum Macentes in hoc etiam ſimilem ſe iis reddiderat, quod detonderat de coma, quantum conveniebat minus Scytha comatum eſſe Alanum. Propter iſta ergo fides illi habita, puratusque Maſtirae ac Mazaeae cognatus eſſe.

52. *Et jam*, inquit, *Adyrmache, paratus ſum vel ire tecum in Boſporum, ſi volueris, vel manere, ſi opus ſit, & ducere virginem. Hoc vero, & magis quidem velim*, ait Adyrmachus, *te, conſanguineus qui ſis,*

ἐπόχεσιν ἀπεπλήρωσε, τῷ Ἀρσακόμᾳ δοὺς τὴν κεφαλὴν τοῦ Λευκάνορος. ὁ Μαχέντης δὲ, καθ' ὁδὸν ἀκούσας τὰ ἐν Βοσπόρῳ γενόμενα, ἦκεν [c] ἐς τοὺς Μάχλυας, καὶ πρῶτος ἀγγέλλει αὐτοῖς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως, Ἡ πόλις δὲ, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, σὲ γαμβρὸν ὄντα, ὅτι τὴν βασιλείαν καλεῖ, ὅστε σὺ μὲν προελάσας, παραλάμβανε τὴν ἀρχὴν, τεταραγμένοις τοῖς πράγμασιν ὀπιφανείς. ἡ κόρη δὲ κατόπιν σου ὅτι τάχιστα ἐπέσθω, ῥᾷον γὰρ οὕτω προσάξεις Βοσπορανῶν τοὺς πολλοὺς, ἰδόντας τὴν Λευκάνορος θυγατέρα. ἐγὼ δὲ Ἀλανός τέ εἰμι, καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν· πρὸς ἡμῶν γὰρ ἦσαν τὴν Μάστειραν ἠγάγετο ὁ Λευκάνωρ· καὶ νῦν σοι ἥκω παρὰ τὰς Μαστείρας ἀδελφῶν, τῶν ἐν Ἀλανίᾳ, παρακελευομένων, ὅτι τάχιστα ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν Βόσπορον, καὶ μὴ περιιδεῖν ἐς Εὐβίοτον περιελθοῦσαν τὴν ἀρχήν· ὃς ἀδελφὸς ὢν νόθος Λευκάνορος, Σκύθαις μὲν ἀεὶ φίλος ἐστὶν, Ἀλανοῖς δὲ ἀπέχθετος. ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Μαχέντης, ὁμόσκευος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν· κοιναὶ γὰρ ταῦτα Ἀλανοῖς καὶ Σκύθαις πλὴν ὅτι ὑπὸ πάνυ κομῶσιν οἱ Ἀλανοὶ, ὥσπερ οἱ Σκύθαι· ἀλλὰ ὁ Μαχέντης καὶ τοῦτο εἴκαστο αὐτοῖς, καὶ ἀποκεκάρηκε τὴν κόμης, ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾶν τὸν Ἀλανὸν τοῦ Σκύθου· ὥστε ὑπεύετο μὲν ταῦτα, καὶ ἐδόκει Μαστείρας καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶναι.

Καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, ἐλαύνειν ἕτοιμος ἅμα σοι ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μένειν τε εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὁ Ἀδύρμαχος, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' αἵματος ὄντα σε Μαζαίαν

[c] Ἐς] Εἰ male Pl.

rasmus: *eodem cultu, eademque cum Alanis lingua. Sed* ὁμόσκευός ἐστι, qui eodem genere armorum utitur, ut apud *Thucydidem*. Ὅμοιοι τοῖς Σκύθαις ὁμόσκευοι, *iisdem armis utuntur, quibus Scythae.* Σκεύη Graecis ſaepe ſunt arma. J.G.G.

77. Ἀφ' αἵματος] Belgiciſmum ſimilem cum hoc Graeciſmo comparat Frater cariſſ. G.O. *Reitz.* in Belg. Graeciſſ. p. 427. Adducto hoc Luciani loco, & *Homer.* Il. Z. 211. Ταυτης τοι γενεης τε καὶ αἵματος ἐξ ἐμεῖο εἰσι. Item T. 105. — οἰὸς αἵματος ἐξ ἐμεῖο εἶσι, ubi

ζαίαν ἄγειν. ἢν μὲν γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ἐπὶ [a] τὸν Βόσπορον, ἱππεῖ ἑνὶ πλείους ἂν γενοίμεθα· εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, ἀντὶ πολλῶν ἂν γένοιο. ταῦτα ἐγίνετο· καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε, παραδοὺς τῷ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν, παρθένον ἔτι οὖσαν. ὁ δὲ ἡμέρας μὲν ἐπὶ τὰ ἁμάξης ἦγεν αὐτήν. ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος ἐπὶ τὸν ἵππον (ὁ [b] ἐτεθεραπεύκει δὲ ἄλλον ἕνα σφίσιν ἱππέα ἕπεσθαι) ἀναπηδήσας καὶ αὐτὸς, οὐκέτι πρὸς τὴν Μαιῶτιν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἐπιστρατόμενος εἰς τὴν μεσόγειαν, ἐν δεξιᾷ λαβὼν τὰ Μιτραίων ὄρη, ἀναπαύων μέλαξὺ τὴν παῖδα, τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπαύσατο τῆς δρόμου, μικρὸν ὕστερος ἀπεθνήσκει.

Ὁ δὲ Μακέντης, ἐγχειρίσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, Δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν ὑποχεσιν. τῆς δὲ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος, καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, Παῦε, ἔφη ὁ Μακέντης, ἄλλον με ποιῶν σεαυτοῦ. τὸ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν ἐφ' οἷς ἔπραξα τούτοις, τοιόν δέ ἐστιν, ὥσπερ ἂν ἡ ἀριστερά μου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, διότι τρωθεῖσαν ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε, καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμνούσης. γελοῖα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἂν ποιοῖμεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες, καὶ ὡς οἷόν τε ἦν, εἰς ἕνα συνελθόντες, ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ [c] τὸ μέρος ἡμῶν ἔπραξέ τι χρηστὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος· ὑπὲρ ἑαυτοῦ γὰρ

puellam ducere. Si enim simul eas nobiscum in Bosporum, equite uno plures fuerimus: si vero uxorem mihi adducas, multorum instar mihi fueris. Haec facta sunt. Atque ille quidem discessit, tradita Macentae, quam deduceret, Mazaea, adhuc virgine. At ille eo quidem die in plaustro ipsam duxit. Cum vero nox ingruisset, ea in suum equum imposita (paraverat autem alium unum equitem, qui se sequeretur) cum ipse quoque insiluisset, non jam juxta Maeotin pergit: sed versus mediterranea deflectens, uti dextros haberet Mitraeorum montes, recreata interposita quiete puella, tertio die iter ex Machlyum regione ad Scythas peregit. Atque equus illi, cum finito cursu paullum stetisset, moritur.

53. Macentes vero in manum tradens Mazaeam Arsacomae, *Habe tibi*, inquit, *a me etiam promissum.* Illo autem ad insperatum adeo conspectum perculso, & gratias agente, *Desine*, inquit Macentes, *alium me a te facere. Quod enim gratias mihi eorum nomine, quae feci, agis, id ejusmodi est, ac si gratiam habeat sinistra mea dextrae, quod vulneratam aliquando illam sanaverit, & benigne curaverit laborantem. Proin ridiculе nos quoque egerimus, si olim permisti, & quoad ejus fieri poterat, in unum coaliti, adhuc magnum esse putemus, si qua pars nostri quidquam pro toto corpore fecerit. pro se enim*

a Τὸν] Articulo caret *Fl.* b Ἐτεθεραπεύκει] Et sic *Fl.* cum reliquis. c Τὸ] Adesse artic. in *El.* & *Fr.* aeque ac in *J.* notat *Solan.* Adest autem & in *P. H. S.* &c.

Scholiast. ἀντὶ τοῦ σπέρματος, γόνος. Additque adeundum *Elsner.* ad Act. Apost. XVII. 26. (qui idem duobus illis locis prioribus probat.) Item *Wolfii* curas, ad Euang. Joan. I. 13. Plura adderem, nisi res foret nota. *J. F. R.*

91. Ἐτίλεσεν οὖν] Subaudi ὁδόν. Ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσε, *Pharsalum pervenit.* Thucyd. [IV. 78.] *F. G.* Adde Nostrum T. I. *Tim.* §. 20. Τελῶ ἐπὶ τὸ τέρμα. Et passim alibi. *J. F. R.*

3. Ὥσπερ ἂν ἡ ἀριστερά.] An ὥσπερ ἂν εἰ ἡ ἀριστερά; &c. *F. G.*

20. Εὐθέως ἐ μετ'] Delendum videtur ἐ. *F. G.* Certe alterutrum necessario delendum; eodem tamen redit, num μετ' ἐ πολὺ legas, cum *Basil.* an ἐ μὴ πολὺ cum *Fl.* quam secuti sumus ut antiquiorem. *J. F. R.*

Ibid. Οὐ μὴ πολὺ] Sic *Fl.* Reliquae Edd. & ipse P. ἐ μετ' ἐ πολύ, nisi quod *B2.* μετ' ἐ πολὺ, habeat, quod

enim fecit, cum pars sit totius corporis, cui bene factum est. Sic tum Macentes locutus est cum agente sibi gratias Arsacoma.

54. Adyrmachus vero auditis insidiis in Bosporum non jam perrexit; jam enim imperabat advocatus ex Sauromatis, apud quos vixerat, Eubiotus: sed reversus in patriam ingenti comparato exercitu, irruptionem per montana fecit in Scythiam. Et Eubiotus non ita multo post ipse quoque irruit, adducens omnes quidem *sui imperii* Graecos, Alanos autem & Sauromatas auxiliares cujusque generis vicies millenos. Conjunctis autem copiis Eubiotus atque Adyrmachus, nonaginta millia ambo conficiebant: quorum tertia pars jaculabatur ex equis. Nos vero, (nam ipse quoque expeditionis pars fui, qui dederim illis in pelle tum equites meo stipendio militantes centum) triginta millibus non multo pauciores, computatis quidem equitibus, impetum eorum Arsacoma duce excepimus: & cum admoventes videremus, contra illos equitatu prius emisso duximus. Cum diu fortiter pugnatum esset, jam cedere nostri, jam perrumpi phalanx, & tandem in duas partes scindi Scytharum exercitus. Atque altera pars quidem se subducere, non illa quidem aperte victa, sed recessus illa fuga videbatur: cum neque Alani multum persequi illos auderent. Alteram vero partem, eandemque minorem, circumventam Alani & Machlyes caedebant undique, magna sagittarum jaculorumque vi immissa: valde itaque laborare nostri, qui

ἐσπαπε, μέρος ὂν τοῦ ὅλου εὖ πάσχοντος. [d] οὕτω μὲν ὁ Μαχέντης ἔφη τῷ Ἀρσακόμᾳ χάριν ὁμολογήσαντι.

Ὁ δὲ Ἀδύρμαχος, ὡς ἤκουσε τὴν ἐπιβουλὴν, εἰς μὲν τὸν Βόσπορον οὐκέτι ἦλθεν (ἤδη γὰρ Εὐβίοτος ἦρχεν, ἐπικληθεὶς ἐκ Σαυροματῶν, παρ' οἷς διέτριβεν) εἰς δὲ τὴν [e] αὐτοῦ ἐπανελθὼν, καὶ στρατιὰν πολλὴν συναγαγὼν, διὰ τῶν ὀρεινῶν ἐσέβαλεν εἰς τὴν Σκυθίαν· καὶ ὁ Εὐβίοτος [f] οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὸς εἰσέπεσεν, ἄγων πανδημεὶ μὲν τοὺς Ἕλληνας, Ἀλανοὺς δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπικλήτους ἑκατέρους δισμυρίους· ἀναμίξαντες δὲ τὰ στρατεύματα, ὁ Εὐβίοτος καὶ ὁ Ἀδύρμαχος, ἐννέα μυριάδες ἅπαντες ἐγένοντο, καὶ τούτων τὸ τρίτον, ἱππόλοξόν). ἡμεῖς δὲ (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετέσχον τῆς ἐξόδου, αὐτοῖς ἐπιδοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱππέας αὐτοτελεῖς ἑκατὸν) οὐ πολλῷ ἔλαττον τῶν τρισμυρίων σὺν τοῖς ἱππεῦσι συναθροισθέντες, ὑπεμείναμεν τὴν ἔφοδον· ἐστρατήγει δὲ ὁ Ἀρσακόμας. καὶ ἐπειδὴ προσιόντας εἴδομεν αὐτούς, ἀντεπήγομεν, προεπαφέντες τὸ ἱππικόν. γενομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ παρερρήγνυτο ἡ Φάλαγξ· καὶ τέλος εἰς δύο διεκόπη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν, καὶ τὸ μὲν ὑπέφευγεν, οὐ πάνυ σαφῶς ἡττημένον, ἀλλ' ἀναχώρησις ἐδόκει ἡ φυγή. οὐδὲ γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἐτόλμων ἐπιπολὺ διώκειν· τὸ δὲ ἥμισυ, ὅπερ καὶ ἔλαττον, φθειρόντων οἱ Ἀλανοὶ καὶ Μάχλυες ἐκόπτον πανταχόθεν, ἀφθόνως ἀφιέντες τὰ ὀϊστῶν καὶ ἀκοντίων, ὥστε πάνυ ἐπονεῖτο ἡμῶν οἱ δει-

[d] Οὕτω] Οὕτως *Fl.* [e] Αὐτοῦ] Sic *Fl. B2. H.* & *S.* Αὐτοῦ *J. P.* [f] Οὐ μετὰ πολὺ] Ita *Fl.* recte. Οὐ μετ' οὐ πολὺ cett. Excepta *B2.* quae μετ' οὐ πολύ. In marg. *AIW.* adscriptum: superfluit οὐ.

quod genuinum censeo. *M. du S.*

28. Αὐτοτελεῖς] *Suis sumptibus viventes.* *F. G.*

36. Εἰς δύο διεκόπη] Hanc phrasin probat contra *Gatakerum* Rev. *Elsnerus* ad Euang. Marc. XV. 38. ubi habemus: καὶ τὸ καλαπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο. Et hoc Luciani, item alia ex ejusd. *Dial. Meretr.* XIII. post med. & *Deor. Dial.* VIII. pr. Item *Sympos.* c. 44. ubi διῶλε τὸ κρανίον — εἰς δύο, videbimus, item ex *Demosth.* Phil. IV. p. 58. Nec non *Polyb.* L. 2. c. 16. addit, qui plenius, χίζει εἰς δύο μέρη ait. Sed ut μέρη saepe abest in hac & aliis locutionibus (de qua ellipsi vid. *L. Bos* Lit. M.) ita abundat alibi, ut ap. *Alciphr.* III. Ep. 54. pr. ἢ πῶς τὸ ἀνθρώπου τοῦτο εἰς μέρη καλειφόμενος ἱμάτιον φορῶ; *J. F. R.*

48. Ita-

προεχημώθοι, καὶ ἤδη προΐεντο οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα.

Ἐν τούτοις δὲ ὁ Λογχάτης καὶ ὁ Μακέντης ἔτυχον ὄντες, καὶ ἐτέτρωντο ἤδη, προκινδυνεύοντες, ὁ μὲν πυραχλωθεὶς τὸ μηρὸν ὁ Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ πελέκει εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ κοντῷ εἰς τὸ ὦμον· ὅτῳ αἰσθόμενος ὁ Ἀρσακόμας, ἐν ἡμῖν τοῖς ἄλλοις ὢν, δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ ἄπεισι καλαλιπὼν τοὺς φίλους, προσβαλὼν τοῖς μύωψι τῷ ἵππῳ, ἐμβοήσας ἤλαυνε διὰ τῶν πολεμίων, κοπίδα διηρμένος, ὥστε τοὺς Μάχλυας μηδὲ ὑποστῆναι τὸ ῥόθιον τοῦ θυμοῦ, ἀλλὰ διαρεθέντες ἔδωκαν αὐτῷ διεξελθεῖν. ὁ δὲ ἀναλησάμενος τοὺς φίλους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας προσκαλέσας, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀδύρμαχον, καὶ πατάξας τῇ κοπίδι διὰ [a] τοῦ αὐχένα, μέχρι τῆς ζώνης διέτεμε. πεσόντος δὲ ἐκείνου, διελύθη τὸ Μαχλυϊκὸν ἅπαν, καὶ τὸ Ἀλανικὸν [b] εὐμὴ πολὺ, καὶ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τούτοις· ὥστε ἐκρατοῦμεν ἐξ ὑπαρχῆς ἡμεῖς, καὶ ἐπεξήλθομεν ἂν ἐπιπολὺ κτείνοντες, εἰ μὴ νὺξ τὸ ἔργον ἀφείλετο. εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἱκέται παρὰ τὸν πολεμίων ἦκον ἐδέοντο φιλίας ποιεῖσθαι. Βοσπορανοὶ μὲν ὑποτελέσειν διπλάσιον τὸν δασμὸν ὑπισχνούμενοι, Μάχλυες δὲ ὁμήρους δώσειν ἔφασαν, οἱ Ἀλανοὶ δὲ

ita concluſi tenerentur, jamque multi arma 45 projicere.

55. Forte fortuna in his erant Lonchates atque Macentes, jamque vulnerati, cum primi ſe periculis obtuliſſent, ambuſto *falarica* femore Lonchates, Macentes autem *percuſſo* ſecuri capite, & haſta humero. Quod ſentiens Arſacomas, qui inter nos reliquos verſaretur, indignumque ratus, ſi relictis amicis abiret, admotis equo calcaribus, & ſublato clamore, per hoſtes infenſa copide equitat, ut neque animoſum illius impetum ſuſtinerent Machlyes, ſed transeundi facultatem illi darent. At ille recuperatis amicis hortatus omnes irruit in Adyrmachum, eumque impacta ad cervicem copide ad zonam usque dividit. Illo vero cadente, quidquid erat Machlyum, neque ita multo poſt Alani quoque diffugiunt, & poſt hos etiam Graeci. Sic de novo nos ſuperiores, perſecuturi illos amplius & caeſuri eramus, niſi nox opus intercepiſſet. Poſtridie ſupplices ab hoſtibus veniunt amicitiam ſecum fieri petentes, Boſporani duplum pendere tributum polliciti, Machlyes dare obſides parati; Alani ve-

a Παρὰ] Abeſt a *Fl.* Adeſt in *J. P. H. B2. S.* &c. b Οὐ μὴ πολὺ] Sic iterum reſtitut. ex *Fl.* Οὐ μετ' ὀλίγον cett. & P. male.

48. Πυραχλωθεὶς] Corrupta haud dubie vox. Cujus poſterior pars Τρωθεὶς fuit; ſed quaenam alia vox ſub πυραχ. lateat, ſine Codicum ope meum hic divinare non eſt. Forſan tantum παραστρωθεὶς, forſan καλατρωθεὶς ſcripſerat. In Libris nihil ſubſidii. *M. du S.*

55. Κοπίδα διηρμένος] At ſupra c. 9. circa fin. habuimus διηρμένα una vocali auctius, de quo ibi monere oblitus ſum, quod id requiram, ut in Edd. inveni; nam & ſic ſcribitur apud LXX. *Dan.* 2. 14. At in hoc *Tox.* c. 40. pr. διημμένου exaratum erat, ut hic. Quare utrobique diverſam ſcripturam retinui, quia utraque videtur bona. *J. F. R.*

74. Ἐπεισθημεν] In omnibus antea legebatur ἐπείσθημεν; ego audacter mutavi, quamvis etiam ferri poſſit recepta ſcriptura. Quid σπουδαίως valeat, notius eſt, quam ut moneam. *M. du S.*

Ἐπεισθημεν] Ego non ita audax fui, ut hoc contra omnes Edd. & Codd. mutarem; maxime propter ſequens δόξαν, ex quo magis conſequitur, reliquis ex opinione aut ſuffragio Arſacomae perſuaſum, ut idem ſentirent. Etſi enim σπουδαίως egregium eſt, quum de pace aut foedere ineundo agitur; ut ap. *Herodian.* 2. 12. 5. καλαπίπτει γράμματα, δι' ὧν ἰσπούδου δὴ πρὸς τὸν Σεβῆρον. *literas miſit, quibus foedus pangeret cum Severo.* (ſeu malis conſtruere, *literas miſit ad Severum.*) quis demonſtraverit id ideo intrudendum, ubi orationis filum alii verbo connectitur. Sed inventis noſtris nimis gaudentes nobis de felici ſucceſſu nimis etiam ſubito gratulamur, nec amplius reliqua ponderamus. Et neſcio an quidem ἰσπεισθημεν ſic paſſive pro

vero pro ista invasione Sindianos, a longo inde tempore a nobis dissidentes, in potestatem nostram se redacturos recipiebant. His conditionibus persuaderi nobis passi sumus, cum primo omnium ita visum esset Arsacomae & Lonchati, & ipsis tractantibus universum negotium, pax facta est. Talia, Mnesippe, audent facere pro amicis Scythae.

56. MNES. Omnino tragica, Toxari, & fabulis similia. Atque ignoscat mihi Acinaces ac Ventus per quos jurasti. Si quis enim fidem iis neget, non valde videatur reprehendendus. TOX. Quin vide, generose, ne invidia sit illa vestra credendi cunctatio. Verumtamen non deterrueris me neganda fide, quo minus alia de hoc genere dicam, quae facta a Scythis novi. MNES. Modo ne longa *nimis*, vir optime, nec ita solutis usus sermonibus, ut modo sursum deorsum Scythiam Machlyanemque percurrens, & abiens in Bosporum rediensque deinde, meo omnino silentio abusus es. TOX. Obsequendum hac quoque in re est tibi legislatori, ac dicendum breviter, ne fatigeris, si auribus oberrare nobiscum cogare.

57. Potius audi, quae mihi ipsi amicus, Sisinnes nomine, praestiterit. Cum enim Athenas domo proficiscerer Graecae disciplinae cupiditate, in Ponticam Amastrin navigavi: opportune autem objecta est e

ἀντὶ τ ἐφόδε ἐκείνης, Σινδιανὸς ἡμῖν χειρώσασθ ὑπέστησαν ἐκ πολλῶ διεστῶτας. ἐπὶ τούτοις c ἐπείσθημεν, δόξαν πολὺ πρότερον Ἀρσακόμᾳ κ Λογχάτῃ· κ ἐγένετο εἰρήνη, ἐκείνων πρυλανευόντων ἕκαστα. τοιαῦτα, ὦ Μνήσιππε, τολμῶσι ποιεῖν Σκύθαι ὑπὲρ τ φίλων.

ΜΝΗΣ. Πάνυ τραγικὰ, ὦ Τόξαρι, κ μύθοις ὅμοια, κ ἴλεως μὲ ὁ Ἀκινάκης κ ὁ Ἄνεμος εἶεν, ὃς ὤμοσας, εἰ γῆν τις ἀπιστοίη αὐτοῖς, ὡ πάνυ μεμπτὸς εἶναι δόξειεν ἄν. ΤΟΞ. Ἀλλ' ὅρα, ὦ γενναῖε, μὴ φθόνος ὑμῖν ἡ ἀπιστία ᾖ, πλὴν οὐκ ἐμὲ ἀποτρέψεις ἀπιστῶν κ ἄλλα τοιαῦτα εἰπεῖν, ἃ οἶδα ὑπὸ Σκυθῶν γιγνόμενα. ΜΝΗΣ. Μὴ μακρὰ μόνον, ὦ ἄριστε, μηδὲ ἄτως ἀφέτοις χρώμενος τοῖς λόγοις, ὡς νῦν γε ἄνω κ κάτω τ Σκυθίαν κ τ Μαχλυανὴν ἰὼν Ἀλαθέων, κ εἰς τ Βόσπορον ἀπιὼν, εἶτ' ἐπανιὼν, πάνυ μὲ καλεχρήσω τῇ σιωπῇ. ΤΟΞ. Πειστέον κ ταῦτά σοι νομοθετοῦντι, κ μακρῶ βραχέων λεκτέον, μὴ κ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπερινοστῶν.

Μᾶλλον δὲ ἄκουσον, ἐμοὶ αὐτῷ οἷα φίλος, Σισίννης τὄνομα, ὑπηρέτησεν· ὅτε γὰρ Ἀθήναζε ἀπῄειν οἴκοθεν ἐπιθυμίᾳ παιδείας τ Ἑλληνικῆς, κατέπλευσα ἐς Ἄμαστριν τ Ποντικήν· ἐν προσβολῇ δὲ ὅτι τοῖς ἀπὸ Σκυθῶν

Θας

c Ἐπείσθημεν] Constans lectio. Ἐστείσθημεν corrigit *M. du S.*

pro medio dicatur. Nam quum *Thucyd.* III. 111. p. 234. ait: Ἐν τούτῳ δ' οἱ Μαντινῆς, κ οἱ ξύμπαντες, —— ἐξελθόντες ἀπῆσαν. *Interea vero Mantinenses, & ceteri, quibus ex pacto potestas facta —— egressi abierunt*, alia res est. *J.F.R.*

80. Μύθοις ὅμοια] At revera Scytharum genium moresque haec optime exprimunt, quos ex *Historia Timurbeki*, nuper Gallice e Persica Cherefeddini Ali versa & edita luculenter, si non legisti, ut perspicias auctor tibi sum, quo mores adeo a nostris abhorrentes pro fabulis non habeas. *M. du S.*

81. Οὓς ὤμοσας] Supra enim c. 38. hujus *Dial.* dixerat: ὃ μὰ μὲν τ Ἄνεμον ἐς τ Ἀμμάκλω — ὃ σοι δοκοῦσιν οἱ Ἄνεμοι ἐς ὁ Ἀκινάκης θεοὶ εἶναι; *J.F.R.*

97. Ἀθήναζε ἀπῄειν] Confer. supr. *Somn.* c. 1. & 4. *M. du S.* Si propter factum ipsum, bene. Si ad probandum usum τῦ Ἀθήναζε, quo & ibi occurrit, nihil magni est momenti; nam & frequentatur aliis, ut *Alciphr.* III. Ep. 51. atque aliis. *J.F.R.*

99. Ἐν προσβολῇ] Cl. *Hemsterh.* rursus in marg. monuit videnda Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 408. No. 83. Habet autem *Thucyd.* VI. c. 48. οἱ πόροι δ μάλιστα ἐς προσβολὴ εἶναι αὐτοὺς τ Σικελίας. Ibique *Dukerus* hoc Luciani pluraque alia ex ipso *Thucyd.* adfert, unde haec vox probetur, illustretur. Addam tantum inde verba Scholiastae ad IV. c. 53. No. 48. Προσβολὴ, ait, ἀντὶ τῦ προσόρμισις ἐς καλαγωγὴν ἐπίθεσις. *J.F.R.*

Σκύθας πρεσπλέουσιν ἡ πόλις ἡ Καράμβεως ἀπέχουσα οὐ πολύ. εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης, ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμένι σκεψάμενοι, καὶ τῶν πλοίων ἐς αὐτὸν μεταστησαμένων, ἠγοράζομεν, οὐδὲν πονηρὸν ὑφορώμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ κλῶπές τινες ἀναστάσαντες τὸ [a] κλεῖθρον ἐκφέρουσιν ἅπαντα, ὡς μηδὲ τὰ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρκοῦντα καταλιπεῖν. ἐπανελθόντες οὖν οἴκαδε, καὶ τὸ γεγονὸς μαθόντες, δικάζεσθαι μὲν τοῖς γείτοσι πολλοῖς οὖσιν, ἢ τῷ ξένῳ, οὐκ ἐδοκιμάζομεν, δειλότητι μὴ συκοφάνται δόξωμεν τοῖς πολλοῖς, λέγοντες, ὡς ὑφείλετο ἡμῶν τις Δαρεικοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ [b] τάπιδάς τινας, καὶ τἄλλα ὁπόσα εἴχομεν.

Ἐσκοποῦμεθα δὲ περὶ τῶν παρόντων ὅ, τι [c] πράξομεν, ἄποροι πανταπασιν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ γενόμενοι· καὶ μοι μὲν ἐδόκει, ὡς εἶχον, αὐτῷ καθισάσαντα ἐς τὴν πλευρὰν τοῦ βίου, πρὶν ἀγενές τι παθεῖν, λιμῷ ἢ δίψει [d] πιεσθέντα· ὁ δὲ Σισίννης παρεμυθεῖτο, καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν· αὐτὸς γὰρ ἐπινοήσειν ἔλεγεν, [e] ὅθεν [f] ἕξομεν ἱκανῶς τὰς τροφάς· καὶ τό-τε μὲν ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος παρεκόμισε, καὶ ἦμεν ἡμῖν ἐκ τῆς μισθῆς ἐπριάμενος. ὕστερον δὲ περὶ ὄρθρον εἰς τὴν ἀγορὰν εἶδε πομπήν τινα, ὡς ἔφη, γενναίων καὶ καλῶν νεανίσκων· μονομαχεῖν δὲ ἔτοι ἐπὶ μισθῷ ἀν-

1 Scythia navigantibus haec urbs, Carambi non multum distans. Sequebatur me Sisinnes, meus a puero inde sodalis. Nos ergo diversorio ad portum quaesito, sarcinulisque de navi in illud translatis, nihil mali suspicati, in forum prodimus. Interea vero fures quidam claustris detractis omnia efferunt, ut nec tantum relinquerent, quantum in illum nobis diem sufficeret. Domum ergo reversis, audito quid factum esset, in jus vocare vicinos, qui multi essent, aut hospitem adeo, non placuit, veritis ne sycophantae plerisque videremur, si diceremus abstuliisse nobis aliquem Daricos quadringentos, & vestem multam, & stragula quaedam, & quae habueramus reliqua.

58. Deliberabamus autem de praesenti conditione nostra, quid ageremus, inopes omnium rerum in regione peregrina facti. Ac mihi quidem videbatur, ut habebam, e vestigio adacto in latus acinace de vita abire prius, quam humile quidquam fame aut siti subigente admitterem. At Sisinnes consolans me supplicabat, ne quid tale faceret; se quippe excogitaturum aliquid dicebat, unde, quantum ad victum satis esset, haberemus. Ac tum quidem ligna de portu bajulavit, venitque comparatis de mercede cibis. Altero vero mane in foro circumiens videt pompam, ut dicebat, fortium & honestorum juvenum. Hi autem pecunia auctorati gla-

a Κλεῖθρον] Ex emend. *Solan.* Κλεῖστρον Edd. priores. b Τάπιδας] Δάπιδας *Fl.* c Πράξομεν] Constans Edd. lectio. d Πιεσθέντα] Πιεσθέντα *Fl.* male. Πιεσθέντα *H2.* e Ὅθεν] Deest in *Fl.* Adest in cett. Edd. & P. f Ἕξομεν] Hoc verbum tamen & sic legi in *Fl.* notat *M. du S.*

1. Καράμβεως] Promontorium est Asiae, de quo vide *Strabonem* Lib. II. p. 124. &c. *M. du S.*

3. Ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμένι σκεψάμενοι, καὶ τῶν πλοίων ἐς αὐτὸν μεταστησαμένων ἠγοράζομεν] Ad haec ita notavit Pater. Vertunt jam ab Erasmo *res quasdam importatas in portu spectassemus, indumque è navi subduxissemus, emimus.* Immo καταγωγὴν, κατάλυμα, πανδοκεῖον, οἴκημα, quod sibi viderunt, conduxerunt, compararunt & eo sarcinas deposuerunt ipsi ἀγοράζοντες, hoc est, in forum urbis profecti. *Hesych.* ἀγοράζειν, τὸ ἀγορᾷ διατρίβειν. *Aristophanes* Ἀποστράτῃ pag. 860. Lugd. edit. Ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐξῆς Ἀριστογείτονι. *Thucydides* lib. VI. pag. 214. Καὶ ἐσελθόντες ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν, ubi Scholiastes perinde ut *Hesychius* interpretatur. *Herodotus* Melpomene cap. 78. ἔχων οἷ' ἂν ταύτῃσι Graecam vestem, ἠγόραζε. Et cap. 164. καί μοι Βαρκαῖοί τε ἄνδρες καταμαθόντες ἀγοράζοντα, ἐπῄνεσαν. *Euterpe* cap. 35. Ἐπεὰν αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζωσι καὶ καπηλεύωσι, etsi hic vertant *negotiantur.* (Adde Cl. *Salmas.* de Usur. p. 339.) *F. G.*

Ibid. Καταγωγὴν] *Sedem, diverforiolum.* *F. G.*

2. Ave-

gladiatores, in tertium diem depugnaturi erant. Jamque omnia de illis uti se haberent percontatus, venit ad me, &, *Ne amplius*, inquit, *pauperem te, Toxari, dicito. Tertio enim abhinc die divitem te reddam.*

59. Haec dixit. Atque aegre interjecto tempore vitam tolerantes, instante jam spectaculo, spectamus ipsi quoque. Nam me etiam assumtum velut ad jucundum quoddam novumque spectaculum Graecum, ducit in theatrum. Jamque spectamus assidentes, primo bestias jaculis confici, & exagitari canibus, & in vinctos quosdam homines, maleficos, ut conjiciebamus, immitti. Ingressis autem gladiatoribus, cum procerum quendam juvenem producens praeco ediceret, qui cum hoc pugnare vellet, progrederetur in medium, pugnae pretium acceptaturus drachmas decies mille: hic surgit Sisines, ac cum desiliisset, pugnaturum se recipit, arma poscit, & mercedem acceptam, decies mille drachmas, ad me fert, & in manus mihi tradit: ac, *si quidem*, inquit, *vicero, Toxari, simul abimus, habituri quod satis est: sin vero cecidero, me sepulto ad Scythas revertere.* Ad haec plorabam equidem.

60. Verum ille arma capiens reliqua induit, galeam vero non imposuit, sed nudo capite consistens pugnavit. Ac primo quidem vulneratur ipse, curvato ense succisus

δρολογηθέντες, ἐς τρίτην ἡμέραν διαγωνιεῖσθαι ἔμελλον. ἡ δὴ τὰ πάντα ὡς εἶχεν ἀμφ' αὐτὸς πυθόμενος, ἐλθὼν ὡς ἐμὲ, μηκέτι, ὦ Τόξαρι, ἔφη, σαυτὸν πένητα λέγε, εἰς τρίτην ἡμέραν πλούσιόν σε ἀποφαίνω.

Ταῦτα εἰπὼν, ἡ πομπὴν τὸ μέλλον ἀποζήσαιτες, ἐνστάσης ἤδη τῆς θέας, ἐθεώμεθα καὶ αὐτοί. προήλασαν γάρ με ὡς ὄπτιόν τι καὶ πρόδοξον θέαμα τῶν Ἑλληνικῶν, ἄγει εἰς τὸ θέατρον· καθίσαντες ἐωρῶμεν, τὸ μὲν πρῶτον θηρία καλαντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τινὰς, ὡς εἰκάζομεν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον οἱ μονομάχοι, καί τινα προήγαγεν ὁ κῆρυξ εὐμεγέθη νεανίσκον, εἶπεν, ὅστις ἂν ἐθέλῃ τούτῳ μονομαχῆσαι, ἥκειν εἰς τὸ μέσον, δραχμὰς λήψόμενον μυρίας, μισθὸν τῆς μάχης, ἐνταῦθα ἐξανίσταται ὁ Σισίννης, καὶ καλαπηδήσας ὑπέστη μαχεῖσθαι, καὶ τὰ ὅπλα ᾔτει. καὶ τὸν μισθὸν λαβὼν, τὰς μυρίας, ἐμοὶ φέρων, ἐνεχείρισε· καὶ εἰ μὲν κρατήσαιμι, ὦ Τόξαρι, εἶπεν, ἅμα ἀπιμεν, ἔχοντες τὰ δεδομένα· ἢν δὲ πέσω, θάψας με ὑποχώρει ὀπίσω εἰς Σκύθας. ἐγὼ μὲν ταῦτα ἐκώκυον.

Ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα, τὰ μὲν ἄλλα περιεδήσατο, τὸ κράνος δὲ οὐ κατέθηκεν, ἀλλ' ὑπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς καλὰς ἐμάχετο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τιτρώσκει αὐτὸς, καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην,

7. Ἀναπαύσαιτες] Conf. infra Συμπόσ. c. 20. f. *M. du S.*

8. Κλισίαν] Omnes Libri habebant hic κλισίον; quae vox cum nullibi occurrat, haud dubie pro hac, quam reposuimus, irrepsit. Vide Ἀλ. c. 29. & Ἐόχ. c. 42. *M. du S.*

18. Πρόξομαι] Pro πρόξομαι, nescio an satis recte. Certe non memini me sic usurpatum legisse. *M. du S.*

28. Πομπὴν] *Quintil.* Decl. IX. *Cum ostentata per arenam perituro rum corpora mortis suae pompam ducerent.* Vide & *J. Capitol.* in M. Aurelio c. XIX. *M. du S.*

30. Ἀνδρολογηθέντες] Ἀνδρολογεῖν *milites conscribere*, *Alciphr.* I. Ep. XI. p. 44. Ubi diligentiss. *Bergler.* ex *Hesych.* suam versionem; ac de alia quoque collectione virorum dici, hoc Luciani testimonio probat. Adde ἀνδρολογία 2. *Macab.* XII. 43. *J. F. R.*

43. Δεδεμένους] Rarius hoc, sed fiebat tamen: praesertim in Christianos. Mos a Romanis invectus, cujus alibi etiam meminit: ut Ἀλεξ. c. 44. &c. *M. du S.*

57. Οὐ κατέθηκεν] Conf. *Dial.* seq. Ὀν. c. 3. *M. du S.*

60. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην] *Adunco gladio vulneratus in poplite.* Sed legendum τὸν ἰγνύαν, aut τὸν ἰγνόν. dicitur enim ἰγνύα & ἰγνύη. *J. G. G.*

[a] ἰγνύην, ὥστε αἷμα ἔῤῥει πολύ· ἐγὼ δὲ προελεθνήκειν ἤδη τῷ δέει. θρασύτερον δὲ ἐπιφερόμενον τηρήσας τὸ ἀντίπαλον παίει εἰς τὸ στέρνον, καὶ διήλασεν, ὥστε αὐτίκα ἐπεπλώκει [b] πρὸ τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ. ὁ δὲ κάμνων καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ τραύματι, ἐπεκάθιζε τῷ νεκρῷ, καὶ μικροῦ δεῖν, ἀφῆκεν αὐτὸν ἡ ψυχή· ἀλλ' ἐγὼ προσδραμὼν ἀνέστησα καὶ παρεμυθησάμην. ἐπεὶ δὲ ἀφεῖτο ἤδη νενικηκώς, ἁρπάσας αὐτὸν ἐκόμισα εἰς τὴν οἰκίαν καὶ ἐπιπολὺ θεραπευθεὶς ἐπέζησε μοι, καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν Σκύθαις, γήμας τὴν ἐμὴν ἀδελφήν, χωλὸς δέ ἐστιν ὅμως [c] ἀπὸ τοῦ τραύματος. τοῦτο, ὦ Μνήσιππε, οὐκ ἐν Μάχλυσιν, οὐδ' ἐν Ἀλανίᾳ ἐγένετο, ὡς ἀμάρτυρον εἶναι, καὶ ἀπιστεῖσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ πολλοὶ πάρεισιν Ἀμαστριανῶν, μεμνημένοι τὴν μάχην τοῦ Σισίννου.

Πέμπτον ἔτι σοι τὸ [d] Ἀβαύχα ἔργον διηγησάμενος, παύσομαι. ἦκέ ποτε ἐπὶ τὴν Βορυσθενιτῶν πόλιν, ἐπαγόμενος καὶ γυναῖκα, ἧς ἥρα μάλιστα, καὶ παιδία δύο. τὸ μὲν ὀθνειάδιον ἄῤῥεν, τὸ δὲ ἕτερον κόρη [e] ἑπτέτις ἦν· συναπεδήμει δὲ καὶ ἑταῖρος αὐτῷ Γυνδάνης, ἐπὶ μὲν καὶ νοσῶν ἀπὸ [f] τοῦ τραύματος, ὃ ἐτέτρωτο κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ λῃστῶν, ὀθνείων τῶν σφίσι· ξυμμαχόμενος δὲ πρὸς αὐ-

poplitem, ſanguis ut copioſus profluereret; & ego prae metu pene ante mortuus eſſem. At ille obſervans inferentem ſe audacius adverſarium, percuſſum illius pectus transadigit, ut ſtatim ante pedes illius concideret: ille autem feſſus & ipſe vulnere, inſidet mortuo. Et parum aberat, quin ipſum quoque anima relinqueret. At accurrens ego excitavi hominem & conſolatus ſum, & cum jam pro victore dimitteretur, ſublatum illum portavi domum. Hic diu curatus, vixit ille quidem, & eſt nunc adhuc in Scythis, ducta ſorore mea, claudus tamen ex vulnere. Hoc, Mneſippe, non inter Machlyes neque in Alania factum eſt, ut teſtibus careat, & fides illi queat negari; ſed multi adſunt Amaſtrianorum, qui meminerunt pugnae Siſinnis.

61. Quinctum tibi adhuc Abauchae facionus cum narravero, deſinam. Venit quondam hic Abauchas in Boryſthenitarum urbem, habens ſecum uxorem, quam maxime amaret, & liberos duo; alter lactens adhuc puer erat, altera autem ſeptem annorum puella. Socius peregrinationis amicus illius Gyndanes, hic quidem aeger etiam a vulnere, quo percuſſus erat in via a latronibus, impetum in ipſos facientibus: dum enim contra hos repugnat, feritur illi femur,

a Ἰγνύω] Sic Edd. Ἰγνὺν *Graev.* b Πρὸ] Πρὸς male Ex. *Fl.* Vulgatam tuetur P. c Ἀπὸ] Ὑπὸ marg. *A1.* Sed vulgata praeſtat. d Ἀβαύχα] Et ſic eſſe in *Fl.* monet *M. du S.* e Ἑπτέτις] Sic recte *Fl. P. H. B2. S.* Ἑπτέτις male *J.* f Τοῦ] Deeſt in *Fl.*

61. Ἰγνύω] Ἰγνύσιν Noſter ſupra I. *Hiſt.* c. 23. m. ibi vero ex Schol. diſces, recte Clar. *Graev.* ἰγνύων vel ἰγνὺν dici, monere. Interim quia medici hoc vocabulo frequentius utuntur quam alii, maxime *Hippocrat.* & *Aret.* qui ἰγνύην Ionice ajunt, & *Homer.* quoque ſic ſcribit, cujus Noſter dictionem ſaepe imitatur, quid mali erit, ſi vulgatam ſic relinquamus? etſi ἰγνὺν dediſſe Noſtrum veroſimilius ſit. *J. F. R.*

77. Ἀμαστριανῶν] Fuit cum crederem hujus Dialogi ſcenam Amaſtrin; aut urbem aliquam illius orae: nec a vero abhorret, ibi revera ſcriptum, ubi de Scythis tot inaudiiſſe probabile fit. Neque enim ut haec omnia ficta ſint, a me facile impetrabis; praeſertim cum Lucianum, in his oris fuiſſe ex Ἀλεξ. c. 57. ſatis conſtet. Sed obſtat quod ſupra c. 57. Amaſtrim iis deſcribit verbis, quae ſatis oſtendunt ibi non dici haec. Conjiciebam tunc, legendum πωρίσιον, pro πάρισον. Nunc autem Athenis ſcenam hujus Dialogi eſſe puto, ubi mercatores ſatis multi Amaſtriani inveniri poterant, a quibus quaeri id poſſet. *M. du S.*

99. Διαπαίσας] Vulgata non videtur movenda. Sic enim ἐπισπαίειν pro *ingredi*, *ſe intrudere*, *Ariſtoph.* Plut. 804. Εἰς τὴν οἰκίαν ἐπισπάσασαν, quod *Scholiaſt.* exponit: εἰσπήδησαν, εἰσῆλθον. Eund. *Ariſtoph.* loc. adducit Cl. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. p. 408. quo probet ſuſpicionem ſuam, etiam in Lucian. *Sympoſ.* (c. 8. vel 9.) ut in illo *Dial.* videbimus) ἐπισπάσαιεν legendum, pro vulgato ἐπισπάσειεν. Nam licet ἐπισπᾶσθαι pro *fuga* cla-

mur, ut neque insistere prae dolore posset. Noctu autem dormientibus illis, forte fortuna enim in suprema contignatione diversabantur, incendium oritur magnum; clausa erant circum omnia, circumdederat domum undique flamma. Hic ergo excitatus Abauchas, relictis liberis plorantibus, cum demovisset inhaerentem sibi uxorem, ipsamque saluti suae consulere jussisset, sublato *in humeros* amico, descendit. Et evasit erumpens ea parte, qua nondum plane igne invalescente arcebatur. Mulier autem infantem gerens sequuta est, sequi se jussa puella: atque ipsa semiustulata infantem ex ulnis passa decidere, vix flammam transiliit, & post illam puella, in praesentissimum ipsa quoque mortis periculum adducta. Et cum postea objiceret aliquis Abauchae, quod proditis liberis atque uxore exportasset Gyndanem, *Verum*, inquit, *liberos denuo quaerere mihi facile est, atque incertum, boni ne hi futuri sint: amicum autem non temere invenero alium, talem quidem, qualis est Gyndanes, qui ea mihi benivolentiae experimenta praestiterit.*

62. Dixi, Mnesippe, de magno numero quinque istis depromtis. Jam tempus fuerit judicari, utri nostrum lingua vel

τὸς, ἐλαύνε) εἰς τ μηρὸν, ὥστε οὐδὲ ἑστάναι ἐδύνατο ὑπὸ τ ὀδύνης· νύκτωρ δὲ καθευδόντων (ἔτυχον γὰρ ἐν ὑπερῴῳ τινὶ καλοικοῦντες) πυρκαϊὰ μεγάλη ἐξανίστα), καὶ πάντα περιεκλείετο, καὶ περιεῖχεν ἡ φλὸξ ἀπανταχόθεν τ οἰκίαν· ὃ ἐνταῦθα [h] δὴ ἀνεγρόμενος ὁ Ἀβαύχας, καταλιπὼν τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα, καὶ τ γυναῖκα [i] ἐκκρεμαμένην ἀποσεισάμενος, καὶ σώζειν [k] αὐτὸν παρεκελευσάμενος, ἐξάλμενος τ ἑταῖρον, κατῆλθε, καὶ ἔφθη [l] διεκπαίσας, καθὸ μηδέπω τελέως ἀπεκέκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρός· ἡ γυνὴ δὲ φέρουσα τὸ βρέφος εἵπετο, ἀκολουθεῖν κελεύσασα καὶ τ κόρην. ἡ δὲ ἡμίφλεκτος ἀφεῖσα τὸ παιδίον ἐκ τ ἀγκάλης, μόλις διεπήδησε τ φλόγα, καὶ ἡ παῖς σὺν αὐτῇ, παρὰ μικρὸν ἐλθοῦσα καὶ κείνη ἀποθανεῖν. καὶ ἐπειδή τις ὕστερον τ Ἀβαύχαν, διότι προδοὺς τὰ τέκνα, καὶ τ γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν, Ἀλλὰ παῖδας μέν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται· ἕτοιμοι· φίλον δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, [m] οἷος Γυνδάνης ἐστί, πεῖράν μοι πολλὴν τ εὐνοίας παρεχημένου.

Εἴρηκα, ὦ Μνήσιππε, ἀπὸ πολλῶν πέντε τούτους προχειρισάμενος. ἤδη δὲ καιρὸς εἴη κεχρίσθαι, ὁπότερον ἡμῶν ἡ τ γλῶτταν ἢ

olabi inveniatur, ut *Steph.* notavit, illud tamen hic minus aptum esset prae altero, quod *perrumpere* significans hic longe majorem vim habet, & respondet actui *Aeneae*, patrem ex incendio Trojano humeris sublatum eripientis. Dum ἐκπαισῶ Nostro potius est *extrudi, ejici*, ut supra *Alex.* c. 19. & *Abdic.* c. 1. vel *excidere voto, exsibilari, Nigr.* §. 9. *J. F. R.*

ΠΑΡ. Φέρε δὴ πάλιν ἀπόκριναί μοι, πότερόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, τῶν προκειμένων δυοῖν, πότερον ἂν αὐτὸς ἕλοιο, ἆρά γε τὸ πλεῖν, ἢ τὸ παραπλεῖν; ΤΥΧ. Τὸ παραπλεῖν ἔγωγε. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ τρέχειν, ἢ τὸ παρατρέχειν; ΤΥΧ. Τὸ παρατρέχειν. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ ἱππεύειν, ἢ τὸ παριππεύειν; ΤΥΧ. Τὸ παριππεύειν. ΠΑΡ. Τί δὲ, τὸ ἀκοντίζειν, ἢ τὸ παρακοντίζειν; ΤΥΧ. Τὸ παρακοντίζειν. ΠΑΡ. Οὐκοῦν ὁμοίως [b] ἤθ' ἕλοιο καὶ τῷ [c] ἐσθίειν μᾶλλον τὸ παρασιτεῖν. ΤΥΧ. Ὁμολογεῖν ἀνάγκη· καί σοι λοιπὸν, ὥσπερ οἱ παῖδες,

61. PAR. Age ergo rursus mihi responde: utrum tibi videtur praestare, & utrum propositis duobus elegeris, *navigare ne* an *juxta navigare*. TYCH. Equidem *juxta navigare*. PAR. Quid vero, *currere ne* an *juxta currere*? TYCH. *Juxta currere*. PAR. Quid vero, *equitare ne* an *juxta equitare*? TYCH. *Juxta equitare*. PAR. Quid autem, *Jaculari*, an *juxta jaculari*? TYCH. *Juxta jaculari*. PAR. Nonne ergo similiter etiam malis *juxta edere*, cum aliis (hoc enim est parasitari) quam *edere* simpliciter? TYCH. Necesse est tibi assentiri. Atque in posterum ego tibi, ut pueri,

a Ἢ] Sic recte *Fl. P. Ald. Fr.* &c. Εἰ male *J.* & *V2.* & marg. *A1.* b Ἐθ' ἕλοιο] Sic Edd. omn. praeter *J.* & *V2.* quae ἂν ἐθέλοις, quod etiam adscriptum in marg. *A1W.* c Ἐσθίειν] Anon. Forsan σιτεῖν, adscripsit.

37. Παραπλεῖν] In universum non facile est ea loca convertere, in quibus verborum lusus inest. Hic etiam παρὰ praepositio difficultatem aliquam habet, quae non *societatem* modo, sed excessum etiam & *superationem*, interdum etiam *vitium occultum* in compositione notet; quae forte in παράσιτος appellatione jungi possunt, ut *parasitus* sit qui *cum* aliis, quibus *obrepsit*, *largius* cupidiusque caeteris, cibum capit. Sed cum in primis tamen ad *cibi societatem* respiciatur, quorsum etiam illi Solonis παράσιτοι, atque *Phoebi Parasiti* pertinent; malui in caeteris compositis quoque hujus praecipue significationis rationem habere. *J.M.G.*

Παραπλεῖν] *Praeternavigare*, dein *praecurrere*, *praetercurrere*, *praeterjaculari*, *ultra jaculari*, adscripsit *Guiet*. Omisissem, nisi caussam viderem esse, quod pristinus interpres hoc male reddiderit: *adnavigare*, *adcurrere*, *adequitare*, *adjaculari*, quo facto jocus minus adparet; qui tamen haud ita planus est in singulis his verbis compositis, nisi ex conclusione argumenteris, parasitum velle, melius atque utilius esse *juxta*, i. e. *cum alio coenare*, quia id fit alterius sumptu, quam *coenare* apud se; adeoque & utilius esse comitem navigare ab alio adsumtum, quod & hoc fieri queat alterius sumptibus, idque mallem, si omnia reliqua verba ad eamdem potestatem reduci possint; sed cum non videam, qui παράσιτος eodem detorqueri queat, restat ut παρὰ in omnibus hic adlegatis compositis tantum significet excellentiam quandam, quasi praeter modum vulgarem haec omnia facere. Veluti qui praeter metam jaculatur, victor est, ut *Horat.* canit I. Od. VIII. 11. — *saepe disco, saepe trans finem jaculo nobilis expedito.* Adeo παρασιτικὸς grandius quid sonare atque esse quam simplex σιτικὸς. Si vero & hoc friget, credamus id tamen personae parasiti conveniens, qui ex frigidis ejusmodi jocis risum captant; quos Lucianus dedita opera sic frigidos projeciisse dici poterit, ut eos depingeret quales sunt. Conf. T. I. *Tim.* §. 52. ubi Cl. *Hemsterh.* ad ἀλλὰ γυμῶ risus illos minime ingeniosos sibi non placere ait. Nec mihi placent. Interea nihil prohibet, quo minus liceat Nostro stultitiam adulatorum talem proponere

ri, mane veniam & post prandium, discendae hujus artis caussa. Aequum autem est, ut eam tu me sine invidia doceas, quandoquidem primus ego tibi sum discipulus. Ajunt vero a matribus etiam magis amari primogenitos.

ἀφίξομαι ϗ ἑῴας ϗ μετ' ἄριστον, μαθησόμενος τ τέχνην· σὺ δέ [d] με αὐτὴν δίκαιος διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ ϗ πρῶτός σοι μαθητὴς γίγνομαι. Φασὶ δὲ ϗ τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρωτα φιλεῖν τ τέκνων.

ANACHARSIS, SIVE DE EXERCITATIONIBUS (vulgo de *Gymnasiis.*)

ANAXAPΣΙΣ, Η ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ.

ANACHARSIS ET SOLON.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ ΚΑΙ ΣΟΛΩΝ.

ANACHARSIS.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ.

ISta vero, Solon, apud vos juvenes cujus rei gratia faciunt? Alii complexi se invicem alter alterum supplantant: alii angunt, & inflectunt, & in luto volutati se mutuo conspurcant ut sues. Quamquam ab initio cum primum se exuerunt, vidi enim, pingui se ungere solent, & mutuo mulce-

1 ΤΑῦτα δὲ [e] ὑμῖν, ὦ Σόλων, τίνος ἕνεκα οἱ νέοι ποιοῦσιν; οἱ μὲ αὐτῶν περιπλεκόμενοι, ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄγχουσι ϗ λυγίζουσι, ϗ ἐν τῷ βορβόρῳ συναναφύρονται [f] καλινδούμενοι, ὥσπερ σύες. ϗτοι κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γὰρ) λίπα τε ἠλείφοντο, ϗ κατέψη-

d Mi] Moi *Fl.* ANAX.] Nomina personarum in fronte non habet *J.* nec *Fl.* &c. Ἀναχάρσις ϗ Σόλων *Bl.* & 2. *e* Ὑμῖν] Ἡμῖν *Fl.* Ceterae ὑμῖν cum M. *f* Καλινδούμενοι] Sic *Fl. J. Ald. Fr.* &c. Κυλινδ. M.

5. Καλινδούμενοι] Ἀντὶ τοῦ κυλιόμενοι. *G.*

nere qualis esse solet. Cum vero hic lusus tantum in verbis sit, non valde quidem ingeniosus, nec tamen omnino absurdus, nihil hic quod reprehendam, habeo. *J.F.R.*

44. Ἐθ' ἵλεως] *Ven.* utraque ἂν ἰθίλοις. *M. du S.*

48. Σὺ δέ μοι — διδάσκειν] Infinitivus loco imperativi valde quidem usitatus; sed quia tum inest ellipsis verbi μύμνησο, possit etiam hac ratione illud μοι quod *Fl.* habet, locum invenire, quod hortantis est, & quasi pleonastice in hujusmodi praecipiendi formulis inseri solet, ut non semel vidimus. Conf. saltem ad *Asin.* c. 4. φυλάττω μοι, ἴφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα. Infinitivi autem exempla etiam alibi dedimus ex *Hippocr. Homer. Lucian.* & *Arr.* IV. p. 180. pr. Σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ παραδοῦναι — — τὸ ἐμὸν κράτος. Sed quia infinit. hic pendet a δίκαιος, significatque, *tu dignus es me docere*, nihil immutarim. *J.F.R.*

50. Φασὶ δὲ] Hoc accipiendum est cum distinctione. Nam verum illud est in matre quae non convolat ad secundas nuptias. Alias falsum, ut testantur politissimi *Homerici* versus quos ex Odyss. profert *Stobaus* serm. 192. vide *D. Ambros.* 6. Hexamer. *J. B.*

ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ] De Anacharsi & Solone vide quae supra annotata sunt ad Συν. c. 5. & *Plut.* in Sol. *M. du S.*

Ibid. ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ] Cl. *Gesn.* vertit *DE EXERCITATIONIBUS*, quod hic retinui. At quum *de Gymnasiis* inscriberetur a pristinis Interprett. ego hanc inscriptionem deinceps servavi, quia adlegationes ex hoc Dialogo in notis Commentatorum sic etiam sunt institutae, & Lectores huic inscriptioni adsueti minus commode loca indicata possent invenire, si titulus Dialogi mutaretur. *J.F.R.*

1. Ταῦτα δὲ ὑμῖν] Hanc paginam interpretor ad li. 10. *Heliodor.* *J.B.*

7. Λίπα] Oleum μανίας φάρμακον vocabat *Diog. Laërt.* I. Segm. 104. p. 27. C. *M. du S.*

ψησε μάλα εἰρηνικῶς ἄτερ☉ τ' [a] ἕτερον ἐν τῷ μέρει. μετὰ δὲ οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθόντες, ὠθεῖσί τε ἀλλήλους [b] συννευκότες, καὶ τὰ μέτωπα συναράττουσιν, ὥσπερ οἱ κριοί. καὶ [c] ἦν ἰδὼ κἀμὲ ☉ ἐκείνοσι τ' ἕτερον ἐκ τοῖν σκελοῖν, ἀφῆκεν εἰς τὸ ἔδαφ☉· εἶτ' ἐπικαλαπεσὼν, ἀναχύπτειν οὐκ ἐᾷ, συνωθῶν κάτω ἐς τ' ἠλόν· τέλ☉ δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη χἠ τ' γαστέρα, τ' πήχυν ἐπιβαλὼν τῷ λαιμῷ, ἄγχει ἄθλιον· ὁ δὲ παρακροτεῖ ἐς τ' ὦμον, ἱκετεύων, οἶμαι, ὡς μὴ τέλεον ἀποπνιγείη. καὶ ὑδὲ τῇ ἐλαίᾳ ἕνεκα φείδον☉, μὴ μολύνεαθ, ἀλλ' ἀφανίσαντες τὸ [d] χρίσμα, καὶ τῇ βορβόρῳ ἀναπλησθέντες, ἐν ἰδρῶτι ἅμα πολλῷ, γέλωτα ἐμοὶ γῆν παρέχουσιν, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ἐκ τ' χειρῶν διολισθαίνοντες.

Ἕτεροι δὲ ἐν τῷ αἰθρίῳ τ' αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν· οὐκ ἐν πηλῷ ὅτοί γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτῃ βαθεῖαν ὑποβαλόντες

re alter alterum plane pacate: deinde vero nescio quo instinctu, trudunt se invicem pronis capitibus, & frontibus arietum instar concurrunt. Et ubi ecce iste alterum cruribus sublatum prostravit humi, ipse deinde superincumbens tollere se illum non sinit, contruditque deorsum in lutum. Tandem vero jam cruribus suis illius ventrem complexus, suoque cubitu gutturi illius subjecto, suffocat miserum, qui istius interim humerum plaudit, suppliciter *eo gestu* rogans, puto, ne plane fauces sibi elidantur. Ac ne olei quidem caussa parcunt, quo minus inquinentur, sed detersо unguento, oppleti stercore, sudore insuper multo *diffluentes*, risum mihi quidem praebent, anguillarum instar alterius alter elabentes manibus.

2. Alii in subdivali aulae idem faciunt, non in luto hi quidem, sed arenam istam profundam substratam habentes in cavea, con-

a Ἕτερον] Sic M. *Fl. Ald. P. Fr.* B1. & 2. H. Ἄτερον *J.* b Συννευκότες] Reseripsi ex W. Σωννευκότες. Edd. c Ἦν ἰδὼ] Sic Edd. & M. Ἤνιδὲ *Pell.* Νῦν *Marc.* d Χρίσμα] Ita bene *J. Fl. P.* &c. Χρῆμα W. Sed in margine erat χρίσμα.

8. Ἄτερ☉ τ' ἕτερον] Recte *Juntinam* habere ἄτερον, adscripserat *Solanus*, & quia ἄτερ☉ tam prope praemissum, credat quis etiam ἄτερον rectius sequi, quam ἕτερον. Esse autem ἄτερ☉ Atticum, ex *Aristoph.* demonstrat *Maittair.* de Dialect. p. 15. pro ὁ ἕτερ☉. Addo *Callim.* fragm. XCI. — ὃς ἔχει ἄτερ☉ δαίμονα, ubi Cl. *Bentlejus* etiam ex Epigramm. ἄτερος Ἡρακλέης adducit. Verum non adeo me movit solius *Junt.* auctoritas, ut contra ceteras Edd. & Codd. irem; quia in casibus obliquis aegre sic scribi posse monent Grammatici; in accusativo certe, non video quae crasis pro τ' ἕτερον locum invenire queat. At si usus tamen contra analogiam induxisset, facile admitterem; dum vero ἄτερον in accus. aliunde probare non habeam, vulgatam servo. *J. F. R.*

9. Οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθόντες] Huc pertinet illud ipsius Anacharsidis apud *Diog. Laërt.* I, 104. τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον ἔλεγε, διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἀπραιτήτους ἀλλήλους. *J. M. G.*

11. Καὶ ἦν ἰδὼ] Καί *ru* ἰδὼ. *Th. M.*

Καὶ ἦν ἰδὼ] Vid. *Xenoph.* ἀνάβ. *Aristoph.* & Nostrum Ἀνάβ. c. 51. *M. du S.*

Καὶ ἦν ἰδὼ] Non quidem ita edidimus in *Pisc.* c. 51. pr. sed ἀλλ' ἰδὼ tantum, quia hoc plurimae Edd. & P. habebant. Jam ferme malleim ἀλλ' ἦν ἰδὼ & ibi legi. *J. F. R.*

12. Ἐκ τοῦ σκελοῦ] Posset οὐκ abesse. Sed additur crebro. *Diod. Sic.* IV. c. 19. p. 265. πόλις οὐκ βίᾳ ἁλοῦσα. *Soph.* Aj. 27. — καὶ παραμύθιόν μοι χειρὸς —. Conf. Nostrum supra, *Asin.* c. 23. vs. 88. Et *ibid.* c. 45. ἐμὲ δὲ ἀφαμβροι οὐ τ' ποδῶν. *Long. Past.* IV. p. 147. Ed. *Moll.* (vere 139.) κρατήσας οὐ τ' κεφάλης. *J. F. R.*

15. Περιπλέξας] Sic rursus infra c. 31. *M. du S.*

22. Ἀναπλησθέντες] Conf. supra *Mort.* c. 17. & *Z. Tp.* 33. *M. du S.*

23. Οἱ ἐγχέλυες] Vid. supr. T. I. *Tim.* c. 29. ubi similis quidem phrasis, sed ἐγχέλυσι non ἐγχέλυες. At conf. *Steph.* ab *Hemsterhusio* ibi indicatum. *J. F. R.*

26. Ἐν πηλῷ ὅτοί γε &c.] Οὐκ οὖν πηλοῦ ὄντες γε, ἀλλὰ ψάμμου τοιαύτῃ βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι τὸ τοῦ ἀγῶνος τοιοῦτοί τε ἀλλήλους. Sic Mf. non τοιαῦτοι, ut editur. *Sed hi non in luto, sed altam arenam in fossa subjicientes se invicem illa adspergunt.* Paullo post dicit ἐπιπάλειν τὴν κόνιν. Haphen intelligit. de qua *Mart.* VII. ep. 67. *Et flaveseit haphe.* Sed de hac & aliis ad palaestram pertinentibus viri docti jampridem egerunt copiose, vide imprimis eruditissimum P. *Fabrum* in Agonistico 11, 2. & 5. & 22. *J. G. G.*

28. Πάττουσι — ἐπαμῶνται] Sic W. totum hunc lo-

conſpergunt ſe invicem, & ſponte ſua pulvere ſe, gallorum gallinaceorum inſtar, adcumulant, puto, ut minus inter complectendum elabi poſſint, lubricitatem illam auferente arena, & firmiorem praeſtante in ſicco comprehendendi facultatem.

3. Illi vero conſperſi, recto ſtatu, verberibus ſe invicem calcibusque impetunt. Hic ergo miſer ipſos videtur dentes exſpuere: adeo ſanguine illi atque arena os oppletum eſt, pugno, ut vides, mala illi percuſſa. Sed neque iſte praefectus illos ſeparat, aut pugnam ſolvit: e purpura enim de magiſtratu aliquem hunc eſſe colligo.

4. Quin incitat etiam, & qui percuſſit, eum laudat. Alii vero alio loco celeriter ſe movent, & exſultant quaſi currentes, cum eodem in loco maneant; & jactato in altum corpore calcibus aëra petunt.

λόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι [e] πάτησίν τε ἀλλήλους, ϗ αὐτοὶ ἑκόντες [f] ἐπαμῶν᾽ τ᾽ κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τ᾽ ψάμμου τ᾽ ὄλισθον [g] ἀφαιρούσης, ϗ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τ᾽ ἀντίληψιν.

Οἱ δὲ ὀρθοπάδην κεκονιμένοι ϗ αὐτοὶ πατάσσουσιν ἀλλήλους προσπεσόντες, ϗ λακτίζουσιν. ὑτοσὶ γοῦν ϗ τοὺς ὀδόντας ἔοικεν [h] ἀποπτύειν ὁ κακοδαίμων· ὕτως αἵματος [i] αὐτῷ ϗ ψάμμου ἀνάπεπλησται τὸ στόμα, σὺξ ὡς ὁρᾷς [k] πεπαχθέντος ἐς τ᾽ γνάθον. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ ἄρχων ὑτοσὶ διίστησιν αὐτούς, ϗ λύει τ᾽ μάχην. τεκμαίρομαι γοῦν τῇ πορφυρίδι τ᾽ ἀρχόντων τινὰ [l] τοῦτον εἶναι.

Ὁ δὲ ϗ ἐποτρύνει, ϗ τ᾽ κατάξαντα ἐπαινεῖ· ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι πάντες ἐγκονοῦσι, ϗ ἀναπηδῶσιν, ὥσπερ θέοντες, ὅτι τοῦ αὐτοῦ μιούντες, ϗ ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι, λακτίζουσι τ᾽ ἀέρα.

Ταῦ-

[e] Πάτησίν τε] Ex W. reſtitut. Παράτησί τε Edd. quo reſtituta lectio tamen firmatur. Πάτησι Edd. [f] Ἐπαμῶντες] Et hoc recepi ex W. Ἐπαμοῦνται G. [g] Ἀφαιρούσης] Ὑφαιρούσης marg. *Aliv. f.* At prius *Fl. B. Ald. Fr. H. P. S.* & M. [h] Ἀποπτύειν] Reſcripſi ex W. Ἀποπτύειν Edd. priores. [i] Αὐτῷ] Αὐτοῦ L. [k] Πεπαχθέντος] Παταχθέντες male M. [l] Τοῦτον] Τούτων male *Fl.*

locum habet; vulgatae aliter, nempe παράτησί τε — πάτησι. *Polyaen.* eadem voce utitur. Ego antequam W. vidiſſem, ἀράτησι legebam. *M. du S.*

Παράτησί τε ἀλλήλους] Mihi maxime placet *P. Fabri* conjectura, qui Agoniſt. 2, 1. θράτησι legendum ſuſpicatur, vel ἀράτησι, ut tamen illud praeferam. Eſt enim de primo quaſi actu ſermo, ubi alter alterum primo prehendit, & ut poſſit firmius prehendere, pulvere ſpargit. Eidem etiam *Fabro* aſſentior, ὄρυγμα fuiſſe locum depreſſiorem, effoſſum, dictum alioquin, σκάμμα, ſ. τὰ ἰσκαμμένα, quae ὑπερπηδᾶν, transſilire, tanquam terminos, intra quos luctantes coërcentur, non licet; verbo, ipſam *saveam*. *J. M. G.*

Πάτησίν τε] Probe etiam vidit Cl. *Geſn.* vulgatum παράτησι nihili eſſe. Et quamvis θράτησι eleganter ſit conjectatum a *Fabro*, praeferendum tamen id quod Codex ſuppeditat, cujus ſcripturam etiam in terminatione ſequi conſultum duxi, etſi ν paragogicum abeſſe poſſit. Cumque mox ἐπαμῶνται quoque ex 2. Codd. receperim; (nam πάτησι jam iterato exhibere abſurdum fuiſſet) verſionem ad utrumque adcommodavi, non quod *Geſneri* verſionem reprehendam, quae erat: *in cavea prenſant ſe invicem, & — ſpargunt*; ſed quod Graecus contextus qualem nunc dedimus, aliam poſtulabat. *J. F. R.*

30. Ἀφυκτότεροι] Conf. T. I. Θ. Διαλ. XVII. med. *M. du S.*

31. Τὸν ὄλισθον] Scribitur iterum eodem modo c. 28. Ego tamen legendum cenſeo τὸ ὀλ. *M. du S.*

Τὸν ὄλισθον] Quod neutro genere τὸ ὄλ. maluit *Sol.* ideo factum ſuſpicor, ut adjective accipiatur, & *lubricum, lubricitatem* ſignificet; ita compoſitum εὐόλισθος adjective *Suidas* habet. Non diſpliceret, ſi auctoritatem pro τὸ ὄλισθον attuliſſet. Verum cum etiam *Heſych.* ὀλισθος, πτῶσις habeat, nihil in Luciano mutaverim. Auctor Etymol. etiam ſcribit: ὀλισθος, — ὁ ὄλως καταπίπτων. *J. F. R.*

34. Ὀρθοπάδῃ] Tria erant apud Graecos certamina, pancratium, palaeſtra, & curſus. De pancratio ludorumque generibus, quibus Graeci antiqui & Romani uſi ſunt, leg. *Bud.* annott. ad l. *Athletas*, de his qui notantur infam. & ad l. *Qua auctione* ad l. *Aquiliam. Gellius* L. XIII. c. 26. *Propert.* L. III. *G. C.*

37. Ἀποπτύειν] Ita W. Reliqui libri ἀπτύειν. *M. du S.*

44. Ἐγκονοῦσι] Poëtis Atticis frequens verbum illuſtrat *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 255. *J. M. G.*

Ταῦτα ἂν ἐθέλω εἰδέναι τίν[ι] [a] ἀγαθῷ ἂν εἴη ποιεῖν· ὡς ἔμοι γε [b] μανίᾳ μᾶλλον ἐοικέναι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, κ) οὐκ ἔστιν ὅστις ἂν ῥᾳδίως μεταπείσειέ με ὡς ὐ παραπαίουσιν οἱ ταῦτα δρῶντες.

5. Haec igitur, scire velim, cui bono sit facere: nam mihi furori potius similis ores videtur, nec est, qui facile hoc mihi eripiat, non insanire qui ista faciunt.

ΣΟΛ. Καὶ εἰκότως, ὦ Ἀνάχαρσι, τοιαῦτά σοι τὰ γιγνόμενα φαίνε[ται] ξένα γε ὄντα, κ) πάμπολυ τ Σκυθικῶν ἐθῶν ἀπᾴδοντα, καθάπερ κ) ὑμῖν πολλὰ εἰκὸς εἶναι μαθήματα, κ) ἐπιτηδεύματα, τοῖς Ἕλλησιν ἡμῖν ἀλλόκοτα εἶναι [c] δόξαντα ἄν, εἴ τις ἡμῶν ὥσπερ σὺ νῦν ἐπιφαίη αὐτοῖς. πλὴν ἀλλὰ θάρρει, ὦ γαθέ· ὐ γὰ μανίᾳ τὰ γιγνόμενά ἐστιν, ὐδ' ἐφ' ὕβρι ἕτοι παίουσιν ἀλλήλους, κ) κυλίουσιν ἐν τῷ πηλῷ, ἢ ἐπιπάττουσι τ κόνιν· ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα, κ) ἀκμὴν ὐ μικρὰν [d] ἐπάγει τοῖς σώμασιν. ἢν γὰν ἐνδιατρίψῃς, ὥσπερ οἶμαί σε ποιήσειν, τῇ Ἑλλάδι, οὐκ εἰς μακρὰν εἶς κ) αὐτὸς ἔσῃ τ πεπηλωμένων, ἢ κεκονιμένων. οὕτω σοι τὸ πρᾶγμα ἡδύ τε ἅμα κ) λυσιτελὲς εἶναι δόξει. ΑΝΑΧ. Ἄπαγε, ὦ Σόλων. ὑμῖν

6. SOL. Nec mirum est, Anacharsi, talia tibi, quae hic fiunt, videri, cum peregrina tibi sint, & multum a Scythicis moribus abhorrentia; quemadmodum vicissim vobis multas & disciplinas esse & studia verisimile est, quae aliena videantur Graecis nobis, si quis nostrum, ut tu jam hisce, illis adstet. Sed crede mihi, vir optime, non sunt furor, quae fiunt, neque injuriae causa isti se invicem percutiunt, & in luto provolvunt, aut conspergunt pulvere; verum utilitatem ea res habet non injucundam, & robur non parvum corporibus conciliat. Si proinde moraberis, quod facturum te spero, aliquam diu in Graecia, non ita multo post unus & ipse eris de illis luto aut pulvere oppletis: adeo tibi ea res jucunda pariter atque utilis videbitur. ANACH. Apage, Solon, vobis eveniant

a Ἀγαθῷ] Ἀγαθὸν W. Vulgatum firmat *Fl.* b Μανίᾳ] Μανίᾳ cum puncto subscr. M. S. *Amst.* Ceterae sine eo, male. c Δόξαντα] Sic Edd. & M. d Ἐπάγει] Ita M. *El. Ald. Bi. H. P. Fr. S.* Παρίχει *J.* & marg. *Ai.*

49. Μανίᾳ] Θαυμάζειν ἔλεγε πῶς οἱ Ἕλληνες νομοθετοῦντες κατὰ τ ὑβριζόντων, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους. *Diog. Laërt.* Anach. p. 27. C. *M. du S.*

58. Δόξαντα] Lege, meo periculo, δόξοντα. *M. du S.*

70. Ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα. Θ τηρητέ· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι λάβοιτο, εἶσε[ν] ὡς ὐ μάστιγι διεζώσμεθα τ ἀκινάκην] Ista ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι λάβοιτο, vertuntur: *quod ad me attinet, si quis vestrum tale quid mihi proponat.* Verum λαβεῖν τινά τι, non est, *aliquid proponere alicui*; sed, *hoc vel illo modo aliquem tractare, vexare.* Noster infra in hoc *Dial.* cap. 38. μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων λαβεῖν θέντων, *neque tyranno vim faciente, neque vexantibus hostibus.* In *Pseudologista* c. 25. τοιαῦτά με λαβόντες, *ita me tractas.* Sic *Demosthenes* aliique locuti sunt. *L. Bos.* Si quid testimoniis opus est, adde *Aesop.* Fab. 8. Σύ με χεῖρον διέθηκας, de vulpe ab rubo vulnerata, at Fab. 39. Δικαίως ἂν ὑπ' ἀλλήλων λαβεῖντες. Sed cum duplici accus. etiam *Alciphr.* I. p. 200. τί με λαβόντα & quae *Bergl.* ibi notat. Et Cl. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* I. c. 89. pr. ubi de crocodilis: τοὺς τὰ δεινότατα λαβόντας, *atrocissima perpetrantes.* Vel potius Cl. *Hemst.* ad *Nigrin.* c. 38. No. 45. qui hoc multis jam egit. *J. F. R.*

78. Λυκίῳ] Lyceum, Gymnasium, de quo consule *Meursium.* *M. du S.*

79. Τὸν ἐπὶ τῇ] Ἀντίστασις, pro τῶ ἐπὶ τῇ σίλῃ κεκλιμένον τόξον ἔχοντ[ι]. *F. G.*

Ibid. Κεκλιμένον] Conf. supra *Asin.* c. 51. *M. du S.*

81. Ἀνακεκλασμένῃ] Bene monuit in margine *Hemsterhusius*, adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* p. 460. Is autem ad verba L. VII. c. 25. ἔκ τε τ ἀκατίων ἔνδεσμα ἀναδούμενοι τοὺς σαυροὺς, κ) ἀνέκλων, quae conversa sunt: *Vallos ex naviculis religatos circumagebant, fractosque convellebant*, ita commentatur: „ — ἀνακλᾶν „ hic non est, quod *Vossius* & *Portus* putarunt, *fran-* „ *gere*, verum sursum *attollendo convellere & educere.* „ *Suidas* & Scholiastes exponunt *e fundo evellere.* Sic „ *Thucyd.* II. 76. & alii apud *Lipsium.* V. *Poliorc.* 8. „ ἀνακλᾶν machinam muro incussam dicunt eos, qui „ laqueis injectis eam *attollunt* & avertunt. Et in ei-

„ liis

niant utilia ista atque jucunda. Mihi quidem si vestrum aliquis tale quid faciat, sentiet non frustra nos accinctos acinace.

7. Verum dic mihi, quod nomen posuistis his quae hic fiunt, aut quid facere istos dicamus? SOL. Locus ipse, Anacharsi, Gymnasium a nobis appellatur, & est illud Apollini Lycio sacrum. Vides signum illius, illum ad columellam se acclinantem, sinistra habentem arcum: dextra vero supra caput reflexa velut e longo labore requiescentem ostendit Deum.

8. Exercitationum autem istarum ea, quae fit in luto isto, lucta vocatur; isti in pulvere, luctantur ipsi quoque: illud, quod erecto corpore se invicem feriunt, pancratio certare dicimus. Sunt autem nobis alia quoque id genus exercitamenta pugilatus, & disci, & saltus: quorum omnium certamina proponimus, & qui vicerit, ille praestantissimus inter suos videtur, & reportat praemia.

9. ANACH. Quae sunt autem illa apud

ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα, καὶ τερπνά· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, εἰσεῖδες ὡς ἐν μάτιον [c] διεζώσμεθα τὴν ἀκινάκην.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί ὄνομα ἔθεσθε τοῖς γυμνασίοις; ἢ τί φῶμεν ποιεῖν αὐτούς; ΣΟΛ. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ἀνάχαρσι, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τοῦ [f] Λυκίου· καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ αὐτοῦ ὁρᾷς, τὸ ὅπλον τῇ στήλῃ κεκλιμένον, ὀρθῇ δὲ τῇ ἑτέρᾳ μὲν τὸ τόξον ἔχοντα· ἡ δεξιὰ δὲ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη, ὥσπερ ἐκκαμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν.

Τῶν [g] γυμνασμάτων δὲ τούτων, τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ πάλη καλεῖται, οἱ δ' ἐν τῇ κόνει παλαίουσι καὶ αὐτοί. τὸ δὲ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην παγκρατιάζειν λέγομεν. καὶ ἄλλα δὲ ἡμῖν ἐστι γυμνάσια τοιαῦτα [h] πυγμῆς, καὶ δίσκου, καὶ τοῦ [i] ὑπερᾴλλεσθαι, ὧν ἁπάντων ἀγῶνας προτίθεμεν. καὶ ὁ κρατήσας ἄριστος εἶναι δοκεῖ τῶν καθ' αὐτὸν, καὶ ἀναιρεῖται τὰ ἆθλα.

ΑΝΑΧ. Τὰ δὲ ἆθλα τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐστιν;

c Διεζώσμεθα] Παριζώσμεθα M. & marg. *AIW.* cum *Fl.* At prius *J. Ald. Bt. P.* &c. f Λυκίου] Λυκείου *Fl.* Vulgatum probat M. & Edd. cett. g Γυμνασμάτων] Sic *Fl. Ald. Bt. Fr. H. P. S.* Γυμνασίων *J.* & W. h Πυγμῆς] Πυγμῶν male *J.* i Ὑπερᾴλλεσθαι] Bene sic Edd. principes septem & *S.* Ὑπερβάλλεσθαι *J.* sola.

„ liis generibus loquendi non frangendi, sed inflectendi & in altum tollendi significationem habet. *Aristaenet.* I. Ep. 3. Ὡς ἀνακλᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸ αὐχένα πρὸς θεὸν τὸ κύκλῳ συναιωρουμένων βοτρύων. Lucian. „ *de Gymnas.* p. 272. (i. e. hoc loco) Ἡ δεξιὰ ὑπὲρ τὴν „ κεφαλὴν ἀνακεκλασμένη". Haec ille optime. Adde huic ἀνακλάσεις ἐπτυγμένα γραμμάτια *tabellae plicabiles* ap. *Herodian.* I. c. 17. pr. Sed κατακλασμένην de saltatore, Noster etiam supra *de Saltatione* c. 5. (quod Cl. *Gesn.* tamen reddidit *frangenti.*) Ita ἐπικλώμενον *inflexum*, signif. *pro Imag.* c. 13. & *Deor. Dial.* XI. Sed & *fractum*, *Tox.* c. 20. Est autem ubi multum differat, reddasne per *frangere*, an *attollere*, *sursum flectere*; nam e. c. crus, brachium, cervicem *frangere*, aut *flectere*, quanti interfit, quis non viderit? Interim non nego etiam in illa arietis muralis adlevatione, ad ictum eludendum institutа, aliquam frangendi potestatem in verbo ἀνακλᾶν remanere, quatenus impetus ejus refringitur, sive potius, qua linea recta, ad quam ejus motus fiebat, ista sursum aversione quasi frangitur, veluti philosophi *refractiones* recte vocant radiorum lucis inflexiones per vitra contingentes. Interim male reddideris *arietem frangere*, pro *avertere*. *J.F.R.*

85. Ἐκείνῳ] Nihil mutare *Fl.* adpinxerat *Solan.* An ergo ἐκεῖνο quaesivit? Non improbem; sed nihil opus est, & vulgatum quod sequimur, nihil incommodi habet. *J.F.R.*

87. Παγκρατιάζειν] Aliter & rectius *Aristoteles* Rhet. I. c. 5. p. m. 207, 38. ὁ μὲν δυνάμῳ τὸν σκέλη βίπτειν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω δρομικὸς· ὁ δὲ δλίσθειν καὶ κατίσχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὅσαι τῇ πληγῇ, πληκτικός· (Legendum ut in rec. Edd. fit, πυκτικός.) ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος. Vide etiam *Philostrati* locum ad Δημων. c. 49. supra adductum. *M. du S.*

89. Πυγμῆς] Oratio non satis perspicua; si enim alia *loca* intelligit per γυμνάσια, quid opus his? Sin vero nova *certaminum* innuit genera, cur & hoc inter ea recenset quod cum Pancratio idem esse dixit? Vide tamen c. 24. ubi distinguit. *M. du S.*

Πυγμῆς] Conf. *Tim.* T. I. c. 50. & 53. f. ubi πυξ— *J.F.R.*

94. Στε-

ἐστιν; ΣΟΛ. Ὀλυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος· Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τῷ θεῷ· παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ τῆς μορίας. τί ἐγέλασας, ὦ Ἀνάχαρσι; ἢ διότι μικρά σοι [a] ταῦτα εἶναι δοκεῖ; ΑΝΑΧ. Οὐκ· ἀλλὰ πάνσεμνα, ὦ Σόλων, κατέλεξας τὰ ἆθλα, καὶ ἄξια τοῖς τε ἀθανάτοις αὐτὰ φιλοτιμεῖσθαι ὑπὲρ τῆς μεγαλοδωρεᾶς, καὶ τοῖς ἀγωνιστὰς αὐτοῖς ἐκφέρεσθαι πολλῶν τῶν ἀναίρεσιν τῶν τηλικούτων, ὥστε μήλων ἕνεκα, καὶ σελίνων, [b] τοσαῦτα προπονεῖν καὶ κινδυνεύειν, ἀγχομένους [c] πρὸς ἀλλήλων, καὶ καλαχλωμένους, ὡς οὐκ ἐνὸν ἀπραγμόνως εὐπορῆσαι μήλων ὅτῳ ὀπιθυμία, ἢ σελίνῳ

vos praemia? SOL. Olympiae corona olea-
95 gina; in Isthmo de pinu: Nemeae de apio plexa; in Pythiis poma de sacris Deo; apud nos Panathenaicis, oleum ex Minervae olea. Quid rides, Anacharsi, an quod parva tibi videntur ista? ANACH. Non: I sed magnifica dixisti praemia, & digna, in quibus liberalitate certarent, qui ea constituerunt; digna, pro quibus auferendis supra etiam, quam possunt, contendant ath-5 letae: adeo ut malorum caussa & apiorum tantum laboris praecipiant, & periculum incurrant, ne alter ab altero suffocentur, & luxentur, quasi non liceret sine molestia copiam malorum, cui volupe sit, conse-10 qui,

a Ταῦτα εἶναι] Εἶναι ταῦτα W. b Τοσαῦτα] Ταῦτα Fl. Prius cett. c Πρὸς] Sic esse in Edd. omnib. addidit *Solan.*

94. Στέφανος] Confer infra c. 16. & 36. *L.K.*

95. Ἰσθμοῖ] Idem *Dukerus* modo laudatus ad *Thucyd.* V. 18. No. 81. hoc verum esse probat, quod & nic infra *Neron.* c. 8. occurrat. Et ita quoque in *Thucyd.* legi recte mavult, ubi καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμοῖ. *J.F.R.*

96. Σελίνων] Vid. *Plut.* in Timol. Pineas fuisse olim in Isthmiis coronas, docet idem Symp. probl. V. 3. deinde in gratiam Herculis & *ad Nemaeorum exemplum ex Apio* factas; tandem ad pineas reditum fuisse. p. 1203. f. οἱ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τῶν σελίνων ξέος ὧν ἐπεσπάσθη δὲ Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἡμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς [ἱερεῖς οὖσι] ἐπιτήδειον. Perite ergo & erudite haec Lucianus. V. *Post.* *M.du S.*

Σελίνων πεπλεγμένος] Pro σὺν σελίνοις. Habuimus non semel. Conf. saltem ad *Gall.* c. 24. No. 11. *J.F.R.*

Ibid. Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τῷ Θεῷ] Haec sic vertit *Vincent. Obsopoeus*, nescio quam bene; nam in Graeco de sacerdotibus ne verbum quidem; ἱερῶν inclinatur a recto ἱερὸς, id est *sacer*, non a ἱρεὺς, quod est *sacerdos*. Vertere igitur debebat: *poma deo sacra proponebantur*. Olim suspicabar μῆλα hoc loco interpretari debere, non *poma*, sed *oves*, ut & ap. *Max. Tyrium* sermone 37. & in Antholog. primi libri, primo Epigram. eo quod campus *Crissaus* vel *Cirrhaus*, qui erat Apollini sacer, ad oves pascendas aptus erat, non autem ad poma ferenda, quando erat sine arboribus. Sic enim de eo *Pausanias* in Phocicis: τὸ δὲ πεδίον τὸ ὑπὸ τῇ Κίρρᾳ ψιλόν ἐστιν ἅπαν, καὶ φυτείαν δένδρα οὐκ ἐθέλουσιν, ἢ οὐ τινὸς ἄρας ἢ ἀχρεῖον τὴν γῆν εἰς δένδρων τροφὴν εἰδότες. Oves igitur, quae pascebantur in eo campo non arato nec arboribus consito, erant Apollini sacrae, e quibus, ut putabam, quaedam pro bravio dabantur cuidam athletarum generi. Sed aliter sentire me coëgit *Libanius Sophista* in laudatione palmae & pomi arboris, ubi haec leguntur: φοίνικι μὲν γὰρ πάντες ἀγῶνες γίνεται στέφανος, καὶ τὰ θάλλοντα ἴχνι νίκης ὑπόμνημα, μηλέᾳ δὲ οὐδεὶς στέφανος τὰ ἀγῶνα τὰ Πύθια. Itaque hoc loco non male μῆλα *poma* intelliguntur, μηλέα tamen pomum arborem non fructum significat, & videntur poma sola inepta ad coronam texendam. Sed ut *Libanius* cum Luciano concilietur, intelligo victorem coronatum fuisse ramusculis ejus arboris suo fructu oneratis. Sed notandum est bravium mutatum fuisse a temporibus *Pausaniae*: nam a secunda Pythiade coronas pro bravio institutas ait, & quidem ex lauro. Sic enim in Phocicis: δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἔτι ἄθλους ἐκάλουν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανοῦσι δὲ τὰ ἀγῶνα ἀπὸ τούτου καθεστᾶσιν — δάφνης δὲ στέφανος ἐπὶ τῷ Πυθίῳ τῇ νίκῃ κατ' ἄλλο μὲν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστὶν ἱερὸν, ὅτι δὲ τὰ Λάδωνι θυγατρὸς Ἀπόλλωνα ἱμασθῆναι κατίσχυεν ὁ φόβος. Aliam vero ejus rei causam refert *Aelian.* Var. L. III. c. 1. scilicet eo, quod Apollo, postquam Pythonem occiderat, in aqua Penei fluvii in loco dicto Tempe purgatus inde laurum decerpsit, & Delphos attulit. Laurea igitur corona olim praemium erat victoribus datum in Pythiis, sed tempore Luciani & *Libanii*, vel id mutatum fuerat, vel poma data sunt pro bravio in agone quodam multum postea introducto & recepto, laurea manente pro praemio cursoribus & antiquorum certaminum athletis. At ecce *Heliodor.* in Aethiopicis armatis cursoribus palmae ramum pro bravio datum fuisse dicit. Sed in omnibus sacris certaminibus aliis braviis auctarii vice datum fuisse (ita legitur ap. *Palm.* pro *additum*) asseri. *Pausanias* in Arcadicis, pag. 276.

&

qui, aut coronari apio, vel pinu, etiam ut non linatur tibi luto facies, neque calcibus venter ab adverſariis contundatur.

10. SOL. Sed, vir optime, non ad nuda iſta munera reſpicimus. Haec enim victoriae ſigna ſunt, & indicant qui vicerint? Verum quae conſequitur gloria, ea vero quantivis pretii eſt victoribus: pro hac etiam calcibus peti praeclarum videtur his, qui bonam ex laboribus famam venantur: nec enim ea ſine labore contigerit; ſed oportet, qui illam appetat, multa ab initio ſubire difficilia, ac tum demum utilem illum honeſtumque finem e laboribus expectare. ANACH. Hunc nempe ais finem jucundum atque utilem, quod omnes illos

ἐστεφανῶσθαι, ἢ σίτῳ, μήτε σηλῷ καλαχριόμενον τὸ πρόσωπον, μήτε λακτιζόμενον ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν.

ΣΟΛ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. ταῦτα μὲν γὰρ ἐστι σημεῖα τῶν νικησάντων, καὶ γνωρίσματα, οἵτινες οἱ κρατήσαντες· ἡ δὲ ἀκολουθοῦσα τούτοις δόξα, τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσιν. ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς ἀθλοῦσιν ἢ εὐκλειαν ἐκ πόνων. ὃ δὴ [d] ἀπόνητι προσγένοιτο ἂν αὐτῇ· ἀλλὰ χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς, πολλὰ τὰ δυσχερῆ ἀναδεχόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ, τότ' ἤδη τὸ λυσιτελὲς, καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων ἀπεκδέχεσθαι. ANAX. Τοῦτο φὴς, ὦ Σόλων, τὸ τέλος ἡδὺ καὶ λυσιτελὲς, ὅτι πάντες αὐ-

[d] Ἀπόνητι] Ἀπονητὶ W.

& *Plutarch.* Sympoſ. VIII. c. 4. *Heliodorus* tamen nullum aliud praemium pro victoria ſuo Theageni adjudicat praeter ramum illum palmae arboris. Sed non eſt diſſimulanda ſummi viri ſententia, qui in notis ad Dionem per poma vult intelligi lauri baccas, ſed ſine exemplo. *Auſonium* etiam reprehendit enumerantem diverſa bravia, ſic:

Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

Sed cum eo conſentit *Libanius* loco citato, qui μηλίνοις habet, non μήλοις. Tamen jure videtur arguere Auſonium, qui dum Graecum epigramma exprimit, male μήλοις per *malus* vertit. Sed fateor per μήλοις me non poſſe capere, quomodo intelligi poſſint poma. *J. P. a G.*

97. Μήλοις] Errat *Palmerius.* Vid. *Pott.* 417. *M. du S.* Μήλοις τῶν ἱερῶν] Lucianum fructus arborum, μήλοις dicere, non ramos, puto. Non primum Anthologias epigramma laudo, ubi κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς forte ipſius ſocietatis cauſſa ſuſpicionem moveant, ramum eſſe intelligendum: ſed hoc, quod hoc ipſo loco ſimile plane Panathenaicorum praemium commemoratur, *oleum e ſacra Minervae olea.* Deinde quoties praemiorum horum denuo mentionem in hoc Dialogo injicit, injicit autem aliquoties, μήλοις ſemper a coronis diſtinguit: praeſertim infra, c. 15. med. πρώτους τέφρου ἢ πίτυος, ἢδὴ κοτίνου ἢ σελίνου. quidni μηλίνοις aut μήλων adjiceret, ſi par erat ratio? *J. M. G.*

98. Παναθ. ἔλαιον τὸ ἀπὸ τῶν μορίων] Quid hoc ſit docet *Meurſius* Panath. Olearum nempe genus juxta Academiam quae Deo ſacrae erant; Schol. *Ariſtoph.* Νεφ. Accipiebant autem oleum totum (idem Schol.) & exportare ſolis licebat. *M. du S.*

Ibid. Ἔλαιον τὸ ἀπὸ τῶν μορίων] Adleverat margini Cl. *Munckerhuſius*, videndum Cl. *P. Burman. Z. Kallisc.* Ex hoc igitur quaedam adjeciſſe non alienum erit. Ait autem f. p. 281. Edit. iteratae: „ oleum ex ejus (arboris) fructu exprimere in ſacros uſus licuerit: „ nam Victoribus in Panathenaicis inde oleum datum, docet *Suidas*, & Scholiaſtes *Sophoclis* ex „ *Ariſtotele*, & *Apoſtolius* proverb. Cent. XIII. 28. „ Ut & Lucian. in *Anach.* T. 2. p. 173. Ed. *Graev.* „ Unde ab *Athenaeo* L. XV. 11. & *Plin.* XIII. 1. „ *Panathenaicum oleum* vocatur, quod optimae notae „ erat. Et fortaſſe corona oleaginea, qua Victores „ coronabantur Athenis, teſte *Plin.* XV. 4. ex his „ μορίοις fuit. (ſic legitur, pro μορίνοις) Quod magis „ veroſimile videbitur, ſi verum ſit, quod notat „ *Alex. ab Alex.* III. c. 3. Duces Athenienſes in bel„ lum prodituros ſertum ex olea ſacra ſumſiſſe. Hoc „ ſaltem ſtatuere licet, coronas inde aliquando factas. „ Ut Creon apud *Eurip.* Ion. V. 1433. Cetera vid. ib. De μορίοις autem Commentt. ad *Poll.* ſeq. 242. ἡ δὲ ἱερὰ ἐλαία, μορία. *Heſych.* vero ibid. adductus: Μορίαι ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. Confer & *Menag.* ad *Diog. Laërt.* III. Segm. 26. p. 149. T. 2. *J. F. R.*

Ibid. Ἐκ τῶν μορίων] *Heſych.* Μορίαι, ἐλαῖαι, ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. *F. G.*

8. Πρὸς ἀλλήλων] Quod *Solanus* nihil mutare Edd. adjecit, indicio eſt eum aliam lectionem optaſſe invenire; nam alioqui ſponte patet conſentire Edd. quando nihil notamus. Maluit autem ὑπὸ pro πρὸς. Vid. quae mox notamus ad c. 11. πρὸς τῶν ἀντιπάλων. *J. F. R.*

αὐτὺς ὄψον ἐστεφανωμένους, καὶ ὅτι τῇ νίκῃ ἐπαινέσον), πολὺ πρότερον οἰκτείραιτες ὅτι ταῖς πληγαῖς· οἱ δὲ εὐδαιμονήσουσιν, ἀντὶ τῶν πόνων μῆλα καὶ σέλινα ἔχοντες. ΣΟΛ. Ἄπειρος εἶ, φημὶ, τῶν ἡμετέρων ἔτι· μετὰ μικρὸν δὲ ἄλλα σοι [a] δόξει περὶ αὐτῶν, ἐπειδὰν ἐς τὰς πανηγύρεις ἀπιὼν, [b] ὁρᾷς τοσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγόμενον ὅτι τὴν θέαν τῶν τοιούτων, καὶ θέατρα μυριάνδρα συμπληρούμενα, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸ δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν ἰσόθεον νομιζόμενον.

ANAX. Αὐτὸ τοῦτο, ὦ Σόλων, καὶ τὸ ἀθλιώτατόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγων ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ ἐν τοσούτοις θεαταῖς καὶ μάρτυσι τῆς ὕβρεως, οἳ δηλαδὴ [c] εὐδαιμονίσουσιν αὐτοὺς, αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες, ἢ ἀγχομένους [d] πρὸς τῶν ἀνιπάλων. ταῦτα γὰρ τὰ εὐδαιμονέστατα προσέστι τῇ νίκῃ αὐτῶν. παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Σκύθαις, ἤν τις, ὦ Σόλων, ἢ πατάξῃ τινὰ τῶν πολιτῶν, ἢ ἀνατρέψῃ προσπεσών, ἢ [e] ἱματίου περιρρήξῃ, μεγάλας οἱ πρεσβύται τὰς ζημίας ἐπάγουσι, κἂν ἐπ' ὀλίγων τῶν μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις· ὅτιγε ἐν τηλικούτοις θεάτροις, οἷα σὺ διηγῇ τὸ Ἰσθμοῖ, καὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ὑμῖν μὲν ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀγωνιστὰς, οἰκτείρειν μοι ἔπεισιν, ὧν πάσχουσι· τῶν δὲ θεατῶν, οὓς φῂς ἁπανταχόθεν τοὺς ἀρίστους ἀθροιζομένους ἐς τὰς πανηγύρεις, καὶ πάνυ

videbunt coronatos, & victoriae causſa laudabunt, qui diu ante miſerati illos fuerant propter plagas. Atqui hi jam felices erunt, qui pro laboribus poma habeant & apia. SOL. Imperitus es, inquam, rerum noſtrarum adhuc: paullo poſt aliter de iis ſenties: cum delatus in conventus illos collectam videbis tantam hominum multitudinem talium ſpectaculorum causſa, & impleta theatra tot millium capacia, & laudatos athletas, & honore Diis aequatum, qui vicerit reliquos.

ANACH. Ipſum hoc vero, Solon, miſerrimum eſt, ſi non paucis arbitris iſta ſubeunt, ſed apud tot ſpectatores, ac teſtes contumeliae, qui nempe beatos illos praedicabunt, videntes ut ſanguine fluant, aut angantur ab adverſariis. Haec enim beatiſſima ſunt in illorum victoria. Apud nos vero Scythas, Solon, ſi quis aut pulſet civium quemquam, aut impetu facto evertat, aut veſtem deripiat, magnas illi poenas noſtri ſeniores infligunt, etiamſi cui paucis teſtibus hoc eveniat, nec in tantis theatris, quanta tu narras, Iſthmi atque Olympiae. Verum certatorum quidem miſereri ſubit *ob ea*, quae patiuntur: Spectatores autem, quos ais undique convenire praeſtantiſſimos ad iſtas celebritates, & ipſos

a Δόξει] Sic M. cum *Fl. Fr.* &c. Δόξῃ *J.* b Ὁρᾷς] Sic Edd. & M. c Εὐδαιμονίσουσιν] Εὐδαιμονίζουσιν M. d Πρὸς] Ὑπὸ W. Vulgatum tenet *Fl.* cum cett. e Ἱματίου] Ἱματίῳ M. & *Fl.* male.

44. Ὑπὸ] Sic W. hic. Supra tamen cum Impreſſis aliter, nempe ἀγχομένους πρὸς ἀνιπάλων c. 9. *M. du S.*

Ἀγχομένους πρὸς τῶν ἀντιπάλων] *Solanus* ex W. ὑπὸ τ. ἀντ. reſcribi maluiſſet; id enim in margine *Junius* indicarat; non tamen πρὸς delerat, ut ſolet, ubi omnino neceſſariam putat mutationem. Ego, ut ὑπὸ facile admitterem, ſi pluribus teſtibus firmaretur, ita jam nihil muto, quia ſupra c. 9. in πρὸς conſentiunt Edd. & Codd. Idque verbis paſſivis frequenter adjungi eadem poteſtate qua ὑπὸ, paucis indicavimus ſupra *Icar.* c. 21. f. ex *Timon.* §. 5. 9. 15. & 25. Adde *Icar.* 25. & *Bis Accuſ.* c. 5. pr. Sexcentis ſimilibus idem probaturi ex ſolo Luciano, ſi quem de eo dubitare ſuſpicari poſſemus. *J. F. R.*

48. Θαυμάτιον] M. & *Fl.* Θαυμάτια. Fortaſſe Θαυμάτια, quod alibi reperiri teſtatur doctiſſimus *Auctor Emend. Menand.* p. 105. *M. du S.*

86. Τὰ μειγίθη] Quid reponam non video: certe non recte habet illa vox. Εὐχ. c. 12. pro πάχθη, μείγιθη repoſitum eſt. *M. du S.*

Τὰ μειγίθη] Si proceritatem corporis intelligas, non mirere cur ſuſpecta vox fuerit *Solano*. At neque μείγιθη ſemper *ingens* quid ſignif. (licet ita accipiendum longe frequentius, atque ideo *parvo* opponatur a *Pollu-*

ce

pſos valde miror, ſi neceſſariis relictis otium ſibi ſumunt ad talia. Nondum enim illud poſſum intelligere, quae ſit illis jucunditas, videre ferientes ſe & conflictantes homines, & terrae alliſos, & alterum ab altero contritos.

12. SOL. Si tempus eſſet, Anacharſi, Olympiorum, aut Iſthmiorum, aut Panathaeorum, ipſa te res doceret, quam non temere ſtudium in his rebus ponamus. Neque enim dicendo quisquam ita te admovere quaſi poſſit voluptari eorum, quae ibi fiunt, quam ſi ſedens ipſe inter medios ſpectatores, videas virtutes virorum, pulchritudines corporum, & habitus ad valetudinem admirabiles, & horribiles peritias, & robur invictum, & audaciam, & honoris cupiditatem, & animos inſuperabiles, & ſtudium nunquam deficiens victoriae: bene equidem novi finem te laudandi & inclamandi & plaudendi non facturum.

13. ANACH. Per Jovem, Solon, & irridendi inſuper atque cavillandi. Omnia enim illa, quae modo enumerabas, virtutes, & habitus bonos, & pulchritudines, & audaciam, video nullius magnae rei cauſſa vobis diſperire, cum neque patria ſit in periculo, neque regio vaſtetur, neque amici aut familiares abripiantur ad' contumeliam. Itaque tanto fuerint magis ridiculi, ſi, cum ſint, ut ais, praeſtantiſſimi, nequidquam tot ac tanta patiantur, & malis conflictentur, ac pulchritudines iſtas ac

Θαυμάζω, εἰ τἀναγκαῖα παρέντες, σχολάζουσιν ὅτι τοῖς τοιούτοις. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνό πω δύναμαι καταγνῶναι, ὅτι τοῦτο τερπνὸν αὐτοῖς, ὁρᾶν παιομένους γε, καὶ ἀγωνιζομένους ἀνθρώπους, καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀττομένους, καὶ συνπιπτομένους ὑπ' ἀλλήλων.

ΣΟΛ. Εἰ χρόνος ἦν, ὦ Ἀνάχαρσι, Ὀλυμπίων, ἢ Ἰσθμίων, ἢ [f] Παναθηναίων, αὐτὸ ἄν σε τὸ γιγνόμενον ἐδίδαξεν, ὡς οὐ μάτην ἐσπουδάκαμεν ὅτι τούτοις. καὶ γὰρ ὅτῳ λέγων ἄν τις προσβιβάσειέ σε τῇ ἡδονῇ τῇ ἐκεῖ δρωμένων, ὡς εἰ καθεζόμενος αὐτὸς ἐν μέσοις ταῖς θεαταῖς, βλέποις ἀρετὰς ἀνδρῶν, καὶ κάλλη σωμάτων, καὶ εὐεξίας θαυμαστὰς, καὶ ἐμπειρίας δεινὰς, καὶ ἰσχὺν ἄμαχον, καὶ τόλμαν, καὶ φιλοτιμίαν, καὶ γνώμας ἀηττήτους, καὶ σπουδὴν [g] ἄληκτον ὑπὲρ τῆς νίκης. εὖ γὰρ δὴ οἶδα, ὡς οὐκ ἂν ἐπαύσω ἐπαινῶν, καὶ βοῶν, καὶ ὀπισθοτονῶν.

ANAX. Νὴ Δί', ὦ Σόλων, καὶ ἐπιγελῶν γε προσέτι καὶ ἐπιχλευάζων. ἅπαντα γὰρ ὁπόσα καταριθμήσω ἐκεῖνα, τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ οὐδενὸς μεγάλου ἕνεκα πολυπραγμονούμενα ὑμῖν, ὅτε παλαίοντες κινδυνεύοντες, ὅτε χώρας πορθουμένης, ὅτε φίλων ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. ὥστε τοσούτῳ γελοιότεροι ἂν εἶεν, ἄριστοι μέν, ὡς φῂς, ὄντες, μάτην δὲ τοσαῦτα πάσχοντες, καὶ ταλαιπωρούμενοι, καὶ αἰσχύνοντες τὰ κάλλη καὶ [h] τὰ μεγέθη τῇ ψάμ-

f Παναθηναίων] Παρ' Ἀθηναίων male M. *g* Ἄληκτον] Ἄλεκτον W. male. *h* Τὰ μεγέθη] Nil mutare in hoc verbo Edd. & M. adſcripſit *Solan.*

luce III. 88.) Sed quamcumque etiam magnitudinem, i. e. certam quantitatem, adeoque & de re vel minima praedicari poteſt. Neque plurale μεγέθη ad procerum athletarum corpus ſpectare puto (qui ne quidem erant homines longi, verum toroſi) ſed ad dimenſionem, i. e. proportionem membrorum pertinere arbitror, de qua etiam c. 25. loquitur, quam foedant pugiles tumoribus, ac cicatricibus. Μέγεθος autem etiam de parvo homine praedicari videas ap. *Herodian.* IV. 7. fin. καὶ γὰρ ἦν θαύματος ἄξιον ἐν μικρῷ πάνυ τὸ μέγεθος σώματι. Licet ibi videatur de *viribus* accipiendum, ut ap. *Diod. Sic.* IV. c. 61. f. μικροὺς μὲν τοῖς μεγέθεσι, πολλοὺς δὲ τὸ ἀριθμόν. Numero magis quam *viribus* pollentes. Sed de ſpatio parvo diſerte ap. eumdem V. c. 10. med. ἔστι δὲ ἡ νῆσος τῶν Λιπαραίων μικρὰ μὲν τὸ μέγεθος. Et ſic iterum ibid. c. 11. pr. Et c. 13. καταμερίζουσιν εἰς μεγέθη σύμμετρα. Interim de ſtatura parva etiam *Poll.* V. 68. de lepore animali, μεγέθους, ἔστε μέγας, ἔστε μικρὸς τὸ ὑπόδρομος. Et ſic de *menſura* ſ. dimenſione μέγεθος dici, non eſt quod pluribus demonſtrem. *Magnitudinem* ſimiliter Latinis de re etiam parva dici, obiter notavi in libello *de Ambi-*

ψάμμῳ, καὶ τοῖς ὑπωπίοις, ὡς μήλοις καὶ κοτίνου ἐγκρατεῖς γενόμενοι νικήσαντες. ἡδὺ γάρ μοι ἀεὶ μεμνῆσθαι τῶν ἄθλων, τοιούτων ὄντων. ἀτὰρ εἰπέ μοι, πάντες αὐτὰ λαμβάνουσιν οἱ ἀγωνισταί; ΣΟΛ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ εἷς ἐξ ἁπάντων, ὁ κρατήσας αὐτῶν. ANAX. Εἶτ', ὦ Σόλων, ὅτι τῷ ἀδήλῳ καὶ ἀμφιβόλῳ τῆς νίκης τοσοῦτοι πονοῦσι, καὶ ταῦτ' εἰδότες, ὅτι ὁ μὲν νικῶν εἷς ἔσται πάντως, οἱ δὲ [a] ἡττώμενοι πάμπολλοι μάτην ἄθλια πληγὰς, οἱ δὲ καὶ τραύματα [b] λαμβάνουσιν;

ΣΟΛ. Ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, [c] μηδέπω ἐπεπονηκέναι πολιτείας ὀρθῆς πέρι μηδέν· εἰ γὰρ ἂν τὰ κάλλιστα τῶν ἐθῶν ἐν ψόγῳ ἐτίθεσο. ἦν δέ σοι μέλημα ποτὲ εἰδέναι ὅπως ἂν τὰ κάλλιστα [d] οἰκηθείη πόλις, καὶ ὅπως ἂν ἄριστοι γένοιντο οἱ πολῖται αὐτῆς, ἐπαινέσῃ [e] τότε καὶ τὰς ἀσκήσεις ταύτας, καὶ τὴν φιλοτιμίαν, ἣν φιλοτιμούμεθα [f] πρὸς αὐτάς, καὶ εἴσῃ ὅτι πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχουσιν ἐγκαταμεμιγμένον τοῖς πόνοις, εἰ καὶ νῦν μάτην σπουδάζεσθαι δοκοῦσι. ANAX. Καὶ μήν, ὦ Σόλων, κατ' οὐδὲν ἄλλο ἥκω παρ' ὑμᾶς, τοσαύτην μὲν γῆν διοδεύσας, μέγαν δὲ τὸν Εὔξεινον, καὶ δυσχείμερον, περαιωθεὶς, ἢ ὅπως νόμους τε τοὺς Ἑλλήνων ἐκμάθοιμι, καὶ ἔθη παρ' ὑμῖν καλὰ νοήσαιμι, καὶ πολιτείαν τὴν ἀρίστην ἐκμελετήσαιμι. διὸ καὶ σὲ μάλιστα φίλον ἐξ ἁπάντων Ἀθη-

magnitudines arena foedent ac livoribus, ut pomo aut oleae ramo potiantur victores. Suave enim mihi semper meminisse praemiorum, quae tanta sint scilicet. Sed dic mihi, omnesne ea accipiunt qui decertant? SOL. Minime, sed unus ex omnibus, qui illos superavit. ANACH. Tum igitur, Solon, de obscura & ancipiti victoria tot homines laborant, idque cum sciant, victorem unum omnino futurum, victos autem plurimos, qui frustra miseri plagas, partim etiam vulnera acceperint?

14. SOL. Videris, Anacharsi, nondum quidquam de recta reipublicae gerendae ratione cogitasse: nec enim instituta pulcherrima reprehendenda duceres. Si vero tibi curae fuerit aliquando scire, quomodo pulcherrime condi possit civitas, & qua ratione optimi fiant illius cives, laudabis tunc etiam exercitationes hasce, & honoris studium, quo in illis versamur, & scies, multam habere admixtam laboribus utilitatem, etiamsi frustra nunc laborare videantur. ANACH. Quin ego, Solon, nulla alia caussa e Scythia ad vos venio, tantis terrae spatiis superatis, magnum Euxinum ac procellosum transvectus, nisi ut leges Graecorum ediscam, & qui sint apud vos mores cognoscam, & formam reipublicae optimam meditando assequar: qua de caussa etiam te maxime amicum ex omnibus Athenien-sibus ho-

a Ἡττώμενοι] Ἡττημένοι Fl. sola. Vulgatum etiam firmat M. b Λαμβάνουσι] Λαβόντες W. & marg. Ar. c Μηδέπω] Sic W. & marg. Ar. W. Μηδέποτε Edd. d Οἰκηθείη] Receptum ex M. & El. Οἰκισθείη Edd. cett. e Τότε] Ποτὲ W. & Fl. f Πρὸς] Περὶ W. & marg. Ar. Sed πρὸς Fl. cum cett.

87. Τυπώσεις] Ἰπώσεις, Genae. τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πελιώματα, ἢ τὰ ἐξ αὐτῶν ἐξιόντα πυά. οὕτως γὰρ οἱ ὀφθαλμοί. Q.

digitis. Si quis tamen hic pro τὰ κάλλη & τὰ μαγλάθρα legere malit, τὰ κάλλιστα μάλα, me non repugnantem habebit. J. F. R.

87. Τοῖς ὑπωπίοις] Div. Paulus in I. ad Corinth. IX. 27. ἀλλ' ὑπωπιάζω τὸ σῶμά μου. Ad quae verba exponenda multa, & hoc Luciani, adfert Cl. L. Bos in Obs. Philol. p. 142. probatque ὑπώπια esse vibices plagarum, ac vulnera ipsa & contusiones. Recte; sed Medicis proprie maculae ac tumores caerulei ab extravasato sanguine grumoso, quales a baculorum lororumque plagis relinquuntur. Et similis oculorum morbus. Idque ap. Hippocr. & Aret. frequens. J. F. R.

99. Μαθόντα] Sic M. melius quam in Impress. μα-

hospitemque delegi ex fama, quandoquidem audieram legum te quarundam scriptorem esse, & morum optimorum inventorem, teque instituta utilia introduxisse, atque in universum rempublicam quandam constituisse. Igitur quamprimum me doce, & discipulum tibi habe: nam ego jucunde vel sine cibo & potu tibi assidens, quousque ipse durare dicendo possis, hiansque audiam te de republica & legibus aliquid disputantem.

15. SOL. Universa quidem, Sodalis, breviter enarrare non facile est: sed si per partes obire ea mecum velis, singula intelliges, quae de Diis, quae de parentibus, quae de nuptiis, reliquisque rebus nobis placeant. Quae vero de juvenibus decernamus, & quomodo illos tractemus ubi primum intelligere quid sit melius incipiunt, & virile robur accipere, & pares esse laboribus: haec jam tibi enarro, uti discas, cujus rei gratia hasce illis exercitationes proposuerimus, & labore subigere corpus illos cogamus: *nempe* non propter certamina solum, ut auferre possint praemia; ad illa etenim pauci ex omnibus perveniunt: sed majus quiddam toti civitati ex ea re bonum, atque ipsis adeo, conciliamus. Commune enim quoddam certamen aliud bonis omnibus civibus propositum est: & corona non ex pinu, neque olea, aut apio, sed quae hominum in se fe-

καίων καὶ [g] ξένον, προειλόμην καὶ κλέος, ἐπεὶ καὶ ἤκουον νόμων τε [h] τινῶν ξυγγραφέα εἶναί σε, καὶ ἐθῶν τ' ἀρίστων εὑρετὴν, καὶ ἐπιτηδευμάτων ὠφελίμων εἰσηγητὴν, καὶ ὅλως πολιτείας τινὸς συναρμοστήν· ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις διδάσκων με, καὶ μαθητὴν ποιούμενος, ὡς ἔγωγε ἡδέως ἂν ἄσιτός σοι, καὶ ἄποτος συνακαθεζόμην, ἐς ὅσον ἂν αὐτὸς ἀφροίσιος λέγων, κεχηνὼς ἐπακούοιμι περὶ πολιτείας [i] τι καὶ νόμων διεξιόντος.

ΣΟΛ. Τὰ μὲν πάντα οὐ ῥᾴδιον, ὦ ἑταῖρε, διελθεῖν ἐν βραχεῖ· ἀλλὰ καὶ μέρη ἐπιὼν, εἴσῃ ἕκαστα, οἷα μὲν περὶ θεῶν, οἷα δὲ περὶ γονέων, ἢ περὶ γάμων, ἢ τἄλλων δοκεῖ ἡμῖν. ἃ δὲ περὶ τῶν νέων γιγνώσκομεν, καὶ ὅπως αὐτοῖς χρώμεθα, ἐπειδὰν πρῶτον ἄρξωνται συνιέναι τε τοῦ βελτίονος, καὶ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι, καὶ ὑφίστασθαι τοὺς πόνους· ταῦτα ἤδη σοι [k] διέξειμι, ὡς μάθοις οὗ τινος χάριν τὰς ἀσκήσεις ταύτας προὐθέμεθα αὐτοῖς, καὶ διαπονεῖν τὸ σῶμα καταναγκάζομεν, οὐ μόνον ἕνεκα τῶν ἀγώνων, ὅπως τὰ ἆθλα δύνωνται ἁρπάζειν· ἐπ' ἐκεῖνα μὲν γὰρ ὀλίγοι πάνυ ἐξ ἁπάντων χωροῦσιν, ἀλλὰ μεῖζόν τι ἅπασῃ τῇ πόλει ἀγαθὸν ἐκ τούτου καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις προσκτώμενοι. κοινός γάρ τις ἀγὼν ἄλλος ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις προκεῖται, καὶ στέφανος οὐ σίτου, οὐδὲ κότινος, ἢ σελίνων, ἀλλ' ὃς ἐν αὐτῷ συλλαβὼν ἔχει τ' ἀνθρώπων

[g] ξένον] Sic W. & *Fl.* ξένων Edd. [h] Τινῶν ξυγγραφέα] ξυγγραφέα τινὰ M. [i] Τι] Sic M. & Edd. omn. [k] Διέξειμι] Restitutum ex W. Διεξίοιμι Edd. priores.

Heralde. M. du S.

4. Οἰκοδεῖν] Ita M. & Ed. *Fl.* rectius quam in vulgatis, quae οἰκοδεῖν legunt. Sic c. 18. ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο. M. du S.

19. Τινῶν] Ego lectionem Cod. M. τινὰ praeferentis vulgata potiorem arbitror. Quia auditu tantum ait sibi notum nomen Solonis legislatoris, adeoque adjectio τις potius ad personam, quam ad leges pertinet, nec quasdam tantummodo leges composuisse dicetur is qui plurimas composuit. Quia tamen non obscura neque plane absurda visa vulgata, propter unum codicem eam rejicere, religio fuit. J.F.R.

27. Τι] L. τι quamvis M. etiam agnoscat τι. Idem Anonymum conjeciisse video, qui τι margini codicis sui adscripsit. M. du S.

36. Διέξειμι] Sic recte W. In Impress. Διέξιμι. M. du S.

45. Πρόκειται ἀγὼν] Sic τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα Div. *Paul.* in Ep. ad *Hebr.* XII. 1. ubi plura similia *L. Bos.* Addiderat Cl. *Hemsterh.* etiam videnda *Synes.* Ep. 100. p. 239. D. Et *Basil. Seleuc.* initio Gr. I. J.F.R.

18. *Haec si dicas, pater, nonne putas te multo veriora istis & magis ridicula dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, & cogites tenebras, quae apud nos sunt, & multam caliginem; deinde illud metuas, ne tibi suffocer in sepulcro conclusus? Oportet autem adtogitare illud, putrefactis oculis, aut etiam, per Jovem, combustis paullo post, si quidem cremare me decreviſtis, neque tenebras neque lucem videre poterimus. Ac ista forte quidem tolerabilia.*

19. *Quid*

a Διδάξομαι] Servavi ſcripturam Edd. *S. P.* licet δ.δάξομαι ſit in *J. Fl. Ald. Bt. H. Fr.* b Παρατρέψει] Sic Edd. Διατρέψει G. Διατρέψει L. Utrumque tam Διατρέψ. quam Διατρ. adſcriptum marg. *Ar.* c Καλαφρονηθήσῃ] Bene ita *P. H. S. Bt.* & 2. Καλαφρονηθήσῃ *J. Fl. Ald. Fr.* d Ὅρα] Ἄρα eſſe in quodam addit *Solan.* & ὑ in *Pell.* non vero ſatis diſtincte. e Ἐν τῶ μνήματι] Ἐν ἐκείνῳ μνήματι *Fr.* Vulgatum eſt in cett. f Δυνησόμεθα] Reſtitui ex L. Δεησόμεθα Edd. hac priores.

que ſic malunt, ſervavi, & hic & *Paraſit.* c. 38. *J. F. R.*

3. Οὐδὲ συνουσία διατρέψει] *Non pervertet concubitus*, ſed rectius antiquus liber οὐδὲ συνουσία ἀφατρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. Διατρέπειν eſt *avertere, abducere.* Ἀφατρέφειν *diſtorquere, corrumpere. J. G. G.*

4. Παρατρέψει] An διατρέψει; *Marc. Antoninus* de vita ſua: ἡ συνουσία ἐγὶ σπορᾶς διατριψέριον. Παρατρέψει σε, i. e. *atteret te, conſumet, conficiet. F. G.*

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati ſunt, *non pervertet coitus, neque hujus cauſſa bis terve per diem rem tuam diſſipabis.* Ego, nec quid ſibi διατρέψει, *pervertet*, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem ſuam diſſipare poſſit.* Putabam autem legendum eſſe διατρέψει, quod verbum convenire huic loco, non eſt opus ut oſtendatur. Alterum autem σπαθᾶν intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, ſolitas apud Graecos etiam inſtaurari in ſingulos dies, vel nomina ἀρίστου, δείπνου, ac δόρπου ſatis indicant, de quibus vid. *Poll.* 6, 101. ſeq. Porro ipſa propria verbi σπαθᾶν notio non tam ad *diſſipationem* & *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *denſandum, inferciendum*, cum ſignificet proprie ſpathae textoriae ope ſubtemen intra ſtaminis tramas inſertum denſare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶζ dici eos, qui cupide ac copioſe cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode tranſtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Exech. Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Νεφ. 55. Cogitabam etiam ὑ δυσπαθήσεις, aegritudine non affe-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatio? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, cum, quae facillime fugiunt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem relinquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos mutuarceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τ αὐλὸν αὐτη στρηνηνία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν θόρυβος ἀμέτρητος; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τ ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταχθήσεσθαι αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅιδου διήξειν; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν κοπιώτατον τ παρασκευασμένων ὁ καπνὸς ἀναλαβὼν, ἄνω εἰς τ ἀέρα οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τῆς κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἄχρειον, ἐκτὸς εἰ μὴ τ στόμασιν ἡμᾶς σιτεῖα πεπιστεύκατε. οὐκ ἔστως ἄσπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ, οὐδ' ὀκνηλοιτεῖ ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταγγλώμεθα. ὅθεν μοι, καὶ τ Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐπαιείτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῆλθε ἀναχαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic Fl. H. P. Bs. Στεφανωμένον J. h Ὑμῶν] Sic bene Fl. Fr. P. &c. Ἡμῶν J.

20. Αὐλὸν] Αὐλητὴς δὲ συνεκάλεσεν ἐπὶ τὰ πάθη τ ἀποιχομένων, * ὡς δῆλον ἐκ τῆς θείας Εὐαγγελίας. V.

* Ὡς δῆλον] Posteriora haec verba desunt in C.

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque *ἐπὶ τούτοις insuper*: non quo vehementer probem, ſed quod nihil novi rectius. J. M. G.

Παρατρῦσαι] Διατρῦσαι facilius concoquo quam παρατρῦσαι. Placet tamen magis conjectura *Guſeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. J. F. R.

Ibid. Σκαθήσεις ἐπὶ] I. e. *inſuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. F. G.

10. Καὶ λόγου] Ὅτι λόγου. Th. M. In ὅ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. J. F. R.

13. Καλαμλεισθεὶς ὁ ἐπὶ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι. *In ſuperpoſito monumento.* Th. M.

Καλαμλεισθεὶς ἐν &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro ἐπὶ, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. J. F. R.

17. Δυνησόμεθα] Ita L. recte. In Impr. δυνησόμεθα. M. du S.

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui στεφανώμενος proparoxytonos dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κακοφωνίαν pateret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. J. F. R.

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. J. F. R.

27. Νοσιμώτατον] Conf. ſupra Mυθ. c. 39. M. du S.

35. Μεταγγλώμεθα] Vertitur *deportemus*. Redde: *petamus*. F. G.

40. Ὡς ἄρα &c.] *Homer.* Il. Π. 502. & 855. M. du S.

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀπισθαφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαίαλα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μεθαρτειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῇ ἀνοίας καλαχρῶν, ὅπου ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζουσι.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι κατ' ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] περιχρίει, ὁ δὲ Σκύθης καλεῖται, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. ὅτου μὴν (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obsecro*, si dicat talia converſus mortuus, & nixus cubito; nonne aequiſſima nobis videatur dicere? Sed tamen ſtolidi homines & vociferantur, & arceſſito quodam lamentationum Sophiſta, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quaſi ſuae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, ſuas querelas Oillius cantui ſubjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero ſupereſt, diviſi per gentes quantum ad ſepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Perſa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *ſuccis velut* muria condit Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, ſiccatum cadaver convivam ſuum & compotorem ſolet facere. Saepe etiam pecuniae in-

[a] Δὲ] Omittit *Fl.* [b] Συνειληχότα] Nihil variant Edd. [c] Ὑάλῳ] Ὑέλῳ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogn.* In ὑάλῳ conſentiunt noſtri Codd. & Edd. [d] Περιχρίει] Emenda θεριχύει, vel θεριχέει, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μεθαρτειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Noſter de eo ritu, quo in funeribus ſolitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum eſt certiſſimum. Quid enim eſt συνειληχότα συμφοράς? Pejus id in edit. *Amſt.* ubi συρειληχότα. Συνειληχότα eſt ab συλλαγχάνω, ſive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλεχότα, ab συλλέγω, *colligo*, *corrado*. Demoſthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ πάρεστι καὶ τοὺς ἄλλους ἐνδείκνυσθαι ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ, καὶ πονηρίας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arceſſentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres caſus quos corraſerit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.* *J.F.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic eſt quem *Homerus* θρήνων ἐξαρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλοχότα a συλλέγω. *F.G.* Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus*. Sed quum alii aeque conjici poſſe dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam ſivi, facile autem utrovis more emendandam, ſi quid opus fuerit; *Senſii* tamen conjectura magis placet. *J.F.R.*

49. Καλαχρῶν] Dativum ſive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jenſius* in Lect. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Aſin.* c. 52. *J.F.R.*

53. Ἕλλην ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combuſſiſſe. *G.C.*

Ἕλλην ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in uſu eſſe deſierat VII. 7. Vid. *Meurſ.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id ſoli facitabant. Brachmanis etiam mos ille, ſeu Gymnoſophiſtis ſolemnis erat. Vid. Περ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἔθαψεν] Perſas cera circumlitos mortuos condire ſolitos ſcribit *Cic.* quod & Aſiniis attribuitur. *Strabo* etiam ſola, inquit, ſepeliunt corpora Perſae cera oblinentes. *G.C.*

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ θεριχέει] Lege ὑάλῳ θεριχέει, ſeu potius θεριχύει. id eſt, *vitro incruſtat.* Indi mortuos incruſtaſſe teſtantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Peſſime interpres: *adipe ſuillo oblinit.* *AE.M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ θεριχέει] Ὑαλῷ magis Atticum eſſe quam ὕελῳ, adſentior *Phrynich.* p. 136. etſi poſterius quoque non ſemel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὕελῳ *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel ſexies ita ſcribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὕαλῳ dixere Attici, ὕελῳ communiter Graeci. Περιχύει autem vel θεριχέει pro θεριχρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, ſed de re ipſa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens ſaepe & conſtanter verbo θεριχύζω utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ θεριχώσαντες αὐτοῦς πολλῷ ὑάλῳ. ac deinde ibid. αὐτὸς φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὴν μέντοι ὕελον μὴ θεριχεῖζ γυμνοῖς τοῖς σώμασι. Iterum deinde: περὶ τὴν εἰκόνα χεῖζ τὴν ὕελον: nec non III. c. 9. &c. non tan-

indigenti Aegyptio solvit inopiam pignori oppositus in tempore frater paterve.

22. Aggesti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inscriptiones parvo tempore durantes, quei non superflua, & lusibus similia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam instituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quasi causssam defuncti agerent, aut testimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Post haec omnia sunt parentales epulae: Adsunt cognati, & parentes consolantur defuncti, & gustare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos se praebeant, sed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non possint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

ὀπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν χερῷ.

[e] Χώματα μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον ἀφανιζόμενα, πῶς ἂν περιττὰ, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα;

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τοῖς μνήμασιν, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τὸν τελευτήκοτα, καὶ πείθουσι γεύσασθαι ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', ἀλλ' αὐτοὶ ἀναγκαζόμενοι, ἄλλ' ἤδη τρίτην ἡμέραν ἀπηυδηκότας λιμῷ. καὶ μέχρι τίνος, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

e Χώματα] Χρώματα *Fl.* male. f Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod nostrum vitrum fuisse, recte ad loc. priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Wessel.* conjiciens sal quoddam fossile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At si artificialis, quod Cl. *Gesn.* existimat, compositionis incrustatio fuerit, vulgatum Luciani ἀλεκτρίου aeque satisfaciet ac ἀλεκτόνι. Verum sal quidem sufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum subterraneorum facile liquescit, & frustra sic cadavera forent ante exsiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis specularis, vel simile illi, unde vitreas laminas luceenarum conficiunt, requiri videtur. Etsi vitrum quale nostrum, illo tempore dudum notum fuit, ut supra vidimus. Hoc autem ita circumfundi posse, non est verisimile. *J. F. R.*

Ibid. Ἰνδοὺς] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quae in pyra mox cremarent. *Virg.* *G. C.*

55. Ὑάλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Aelianus* V. H. XIII. 3. narrat in sepulchro Beli repertam πύελον ὑελίνην ἔνθα ἦν κεῖμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἁλοιφῇ. Sic in vitrea theca asservatum Alexandri Magni cadaver conspexit Augustus. Vid. Notam ad Νεκρ. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi servant: Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Cic.* Tusc. I. 45. & *Herod.* I. 140. *Fl.* ὑάλῳ. *M. du S.*

Ὑάλῳ ἀλεκτρίου] *Suillum adipem* interpretationis antiquae facessere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi posse, manifestum est ex verbi ἀλεκτρίου notione. *Hesychius* non tantum ὑαλὸν & ὑαλόεν λαμπρὸν interpretatur ac ἀφανὲς, sed ipsum etiam ὑαλόν. Et quid similius vitro, quam illa accepta a Seribus h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gummatum solutiones ac praeparationes ad condituram corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura similis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera succino circumfuso condivit, si vera sunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J. M. G.*

56. Ταριχεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. *P. Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. f. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemsterh.* ad Nostri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J. F. R.*

57. Λέγω δὲ ἰδὼν] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. *F. G.*

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec post reditum ex Aegypto, (vid. Ἀ. μυθ.) cum antea illic fuisse non constet. *M. du S.*

59. Διομήδην χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

Ibid. Ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ — ἰσχνῷ — γυμνῷ] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. scribens: νόμιμον δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τι μέγιστον ἀπολαβεῖν, καὶ μὴ τὴν τελευτὴν τύχοντας ταφῆς. Ubi Cl. *P. Wesseling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omisso hoc Luciani testimonio, adfert. *J. F. R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi passim. *M. du S.*

83. Καὶ

ἔασον ἀναπαύσασθαι τὴς τῦ μακαρίτυ δαίμονας· εἰ δὲ ὁλως [a] κλαίειν διέγνωκας, αὐτῦ τε τύτυ ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα ἁρμόσῃς πρὸς τῦ πένθυς τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδῦνται δύο τῦ Ὁμήρυ στίχοι·

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτυ.

Γαστέρι δ' ἔπποθεν νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιύς.

Οἱ δὲ ἄπιστοι μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανεῖεν μὴ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τύτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τὴς πολλὴς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

amice. *Patere requiescere felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei causſa oportet cibo non abstinere, ut magnitudini luctus sufficias.* Tunc sane, tunc in omnium ore sunt duo Homeri versus:

Pulchricoma haud Niobe tamen est oblita ciborum

Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, si videantur post carissimorum mortem humanis tamen passionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, inveniat aliquis si observet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλαίειν] Κλάειν *Fl.* fine puncto subscripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' ἔπποθεν] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque status est, sed adversaria. Ut enim illic contenditur praemium esse dandum tanquam tyrannicida, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum satisfeciſſe legi, aut tyrannicidam esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à persona Judicum; deinde calumnia adversarii, qua in suspicionem adductus fuerat, quasi ipse quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, respondet per absolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius persona, atque ipso viciſſim in suspicionem, ex modo actionis vocato. Post exordium propositio sequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorsum in hac causſa maxime spectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, qua alter in argumento ab imo ad summum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut qua non quid quisque voluerit, sed quid effecerit, spectet, neque cogitationes, sed facta praemiis compenset. Conatum vero elevat variis ac multis similibus & exemplis, ostendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus satis esse, conari aliquid & coepiſſe, sed praestari oportere. Effectum conditiones sequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus spectari dixerat, id distinguit, ostendens diversam esse rationem praemiorum & poenarum. In maleficiis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, nisi ei, qui quod lex proponit, re ipsa effecerit. Postremo & patriae gratis inservire ac officium praestare cives debere & illum satis mercedis pro conatu suo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non simpliciter id effecerit, quod lex jubet, sed fortuna seu numine ita ferente, caedem filii, mortem patris consecutam esse. Non enim quia ipsius gladio tyrannus postea seipsum confecerit, ob id ipsius hoc factum esse. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiso filio facturus fuerit; & hic consilium quoque petituris subvertit, primo ut incertum & periculosum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & post eventum rei, demum simulatum. Denique non idem esse occidere, id quod lex jubet, & mortis causſam qualemcunque praebere: idque iterum multis similibus probat. Atque hoc loco disputationem supra coeptam removat, de eo quatenus voluntas in legibus spectatur, & in quibus per se sufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non absolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & causſam tyrannidis, eoque sublato, etiam tyrannidem sublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium ostendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis signis, & caeteris rationibus: qua alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipsum tyrannum non ut quisque tyranno similis, aut nocentior etiam est, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum disputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc dorſectenda sint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo secutura esse. Postremo etiam ipse locum ab imo ad summum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe se dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum esse, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe ostendit. Et sub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione seu prosopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expostulantium cum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi causſa haec, Judices, apud concionem popularem, quae studiis potius, quam exacto rerum judicio duci consuevit, esset agenda, ac non magis apud Judices ex honestiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos sapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & insperata laetitia gestientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec satis attentos, nec dociles essem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualisque personam hujus negotii intuentibus, non faciem ipsam propius contemplantibus videri fortasse possim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in causſa tam populari, velut importunius obstrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis est ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans laetitia, non solum judicium omne funditus tollere solet, verum etiam noſtri sen-

ſus non raro nobis eripere: praeſertim (ſi quemadmodum haec noſtra) poſt graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempeſtatem ſaeviſſimam repente praeterque ſpem (quaſi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quam ſervitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipſis, ſed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aeſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum laetitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum inſtituere non ſinit. Verum veſtra Judices ſingularis ſapientia perſpicacitasque non hoc tantum ſcrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, uti ſperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (ſicut iſte calumniabatur) ſed ſolita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis non modo non invidioſum, ſed favorabile, plauſibileque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum benevolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam illam ſervitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigiſſe, nihil prius curandum nobis eſſe judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas eſſet profecta, quo videlicet munus ſuum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & conſtabilire tuerique quod largiri non eſſent gravati, meminiſſemusque iisdem in manu eſſe, ut eriperent ingratis, quod optantibus dediſſent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre poſſumus: ſi beneficium acceptum agnoſcamus: ſi celebremus, ſi ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem eſſe volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim iſthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accreſcat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhauſtius eſt, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male conſulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis repoſcant, ſi quod ipſis ſolis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obſecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate ſua reſtitutæ libertatis periculoſam occaſionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum Diis eripere, ſibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipſas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, niſi ſibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus ſpecioſius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui ſibi laudem tam eximiam uſurpat immeritus. Nullum praemium honeſtius illuſtriusve, quam quod tyrannicidæ debetur: Sed hoc impenſius accuratiusque ſpectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta ſi quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis eſſe videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo poſt evincemus. Proinde cum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamſi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa inſuper iſti creditori ſint debiturae. Quæ cuncta quum poſſulare jure potuiſſet: maluit tamen homo verecundus, unico perſoluto, reliqua ſibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip., quoties libido ſit, poſſit improperare. Tum illud utrum riſu potius, an odio dignum exiſtimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatiſſimum ſeveriſſimorum judicum conſeſſum, Thraſonem quendam nobis e comoedia retulit? Senſiſtis, judices, ut è corona plerique riſum tenere nequierint, dum perſonatus iſte Hercules tragoediam illam ſuam nobis recitabat: de ſeſe terque quaterque tyrannicida, de ſapiente illo gladio commilitone ſuo, qui per ſe prudens ſenem interemit: digno videlicet, qui inter ſydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis ſuum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam faſtuoſo vultu, quam arrogantibus ſuperciliis, quam ſtupidis oculis, ſuum ipſe vobis encomium detonabat? Quaeſo, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortiſſimo gladio, qui vel ſine me, meas vices, ubi lubebit, acturus eſt. Quis tandem iſtam feret jactantiam, vel *in eo*, qui vere tyrannum occidiſſet? Haec quoque me cauſſa, Judices (neque enim inficiandum eſt) commovit, ut hujus obſiſterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odiosam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim univerſa civitas Diis libertatis authoribus gratularetur, ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit, quam indigne tulerit victimas Diis ſervatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, ſi id ad hujus intolerabilem jactantiam, veſtra authoritas, veſtra comprobatio, ſi praemium quaſi pignus acceſſerit? Quid, niſi ut tyranno ſubmoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventoſæ linguæ, gloriaeque quaſi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam tragoediam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam & gladium prodigioſum minitetur? Utrum eſt hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipſi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo ſcilicet munere) uti, quum tu ſic abutare? qui liberum

ti-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos ſeſe, niſi te a tyrannicidae praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero his miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidae praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiae crimen, ſi imprudentiae infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter fis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberae civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi profit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiae ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſoveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quae quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus ideatidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare? quae adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, a lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationem meræ voluntatis, quæſo te, in petendis præmiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut viciſſim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verum illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, exploſus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te, quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligamur, aut abſolvuntur homines. Si conato pollicitus ſum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam anguſta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod a præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego præmium. Saepenumero pugilum in Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in curſu, is a præmio longiſſi-

gissime abesset, & ignaviſſimo faveret eventus? Habeat ille sane, quod causetur, excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, jactet se vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Therſitæ praestitit Achilles, nisi metam prior attigerit, profecto postulandi praemii jus nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, ut ejus uteretur conditione, id est, ita demum praemium ferret, si virtuti fortuna favente vicisset. Alioqui si conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui solemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia statuantur, non honoris, sed solatii gratia: verum seriis in rebus, atque adeo periculosis, quaenam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: & ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum absis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello servarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aspiravit, quod se telis objecerit, quod non sine multis vulneribus discesserit? Profecto nisi cive servato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi, Judices, ut moenia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum? Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inverecundus est, ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempestate desertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum, quae navi vehebantur. Quorsum attinet hic tuam jactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quae sunt in navi, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te vel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, supplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis esset enisus, quod gnaviter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi praescriptum a lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere, quod tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memoria contigit, desine tibi nova spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidae praemium, duobus duntaxat verbis est opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non nisi tyrannicidae debetur praemium. Alioqui quid dices, si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemisset: utrum omnes tyrannicidae praemio potientur ex aequo, nempe quia conati? Age quid si multis strenue rem aggressis, uni cuipiam, qui sit omnium ignaviſſimus (ut non semper virtuti respondet fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam, negabis aequum esse virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, nisi fortunae suffragio adjuventur. Sed quae tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleae ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel summum artificem ab imperitissimo superari, si modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum causatur: propterea quod, cui lusus hujus lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid praestari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praestari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod si, posteaquam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus efferceris, per fortunam stetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunam, si ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quae ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi praestanti. Neque vero existimemus, Judices, istud a majoribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato praemium non esse statuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non posse, nisi summo civitatis periculo susci pi. Unde futurum prospiciebant, ut si conatui praemium statuissent, temeritate conantium resp. subverteretur potius quam restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium praesentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiaque fretus, non sinat hoc licere fortunae, ut dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi discrimine conatum praemio judicas invitandam esse, an potius poena deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit? Nec illud te sublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quam lex in maleficiis poenam irroget implici sceleris molitioni, par esse, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta est: hujus cum publico reipub. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaestionem venire sinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremo non vides, nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quasi quaedam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes, quam multa sint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contra, vix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praestare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut a quovis non improbo cive praestari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae semet ipsa adstringit. Nec mirandum est, si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quae nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non praemium illico tibi debeatur, si peccaveris. Eridem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illae tibi praemium debiturae sunt, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, sed malis e moribus natae sunt, id quod vere vulgo dicitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poetae, suo quemque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abunde se ipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profecto plus quam impudentissimum est: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiserit, civis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur; interim finge sane, praecipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam virtutem abunde magnum sui praemium judicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo civis sis optimus. Quod si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod praemium desideres, certe maximo proximum est gloria: hoc tu jam propemodum tulisti. Quanto meritis precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circunferre? Ista, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia sane quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiso, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeso te, quantula pars abest e tuo praemio quod laturus eras, etiamsi tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & sunt fortasse qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae sufficere debuerant, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur praemium, quod aliorum proposita fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugitantem persequemur, nec usquam sinemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo

mox:

nox: nunc hoc cujusmodi sit inspiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occisum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo sustuleris: imo splendidius isthuc videri vis, quod tuo quidem ense, verum ipsius dextera sit interemptus. Haec tam honesta, Judices, oratio possit parum attentum fallere, praesertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confossum: parentem senem miserum, illi circumfusum, eodem exanimatum ense, sanguinem utriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed quid ad tuam caussam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multo omnium jucundissimum extitisse civitati, quum senem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet sese levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haec quum per se maxima, quum Reip. sint gratissima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater sine controversia tyrannus occisus est, an fortunae, superumque dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus est, id vero quam est futile nihilique. Quid si tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidae praemium petitum venires? Lex occisori pollicetur honorem: tu eum jugulasti, de quo certe controversum esse poterat, tyranni nomine censendus esset, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti a praemio: sin metu, multo minus etiam caussae est postulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquisse viderere. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum reliquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praescires, ut senex illico sibimet eodem gladio necem conscisceret. Videte, Judices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi divinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Siquidem haec vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos invenires, qui ista praedicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri dissimilius, quam asseverare, id certum praescisse te, quod tale sit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es assequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, nisi ut vel sperares, vel suspicarere? Porro in re tam ancipiti, quae dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas conjecturas, quibus hic noster vates praesensit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate fessus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet esse superstes. Nonne sentis haec adeo non esse naturae rerum consentanea, ut jam omnibus videantur esse confutata, vel priusquam refellantur? Utrum seni mentem ullam fuisse putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: sin putas fuisse, cur erat quod usque adeo diffideret? Quasi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quae omnia si magis in senem quam in adolescentem competunt, cur tu in diversum torques augurium? An non illa aetas usu rerum callentior est? An non altius dissimulat? An non cavet diligentius? An non prospicit oculatius? Irascitur implacabilius? Tenacius injuriae meminit? Meliusque in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiae duce quantulum est illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus fatelles quispiam audacior? Quum arx supersesset approbe munita, supersessent opes, arma, latentium ingens agmen, tot in civitate factiosi potentesque, qui non solum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimium secure negligantur. Usque adeone senem cruda viridique (quod omnes norunt) senecta callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, una filii mors consternavit, ut rebus desperatis protinus e vita sibi migrandum duxerit? Praesertim quum ille patris dominatum nihilo teddiderit tutiorem, sed multo invidiosiorem, idque ob libidinem, atque aetatis insolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem, filium è medio tolli. Etenim quo propius ad justi regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus est invidiae obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille solum hoc augebat, quod maxime tyrannos solet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto posset supersesse. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro sene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam isthuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori voluerit, sed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum isti sunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium novit. Exuit haec omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel Deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerioque ad fulciendum imperium indiget. Quod si ullos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleratos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praeposterum, vel perversum potius quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoïcus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam vitae parentem altricemque, qui in coelites omnium bonorum autores tam sit impius, ut illam crudelissima opprimat servitute, horum fana despoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, finamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamasse filium, usque adeo in eum omnes vitae suae spes, voluptates, opesque semel contulisse, ut illo sublato, ne minimam quidem vitae causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex universo mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quae ob liberorum necem sibi fatum accersiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeste ferat. Privatis parentibus vel indulgentissimis, mulierc ularum intemperantissimis affectibus mediocris luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum esse potuit, utro se dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut senex natura ferus, civibus infensus, vel maxime vellet esse superstes, vel ob id denique, quo veterem illam iram, nunc filii nece acerrime exasperaram irritatamque, Reip. supplicitis saturaret. Quod si alias vitae pertaesum fuisset, haec nimirum una causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictae cupidius? An nescis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aestu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci intignique contumelia lacessatur? Quae vero potuit esse atrocior, quam filii caedes sic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid saevitiae, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasique renovare. Mitiora etiam animalia datae orbitatis injuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod si tibi uni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut saevissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem versa, in miseram hanc civitatem dilaniandam discerpendamque insiliret? Id si non evenit, magna Diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunasque immiseris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere sic adamasse, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua constabit divinatio: quae nisi constiterit, non est quod ad ejus rei laudem aspires, quae fortunae commoditate te imprudente evenerit. Postremo donemus & hoc tibi, ut praesciveris, & certum praesciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non praescieris, quum praescientiae tuae fidem legi facere non possis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando isthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum postcaquam rem feliciter evenisse videres, tum demum post factum vates esse coepisti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici consuevit, post eventum stultos etiam sapere: & quo fortunae beneficium verbis in te transmoveres, tragoediam istam nobis comminisci coepisti, causas reperisti, quibus praescisse videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praestitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, saevissimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugisse: ob unius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia superessent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, subito eo in quo omne tyrannidis praesidium collocarat, repente rebus suis diffisum ad inferos abiisse. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem ullum habent veri, si mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacas longe praetulerit: qui sic illis indulserit, ut non suspectos haberet observaretque: qui sic illis sit fisus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac servis stigmaticis plus quam in illis fiduciae posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, ut vivos esse pati non possent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submovisset. Nullus inutilior tyranni satelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille sicarios, fugitivos, homicidas, sacrilegos: his vitam suam mavult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorrent. Hi sunt idonei tyrannorum ministri, hi fiducia, munimentum, praesidiumque tyrannidis multo tutissimum: hos si quis ademerit, causam videatur dedisse, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Aetate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis sapit senecta: Custodiis quas obtinebat? At si adversus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus satelles ademptus erat? Nam custodiae quo deficerent, nisi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno suspecta, filius violentus & insolens, propterea quod

quod reliqui illi Barbari solo lucro contenti sunt: Filius illud praemium spectat, tyrannidis successionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem pollidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum nescio quid: mane, praesenti, nihil inexpugnatum omittam, urges. Nisi praeter modum adamavit filium, nisi difficilius est, cur sibi mortem conscivit? Ithuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam spem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiserint, ut sibi vim adferret: hoc tantum evincere sat est, te nullis conjecturis hunc exitum certo praescire potuisse, quantumlibet amarit filium: tametsi causa non admodum obscura. Jam deorum si qui fuerunt huic infensi Reip. iras diuturna nostra calamitas satiaverat. Jam propitios nostra vota, nostra sacra commoverant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille senex Diis atque hominibus dignas admissorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incusserunt, hæ attonitum ad spontaneam sui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugisse, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer fefelleris. Virum esse putabat, qui hoc facinus peregisset. Credebat esse talem, quales audierat esse solere tyrannos, qui magno suæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, nisi ratione probe perspecta, qua possent perficere. Hanc suspicionem Pan ille, aut si quis alius est Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificem, sensit adesse necessitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Ubi discrimen erat subeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res praeter spem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diversum exitum fuisse consequutum, pone tyrannum ira percitum, passim cives ad exquisita supplicia rapere, proscribere, jugulare, in exilium agere, possessionibus exuere. Quid hic dices? Non sines, opinor, eorum malorum causam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum esse, si quid fortuito praeter propositum evenerit. At nunc nonne injurium est, quod boni, fortunæ commoditate, praeter spem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quam id quod evenit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potius in juvenem incidisti, & tum denique divina ista mens & futurorum praesaga, sed quæ non nisi post eventum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuosa, secum velut ociosus consultare coepit, utrum senem sua dextra dignum existimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde describit, nimirum (ut jactat) poëta, quam spectator astiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Ejusdem profecto impudentiæ fingere praesciisse se, quod esset eventu consequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quasi videris. Quanto melius tuo commento, id est, fabulæ tuæ fides constitisset, si ita nuntiasses: te quum perempto juvene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repente a tergo adstitisse Palladem illam Homericam, & jam euntem capillo revocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili caede obscurares, sese citra tuam operam curaturam, ut ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repente Deam sepsisse te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator adsisteres, nec prius illinc discessisse, quam negotium omne confectum vidisses. Haec si confinxisses, paulo minus malum poëtam te praestitisses? Sed ocium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentique coarguit. In arcem ascendisti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subito, nescio quis Deus, oculos tibi restituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro si veris fidem facere voluisses, narrare debueras, quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in aedes clanculum irrepseris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, sed ut experireris, si quod tuto facinus posses designare: haec molienti commodum faviisse fortunam: itaque quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (ut est ea nimirum aetas securior, periculique minus cogitans: praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter jugulasse sciilicet, & somnum illi cum morte, id est, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxisse: deinde ubi jam cardines procul stridere coepissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarii solent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, semotasque mundi latebras animo circumspectantem, in quibus abditus posses irritati patris saevitiam fallere. Jamque te ad spontaneum exilium accincto, repente in vulgus exisse famam, liberam esse civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugisse, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ catastrophen immutasse te animum, & qui prius de salute fueras sollicitus, protinus ad praemii spem arrectum fuisse, lucrique aviditate, priusquam

tibi ſatis eſſet excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, proſiliſſe in medium: id quod vidimus, clamitaſſe tuum illum eſſe enſem, tuum facinus, non unum praemium tuæ virtuti fore ſatis. Haec nemo non credidiſſet, ſunt enim rerum naturæ conſentanea, uſu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum ſedulo quidem, ſed tamen parum ex arte, tuam nobis praeſcientiam niteris perſuadere, quam multa commiſceris, non dicam tota facie a vero diſtantia, verumetiam cum ſenſu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam mature filium adamaſſe, ut ſine eo vivere noluerit: ſic ob unius mortem metu fuiſſe conſternatum, ut in vita manere non ſit auſus: ſic illi toto pectore ſiſum, ut ipſe nullas circum ſe cuſtodias haberet: adeo fracti animi fuiſſe, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquiſſes tuum, defuturum fuiſſet, quo ſe jugularet. Non vides quam non competat tam inſignis in tyrannum pietas, tam ſecura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praeſidiis munitum, tanta conſternatio in hominem tot periculis exercitatiſſimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu ſenem illum tantopere contempſeris, ut indignum habueris, qui tua iſta magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Reſp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo ſuo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem ſenſimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempſiſti, niſi forte contemnere eſt, miſere formidare. Sciebas arcem armis refertam, ſciebas ſupereſſe ſatellites, quorum vel unus (ſi ſeni vires deerant) ſufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo noſtrum neſcit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa ſenecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud ſenium hic interdum acri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validiſſimis ſaepenumero fuerit intolerandum, ſi quando ſolitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus eſt, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires ſuppediter? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantiſper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum farcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquiſti invitus, quo tyranno prodi poſſes: ſed prodi maluiſti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuſo, imo miror magis quod pedibus conſiſtere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, ſtridere arma: intelligeres tibi non cum puero, ſed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, ſobriis, irritatis, denique cum rabioſo patre dimicandum eſſe: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, ſed quod arbitraretur, & haud ſcio an vere ſe petitum ruiſſe, dexteram tuam erraſſe tantum in filio. I nunc & ſpera, non dicam hos Judices, viros omnium perſpicientiſſimos, ſed vel è media plebe quenquam eſſe tam mucoſis naribus, cui non ſuboleat, imo qui non plane odoretur, praeſentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ ſolent, quum haerent in explicando tragoediæ argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxiſti, quo praeſenſionem tuam judicibus probares, ſine qua videbas praemium obtineri non poſſe. Sed occaſionem, inquit, miniſtravi paternæ mortis, qui gladium quo ſe feriret reliquerim: atque id ſolum non modo ſatis eſſe putat ad petendum praemium, verum etiam meritum eſſe, ut ipſe enſis inter arma deorum conſecretur, Dominus pro Deo praeſenti colatur. O hominem ſuavem, ſi has ſpes vere concepit: impudentem, ſi, quum non ſperet, poſtulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, niſi tuum illum reliquiſſes? Tu in arcem arma, hoc eſt, in ſylvam ligna portanda putaſti? Niſi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit neceſſitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occaſionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquiſti, quo nihil minus deeſt Tyranno: nunquam ferrum abeſt, non in cubili, non in triclinio, non in ſacris: reliquiſti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum auſus appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquiſti, quem poſtea receptum optabas: reliquiſti rem ancipitem. Quid ſi tyrannus illum eundem enſem in civium jugulos diſtrinxiſſet? Quid ſi eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adoleſcentes filio ſuo inferias mactaſſet? Si tyrannum occidiſti, quia tuo occiſus eſt gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus enſe peracta eſt. Id ſi non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occaſio quam in partem cadat, id Diis in manu eſt: ſi bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: ſin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculoſam miniſtrat occaſionem: quæ ſi feliciter, mirentur omnes; ſin infeliciter, merito accidiſſe dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo enſe alios in uſus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam neceſſe videatur, quippe tam frivola: verum id propoſitum eſt, nullum illius argumentum non excuſſum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeſo ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attente cognoſcere, dum hunc ab gradu ſi miſſimo dejicio; hic ſibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari poſſe, quin praemium deberetur, quod patri necis cauſam miniſtraſſet, ſi non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus diſſertum ajebat, nihil intereſſe utrum manu ſua quis occidat, an mortis cauſam praebeat. Addebat, aequum eſſe, ut cum in maleficiis cauſam datam imputarent leges ad ſupplicium, multo magis idem obſer-

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidæ praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeſciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quanquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſæ aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine poenam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiisque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum speraris ut eo hausto pereat, tametsi non bibit aegrotus, tamen veneficii postulari potest qui posuit, propter vitiosam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi voluntatem, nihil illi tum lege rei futurum est. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absolverit. Porro si in loco non ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, nisi si quem occideris, aut vulneraris, aut si cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto discrimine dissita sint, inter quae tu nihil interesse dicebas. Primum non statim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim a legum officio. Deinde discernitur animus, causa data dijudicatur: spectatur eventus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuum fatinus aestimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed imprudentem, nulla tibi sit praemii petitio. Quis enim inscius bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne posthac affirmes te in hoc jugulasse filium, ut pater sibi necem conscisceret: quod eventurum ne vates quidem quistuam praescire poterat, tu nec suspicari. Imo posteaquam rem plenam discriminis, fortunae arbitrio commisisti, quia bene succesit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si male evenisset, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, simulatque occiso filio se peti insidiis persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo res tibi constet, causam dedisti non solum non idoneam, verumetiam periculosissimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentissimo demonstrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidisse: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an simplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit; qui necato filio, seni causam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentissime filium adamabat, in illum omnem familiae curam reclinaverat, illo se oblectabat atque haec de privato sene cum fide dicet, quae tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te scisse, praevidisse futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitae oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse jugulandi senis voluntatem, sed hoc tantum egisse, ut miserabilius sua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miseri patris malis exsaturares. Ideo juvenem necasse, in hunc usum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem causae qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse, cur ille sibimet manus adferret. Te nec praescire, nec timere potuisse id, quod sit consequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuisse, ut & mater sibi fatum accerseret: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus adversum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodesset dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac causa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis suspicione, quod causas parum idoneas dederis, hic ex causis multo minus idoneis propter personam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuisse suspicatus, verumetiam certum praescisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quod tametsi vitio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod evenit. Imo ipsi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, sepultura prohibitus, quod civitati citra causam idoneam civem unum ademerit. Tibi non nisi unius filii mors imputabitur, etiam si mater quoque & filiae & sorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter evenisset: quippe ubi summum Reipublicae periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud praesidium, Judices, quod iste tutissimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solum sit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curiose (ut ajebat) secum agam: ut quum possim in crimen ac poenam vocare, sat habeam ab honore non promerito secludere. Ait si tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam si hunc eventum Dii non dedissent, ut senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, si tyrannum suae furiae non essent ultae? Dii quidvis potius dederint, quam isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametsi ad solam mentionem inhorrescit animus. Tune, inquam, occiso filio, relicto sene vivo, tyrannicidae praemium peteres? An potius nec ipse supereresses, qui possis petere: nec esset Resp. quae dare posset? Nam tu aut exquisitis suppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul delitescerес: nos pro tyranno jam immanissimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem conjecisses. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? Duos igitur haec civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fan-

de

do auditum est, duos una in civitate sedisse tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alvearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non convenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides necessario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuisse mavis in patre, an in filio? Si juvenis adversus senem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium postulas? Tyranni partes adjuvisti, non Reipub. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel praefectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, sed pro causae tuae commoditate comminiscebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quae natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo succedentem. Privatus pater familias non fert filium se vivo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrannus sese veluti abdicans imperio, negocium omne in adolescentem rejecerat? Non dubito, quin & ipse videris, quam dura sint ista, & quam a communi sensu abhorrentia. Verum quid faceres, nisi tales personas induxisses, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeso te, an unquam auditum est Tyrannum aetate mitescere? Quando tu desines ea quae sunt privatorum, quae bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita aetate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit saevitiam aetas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenii tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quae quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi forte libidinem adimit? Quanquam ista Tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sane propter aetatem ad voluptates segnior, verum erat fastidiosior: unde fit, ut imbecillior sit ad coitum, ad raptum avidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebantur virgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo senile fastidium optione & varietate vinceret. Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna praestantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus senescere libidinem? Multo secus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis usus capit, quam nostra delectat contumelia. Ut frigeat in sene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, saevitia, nocendi libido. Postremo totum illud vitiorum agmen, quae propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturae bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii a natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita evenisse, Judices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, quum sua cuique memoria abunde satis exemplorum suppeditet? Quod si juvenis sese gerebat insolentius, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipso pene tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil cessit. Quasi vero non sit isthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri consuevit: praedae communiter in omnes distribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quam sibi ipsi. Solum nomen sibi proprie vendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quam in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub unius umbra satelles omnis, omnis minister, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, si hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutinae calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim esset res usqueadeo misero tyrannis, si unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie advenae, feris quam hominibus similiores? Neque desunt, qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidae praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate fessus, omnem dominatum

in filium tranſtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed iſthuc quantum abſit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam obliviosus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad haec, verisimillimum eſt nullius inſolentiam minus approbaſſe ſenem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiae odiique ſibi conflari (Calliditiſſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis poſſit) vel quod pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quam ſuis uti mavult. Quod ſi clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora deſignabat filius, profecto non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribunt, neque bona diripiunt, neque fana diſpoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per miniſtros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium inſtituit, in unum ſtringendi ferri jus facit, illos ſuae cognitioni reſervat. Quorum ut quisque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi poteſt, certe tyranni vocabulum nemini congruit, niſi uni illi, ſub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſiſſimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, ſaepenumero auditum eſſe, id quod eleganter a doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado portentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi conſtat miniſtris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil eſt aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam eſt, quod neque pes ſit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem univerſa: at ita contineat, ut ab iis poſſit ſeparari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis inſolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut ſi mavis dextram: aut ſi ne id quidem ſatis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim illud portentum tyranni nomine cenſet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in re oculum aliquem involare, non ſinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poetae, ut pro uno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcantur: pro uno excuſſo oculo, plures acriores ſuccedant: pro una reſciſſa dextera, multae robuſtiores ſubpullulent: unius vitae te dominum arbitrumque conſtituit, qui ſibi ſit auſus tyranni vindicare nomen: quo ſublato futurum ſit ut membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut certe ſanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Poſſum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris ſatellitem nominabas. Non inficiabere. Rurſum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupaſſe filium: ſolius appellationis honorem ceſſiſſe. Qui convenit eundem & ſatellitem & tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit, non igitur uſurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, ſi quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcumque illud eſſet animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipſe fateris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis, legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, ſervitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit, hujus rei authori praemium praeſtituit. Satellitem, inquam, occidiſti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam ſceleſtum: ſatellitem tantum occidiſti tyrannidis, non caput: aut ſi caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi ſententia largiamur: fuerit ſane res tota tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuiſſe vocem ſine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis diſcedere? Praeſertim ita dilucidis, ut perſpicuum magis nihil eſſe poſſit, & commentitiam interpretationem domi tuae natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum pernicioſius induci poſſe judico, quam ſi conſueſcant homines calumnioſi a praeſcripto legum recedere: & interpretamento, quod ad praetexendum facinus quisque ſuum maxime idoneum comminiſci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis ſententia quaeri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambigue obſcureve dictum: aut quum ex verbis & eventu abſurditas quaepiam extitit, eaque manifeſta? In priore non cujusvis commentum, ſed juris prudentium reſponſa, ſed Judicum ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore neceſſitas ipſa compellit alliquantisper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba ſpectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne ſuperſtitioſa cavillatione literarum legis ab eo quod lex ſpectavit abducamur: alterum ne paſſim a praeſcripto diſcedendo, leges omneis & judiciorum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt : propterea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, perniciolſiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere ? Neque quisquam non elabetur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentatiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret : ita pro iene juvenem, pro tyranno latellitem, pro homicidio tyrannicidium : & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur ? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini : verum ambiguas diverſasque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit ? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne ſine graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur : tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum : quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil acquius : interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſenſiſſet ? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores : niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem : non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere : neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus : verum id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere : Quisquis pauper a locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet : dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus: id in multis ſaepius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum : id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes : id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur : atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta : ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio : ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit : at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris : non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es : Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur : verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt ? Unum tibi lex nominatim deſignaverat : tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere : neque traduci debet abeo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles, Judicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam : vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quisque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subversione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit sceleratus, qui periit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu privata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo perniciosissimum in civitatem induxisti, & legum instaurationem a legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas: quam multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus servo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Judices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magistratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est invisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permisero. Si juvenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non obstantem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere, ut hujus temeritas, si judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ majestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ praeter jus extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor saepenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos jugulas, si tibi jus est aestimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus sit occidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem subjecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: authorem non obscurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius civitatem semel funditus evertere, quam expilare: cives universos uno igni finire, quam in pauca quaedam saevire capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptæ, & longo jam usu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant, tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi ipsius caede. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisissent. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statuam restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quae totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quam admissi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quae potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quae sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, aere alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota sentina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quam sceleratis sint praemia) bonos etiam cives hoc malum involvit, dum vel timent fortunis suis,

vel

vel rectum judicant ſervire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modo, cautim & circumſpicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra ſummam civitatis perniciem exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commode ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico praemium oſtendunt, digito demonſtrant, quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inſcite exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicumque habitum erit: verum illud modo conſilium fuit, oſtendere tibi quam inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere praemia, in qua nequeas obtinere, ſi modo tecum exactius ac ſeverius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curioſum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te poſſim in grave diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non Judicibus modo (quibus iſtuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & factorum me confido, ſi modo tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos revocemus? Diſpiciamusque quam multa tuo in facto deliderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut poenam te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unum aliquod, ſed unumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum aequo animo cedes praemio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria haec tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi praeter propoſitum, non magis profecto praemium tibi debeatur, quam ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curioſe penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quo tyrannidem ipſe occupares, utrum praemium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo privatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palam, num praemium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno privatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei tyranno venenum dares, dediſſesque, num quaeſo, tyrannicidæ praemium poſtulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quam ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolum volens praeteriſti, verum etiam periculoſe in Reip. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, cum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio jugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi praedixiſſe, ut certum praeſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verum hoc poenæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre praemium, propterea quod ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum praeſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſaevieris aetatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Reſpub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſere deamaret, per vim conſtrupaſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno aegrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quasdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum a lege praemium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem utcum-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam pernicioſum in Rempub. non recipit : ut conſueſcant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nusquam non improbat maleficia lex : & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur : quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid iſtuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi falſus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via : hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret : quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tui fuerat officii : aut non ſuſcipere negocium, ut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te quod dudum ſumus largiti : ut plane iſta via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum : niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris : ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clanculariis ac maleficis artibus : niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in praeſens ſubmoveatur : verum illud multo magis reſpicit : ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere : ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum praeſidium : quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino ſatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujusmodi animum Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem : ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris : ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. *in diſcrimen* adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. Tantum abeſt ut occideris tyrannum : ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre insolentiorem : quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſcelera lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti : in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto ſane, certum haeredem ſuſtuleris : igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet : non quem aliquando futurum divines. An qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum praeſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis: id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique:

ve-

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex usu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo praeter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis praemium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe praemium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab aequitate Judicum, a civitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a praemio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, ſine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus ediderit, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro praeſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi praeſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei praemium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtrae laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas haec ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtrae, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut praemium aliquod feras, abunde magnum praemium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtrae proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle praeripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſaepius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis exuſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.